



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



QE
11
11278
117

QB

41

M278

1679

Gr. *I set*
~~XXXXXX~~



Henry Harcourt Horn.

vid. Salmasii de Jomone Trap. p. 468.

Hob in his ~~Discourse~~ ^{Discourse} Physiologicall
Phlogy a Gyprie p. 6.

Thursday fatal to Harry 3rd and all his children
All dying on 3rd Day: Johnsons Hist. Brit. Lib. 11: p. 359.

William Earl of Pembroke dyd suddenly, as was
predicted to him by an Astrologer: Whitlocks Memory
pag. 14.

Concerning Pien, Miranda's hereditary aversion
to Astrology vid. Virat. Tavanerole cap. 13:

vid. several places in Glauvils Seducimus Tarumpatus.

De Tiberio Infante p. aeterna spondit Scribonius Mathe-
maticus &c. Suet. vit. Tiberij cap. 14:

Caligula consulente de pectura sua Sylla Mathematicus
cotidiana normam appropinquare affirmavit. Sueton. vit.
Caligula cap. 57.

De Phrygello vid. Suet. vit. Tiberij cap. 14. et Tacitu
Annal. 6: et Tiberius Caput lib. 55:

Scaliger Hypercrit. Posticus lib. 6: p. 794 Membrum vocal
Maximū Postum:

Quing. tantus Planeta : vid. Nularem et defectu comae
p. 463: Ed. Skph. Gm.

Uis salmery Epist. 110: 111:

De Manilio vid. Geruaty Epistolam
inter Cambini Epistolas:

vid. Brudelotij notes in suorum de Astrologia:

vid. Gessendu pape, praecipue de rebus celestibus.

De Anima Mundi vid. Gessendu adv. Hledu tom: 3. p. 296.

: Mentij seu Manilij eijusda vel Porta meminit
Varro l. 6. de Lingua lat. voc. Pascum:

Cum dies planetis assignantur vid. Dionem Castru
lib 37: pag 42.

Arguria et cetero reliquis pericula vid. Dionem Castru
lib 38: p: 74:

De Astrologia vid. Plinij Epist. lib. 2 Ep. 20

vid. Voyage to the north of Carlsburg p: 132:

Picus Misandala vocal Mallium

vid. 1^o Tho: Pope Plant.

Manilius praestus: vid. inter Mythographos Latinos
Fulgentiu: p: 172:

Manilius arte Placem Martini Placem: a Berg: vid

vid. Valerij not: in Eusebij Hist: Eccl: p: 54:

Stueckius ad Ariani Periplus p. 7. Landol Manlium. at in
Catal: Authoru Egiptu Manilius: item p: 82

Notulae ad primum lib: quo subjunctam habent littera G: sunt
Gronovij qui scripsit De Poe: Veterum: Edit Bib: Rodrianae J:
Quartus Sherburn; Gronovius vero saepe laudat suas Observationes
Quae notata videntur lib: Ga Triumphata sunt ex libro cujus initio haec scripta sunt
Jan: Casparius Gronovius ex dono Gul: Henrici Pauli fil: Vici Bibliothecae
Bib: Edwardus Sherburn:

B. Edwardi Bernardi M.
P. Codex a Pitheco collatus

vid: Scaligeri (Josephi Epistolae p: 48: 62: 66: 73: 76: 79: 84: 135:
154: 165: 167: 174: 197: 301:

Laudat Manilius Ludovicus Vivius ad August. Vivit. Dei Cap: 5. lib: 5.
vid: Gess. Vossij Epistolae p: 105: 173:

Manilius, nisi esset Poeta, bono Deo, quo sepe perorassetur, qui
caeteras illas, quas fingit, imagines paucis. Atque invocatas potius
dicit quam absolutas, ut pluribus ibi ignibus accensis incendio
Mundus flagraret. Picus Mirand: Adv: Arithmeticos lib: 1:



M. MANILII ASTRONOMICON.

INTERPRETATIONE ET NOTIS
AC FIGURIS ILLUSTRAVIT

M I C H A E L F A Y V S

Bacc. Theol. & P. Eccl. De Putangelis.

IUSSU CHRISTIANISSIMI

R E G I S,

IN USUM SERENISSIMI

D E L P H I N I.

*Accesserunt V. Ill. PETRI DANIELIS HUETII animadversiones
ad Manilium & Scaligeri Notas.*



PARISIIS,

Apud FREDERICUM LEONARD Regis, Serenissimi Delphini,
& Cleri Gallicani Typographum, viâ Jacobæâ.

M. DC. LXXIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

John S. Lawrence Estate

gt

4-9-1925



SERENISSIMO
DELPHINO

S. P. D.

MICHAEL DU FAY.

QUAM olim cœlestem Scien-
tiam numeroſo verborum ne-
xu conſtrictam Auguſto Cæ-
ſari dicavit Manilius : eandem nunc
Tibi, SERENISSIME DELPHINE,
non modò ſuis verborum vinculis ſolu-
tam, ſed & variis etiam illuſtratam an-

ã iiij

EPISTOLA.

plum imitati sunt Philippus II. Hispanorum Rex , & Maximilianus II. Imperator.

Quid dicam de Regio illo apparatu , quo Artem hanc excoli atque excipi jubet LUDOVICVS MAGNVS? Cujus rei testis est vel illud magnificum ædificium , quod in modum arcis extruendum curavit in superiori Urbis Parisiorum parte , quæ vergit ad Meridiem , ut ex illius sublimi tecto , tanquam ex plano & aperto campo , siderum cursus commodissimè observentur.

Est hac nimirum Scientia Regalis ac penè divina , quæ Regum animos , qui ad Deum proximè accedunt , primum movere dignata est , ut præclarè cecinit Manilius:

Quæ

EPISTOLA.

—Quæ se ipsa reclusit
Regales animos primùm dignata
movere,
Proxima tangentes rerum fasti-
gia cœlo.

*Enimverò quis, ut ejusdem verbis utar,
Quis cœlum possit, nisi cœli mu-
nera nôsset;
Et reperire Deum, nisi qui pars
ipse Deorum est?*

*Quod in Iulii potissimum & Augusti
gratiam dictum sanè voluit, quos & si-
derali Scientiæ addictos constat, & di-
vinos honores, alterum post mortem,
alterum etiam dum viveret, consecutos
fuisse memoria proditum est.*

*Quorum tamen præstantissima studia
non est quòd quisquam requirat in hâc
ætate nostrâ, ac felici LUDOVICI*

EPISTOLA

*MAGNI imperio, triumphorum pal-
mis & olivæ fructibus, hoc est & rerum
bello gestarum gloriâ, & beata Pacis com-
modis abundanti; in quo cum ceteræ præ-
clare artes florent, tum Astronomiæ
studia multò certè quàm antea impen-
sius promoveantur.*

*Quare Fato fruatur felici quodam
suo hæc Ars Fatorum indagatrix, quæ,
cum olim in Italiâ floruerit nacta Cæsa-
rum potentiam ac studia, meliorem nunc
etiam ac beatiorum in Galliâ LUDOVICI MAGNI invenit ætatem.*

*Sed sibi quoque plurimum gratuletur
Manilius, SERENISSIME DEL-
PHINE, quòd in Tuis Regis manibus
esse possit, iisque Te rebus interdum ob-
lectare, quibus Regalem animum à gra-
vioribus curis refici non dedeceat; præ-*

EPISTOLA.

*serim cum hâc vel unâ Arte tractandâ
præstantissimas alias quoque complexus
est, quas Tu, SERENISSIMÈ DEL-
PHINE, excellenti ingenio comple-
cteris.*

*Etenim delectat Geographiâ? Quis
Universum orbem aut clarius descripsit
aut ingeniosius? Quis utriusque globi,
cœlestis ac terrestris, partes partibus,
circulos circulis subtilius comparat expli-
câtque amœnius?*

*Placent Fabule, quarum involucris
Sapientiæ veritas adumbratur? Quis
Poëta plures breviter simul & copiosè,
remotâ omni & rerum turpitudine, &
verborum obscœnitate, conscripsit.*

*Iuvat illustrium virorum res præclarè
gestas in historiâ, tanquam in speculo, in-
tueri? Quis laudabiliora virtutum exem-*

EPISTOLA.

*pla proposuit , morésque populorum
ac Regum studia elegantius expressit ?
Quis eâ styli gravitate , sermonis ve-
nustate , sententiarum ubertate , carmi-
nis elegantia , quâ Manilius , Poëta
alius aut Orator diversos casus , qui
hominibus in vitâ contingunt , ad usum
atque institutionem omnium prosecutus
est ?*

*Quàm verò aptè rebus humanis ac
terrestribus cœlestes ac divinas annectit,
ad eâsque sublimiora ingenia traducit ,
dum Astronomia simul & Astrologia re-
conditas Artes & scientias expromit ,
atque utriusque principia docet perspi-
ciendis hominum Fatis , qua regunt or-
bem , accommodata !*

*Hinc arcana siderum nomina expla-
nat , numerum recenset , situm describit ,*

EPISTOLA.

formas depingit ac figuras , genus distinguit , aspectus notat , gradus metitur , cursus observat , motus decircinat , vias aperit , disponit vices , ordines reddit , terminos ponit , domicilia assignat , percipit pondera , vires detegit , asserit iura , tutelas astringit , affectiones indicat , laudat salubritatem , sterilitatem damnat , ortus librat & occasus , & quod summum est ac precipuum in hâc Arte , duodecim Zodiaci Signorum præcordia intus perscrutatur ,

E quibus & ratio Fatorum ducitur omnis.

Quæ me res in spem exploratam adducunt , SERENISSIME DELPHINE , fore ut , qui ceteros benè sentiendi benèque dicendi Auctores benigno honore dignaris excipisque , Ma-

ē iij

EPISTOLA.

nilium, qui multorum instar esse possit, meumque in eo explanando studium & qualemcunque industriam non dedigneris.

Lutetiæ Parisiorum Kal. Jan.
M. DC. LXXIX.



PRÆFATIO.

ASTRONOMICON M. Manilii quàm sit opus præstans fac nobile, si non persuadet doctissimi cujusque judicium, satis aut rerum dignitas, quæ in eo tractantur, aut ipsa per se lectio docebit. Non est igitur hîc operæ pretium commendare illud, quod & ipse Manilius vocat *Divinum ac Cælestis Rationis Opus*: tantùm id unum nobis in præsentî negotio præstandum esse diximus, ut, quæ nostrorum in id operis commentariorum ratio sit, breviter exponamus.

Astronomicon M. Manilii unâ cum Auctore suo antea ignoratum, ex Bibliothecis Germaniæ erutum primus publicavit, jam tum nascente typographiâ, vir ætate suâ eruditus Poggius Florentinus. Deinde, quia liber iste multa continet, quæ quò minùs intelligerentur, eò magis mentem hominum accenderent, evocatus est Florentiam ex op-

P R Æ F A T I O.

pido Miniatensi in Italiâ Laurentius Bonin-
contrius Astrologus, qui temporibus Alfonſi
Neapolitanorum Regis, hoc eſt ante ducen-
tos annos & ampliùs, Poëtam hunc publicè
interpretatus eſt, naſtus, ut ipſe teſtatur,
emendatiorem codicem, quàm quo uſus erat
Poggius.

Quæ lectiones etſi minùs emendatæ, con-
ſequentibus tamen temporibus, paucos exci-
târunt, qui hoc opus à mendis omninò ven-
dicare conarentur. Conatus enim eſt unus aut
alter. Bis atque iterùm Joſephus Scaliger,
cujus curis & operâ tres habemus editiones
Manilii. Primam an. crio. io. LXXIX. in quâ
vir ille ſagax multa primùm odoratus caſti-
gaverat, quæ poſteà tamen in melius emen-
davit. Namque in ſecundâ editione an. crio.
io. c. uſus eſt vetuſto codice Gemblacenſi om-
nium optimo, præter Palatinum unum, & al-
terum Germanicum, quos habuit, atque
Bonincontrii textum, quem antea neque in
Galliâ, neque in Germaniâ, neque in Italiâ
reperire potuerat. Nuperrimè autem, hoc eſt
an. crio. io. c. LV. codicem, quem ſuâ manu
Scaliger ad tertiam editionem præparaverat,
in publicam lucem edidit Joannes Henricus
Boeclerus; addiditque breves quaſdam do-
ctiſſimorum virorum Thomæ Renefſii, & Is-
maëlis Bullialdi, illius quidem ad librum
quin-

PRÆFATIO.

quintum, hujus verò ad libri secundi nonnulla tantùm loca animadversiones.

Varias prætereà lectiones ex variis codicibus & ex Ms. uno, quod de Bibliothecâ Frederici IV. Comitis Palatini ad Rhenum sibi datum ait, nobis reliquit F. Junius Biturigis Monachus, an. crio. io. xxix. quas tamen à doctissimo viro Lannoio quodam partim acceptas fatetur.

His ego paucis adjutus commentariis novos tamen commentarios in hoc Manilii Astronomicon scribere sum ausus, atque nonnullo labore meo Manilium à vetustissimis mendis ita purgare ac sibi restituere conatus sum, ut vel à tyronibus etiam capi posset. An assecutus sim, quod optabam, aliorum esto judicium.

Quanquam, ut ingenuè fatear, quæ duæ præsertim difficultates ab hoc opere primùm conscribendo ferè deterruerunt Manilium, carmen & res: eædem me nunc in explanando Manilio maximè morabantur. Neque huic operi me accinxissem unquam, nisi & accessisset auctoritas Regis, & novam commentandi rationem præscripsisset ad regalem DELPHINI institutionem, Vir tam omni doctrinâ eruditus, quàm belli artibus clarus CAROLUS SANCTA-MAURÆUS Illustrissimus MONTAUSERII DUX, SERE-

PRÆFATIO.

NISSIMI DELPHINI MODERATOR SAPIENTISSIMUS ; cui , si aliquando hi nostri in Manilium , & quos in Lucretium pariter à nobis conscriptos propè diem sumus in lucem edituri ; quòsque alii scripserunt cùm in cæteros Poëtas , tum in Scriptores alios , commentarii juvabunt ad DELPHINI , atque etiam ad publica studia , laus erit omnis meritò tribuenda , atque beneficium omne acceptum tanquam auctori referendum.

Itaque ut hanc provinciam , cui nos longè impares esse existimabamus , pro viribus tamen qualibuscumque ageremus , primùm carminis præposteram atque implicatam locutionem continuâ verborum interpretatione in nativum ordinem resolvendam curavimus. Neque id modò præstitimus ut sensum ex sensu , sed ut ex verbis verba etiam atquè significantia redderemus , quò simul & verborum copia comparetur , & difficilia quædam , quæ primo quasi aspectu videntur facilia , aliquâ suâ explanatione non careant. Cùm autem in interpretatione vox aliqua superadditur textui , diverso illam caractere signari cautum est.

Deinde quarum vocum sensus aut vis exponi nisi pluribus non potuit , illarum explanationes rejecimus in annotationes ; quas quidem sic breves fecimus , ut nihil tamen ex his

P R Æ F A T I O.

omiserimus , quæ aut ad Poëtæ mentem atque doctrinam , aut ad Historiam , aut ad Fabulam , aut ad Geographiam , atque ad cæterarum rerum intelligentiam desiderari viderentur. Quæ igitur duo potissimum lectorem morari solent , dictio & res , ea nos in hisce commentariis in Manilium ita explanavimus , ut ne vel rudioribus etiam negotium facessere queant.

Quantum verò fructus ex hâc novâ commentandi ratione percipiatur , commodè experiuntur , qui pueros instituunt : sed imprimis feliciter experti sunt in SERENISSIMO DELPHINO & Magnus ille DUX MONTAUSERIUS , Delphini Moderator Sapientissimus , qui hasce commentandi rationes primus invenit ; & Illustrissimus D. JACOBUS BENIGNUS BOSSUETUS Condomensis Episcopus , DELPHINI studiorum Magister , vir non minùs humanioribus litteris , quàm rebus Theologicis commendandus ; qui etiam inter concionandum non eximiæ modò concinnitatis memoriam , sed cum delectatione etiam aculeos relinquit in animis eorum , à quibus est auditus.

Expertus est & V. Ill. PETRUS DANIEL HUETIUS , alter ab Episcopo Condomensi DELPHINI studiorum moderator dignissimus , qui in hisce commentariis promovendis

P R Æ F A T I O.

non mediocrem operam posuit; quem, si qua difficultas occurrebat, tanquam omnis eruditionis ac doctrinæ Oraculum omnes consultum adibamus; & ex cujus ore tanquam ex inexhausto scientiarum fonte hausimus benè multa, quæ in has elucubrationes quasi puris laticibus perfundendas deduximus; & cujus nonnullas, sed doctissimas animadversiones ad Manilium & Scaligeri notas ad calcem libri cum præfatiunculâ subjecimus.

Unum nobis præstandum restat, quod expectas, LECTOR BENEVOLE, ut tibi de Manilio, hoc est de Manilii vitâ & opere hoc Astronomico, aliquid proloquamur. Quæ quidem breviter præstabo, si priùs alterum te monuerim, ut, si nostris in his explanationibus aliquando iis usi sumus verbis, quæ vel minùs propria videantur aut Latina, rem ex æquò & bono animo judices. Existimabis autem, CANDIDE LECTOR, perspicuitati rerum magis quàm concinnitati verborum fuisse consulendum, ne dum lumen rebus adhibere debebam, obscuritatem magis ac tenebras afferrem. Vix enim res ipsa, quam tractat Manilius, utrumque patitur; sed, ut cum ipso loquar,

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Si quid igitur à nobis in hoc peccatum est, in illud, quidquid peccatum est, remittas velim.

D E V I T A M A R C I M A N I L I I.

MA R C U S Manilius excellentis ingenii Poëta, nec Mathematicorum imperitus, quo anno natus sit, quisve fuerit, incertum est. Neque enim Ovidius, qui omnes æquales suos Poëtas recenset: neque ullus veterum, eorum saltem qui extant, illius meminerunt.

Petrus Crinitus, qui an. 1515. 15. 16. singulorum Poëtarum vitas, facta, & opera singulis capitibus prosecutus est, eum nihil certi de Manilio asserere posset, hoc tamen, quod justum caput adimpleret, in illius laudem conscripsit.

Marcus Mallius ex illustri familiâ natus creditur; iisdem temporibus in Urbe claruit, quibus Divus Augustus Imperium Romana Urbis felicissimè gubernavit. Neque dubitandum est fuisse illum tanto Principi gratissimum, propter egregiam disciplinarum cognitionem, & ingenii excellentiam. Fabius Quintilianus nullam mentionem de Poëta Mallio facit: quocirca mirantur quidam cur illum pratermisit, præcipuè cum de T. Lucretio, & Emilio Macro judicium fecerit. Studium suum atque industriam collocavit in Mathematicis artibus, tantumque in his profecit, ut maximas ingenii sui laudes tulerit. Scripsit libros quinque de Astronomicis, carmine hexametro, in quibus magnâ ex parte Hypparchum, Eudoxum, atque Aratum secutus traditur. Idem Mallius seipsum excusat parum sibi licere in suo carmine, propter difficultatem operis, omnia Latinis verbis exequi: & in eo maximè laborare, ut magis instruere ac docere videatur, quàm delectare, quoniam

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Neque desunt qui existiment Plinium de hoc ipso Mallio intellexisse, quo loco de Obeliscis differit. Is enim suo ingenio pilam auratam in Obelisci apice constituit, ex cujus umbrâ horarum momenta observarentur. Quâ in re maximam commendationem accepit. De obitu illius nihil à nobis compertum est. Hactenus Crinitus,

M. MANILII

Laurentius Bonincontrius testatur, præter Poggii codicem, vetustissimos quoque Manilii quinterniones ab Antonio Panormitâ sibi fuisse traditos, in quibus ad omne librorum initium talis hæc erat inscriptio : *C. MANILII POETÆ ILLUSTRIS ASTRONOMICON* incipit.

Quorum quinternionum auctoritate permotus ille, non veritus est affirmare ab impressoribus malè scriptum fuisse, *M. Manilium*, pro *C. Manilio*. Lilius Gyraldus Ferrariensis lib. de Poët. hist. dialog. 4. édition. Basil. an. c15. 15. lxxx. scripsit hæc de Manilio.

Per hæc tempora (Augusti) crediderim Marcum Manilium, qui & C. Manlius ab aliquibus dictus esse videtur, ab aliis vero M. Manlius, vel Manilius, Poëta, Astrologia scriptor, de quo non, nisi ex ipsius carmine, satis firma habeo argumenta. Sunt qui extare dicant nomismata, quorum unum se habuisse ait Laurentius Miniatus, qui in ipsum auctorem commentaria reliquit; idem & Stephanus Dulcinus scribit. Alterum quoque nomisma simile se vidisse vir doctus ac probus, atque mihi longâ junctus amicitia Nicolaus Trapolinus dicere est solitus; in quibus nomismatibus ipse effigies, habitu peregrino, cum Sphæra Astronomicâ conspicitur, cum hujusmodi inscriptione, C. MANILII. Quo argumento alienigenam illum & peregrinum facile existimare possumus. Sunt qui Antiochenum ex Plinii verbis faciant; ut minus illis credendum sit, qui Roma illum ex illustri familiâ natum arbitrantur. Ego potius in Manliam familiam adoptatum crediderim, quàm natum, si conjectura standum. Plinius quidem lib. 35. Manlium Astrologia, ut ait, conditorem celebrat; & cum quidem Romam vectum eadem navi cum Plotio & Taberio Erote Grammatico. Idem quoque Plinius lib. 36. Manlium Mathematicum ait, cum de Augusti Obelisco, qui in campo Martio ad deprehendendas Solis umbras, dierum noctiumque magnitudines, positus erat. Ex ipsius igitur Manlii principio Augusto Principe florente fuisse colligimus. Nolunt quippe alium intelligi eruditi, nisi Augustum his versibus lib. 1.

Lib. 1.

Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ princepsque patérque,
Qui regis Augustis parentem legibus Orbem.

Concessumque patri Mundum Deus ipse mereris.

Item in fine lib. 4.

V I T A.

Ne dubites homini divinos credere visus,
Jam facit ipse Deos, mittitque ad sidera numen,
Majus & Augusto crescit sub principe cœlum.

Lib. 4.

Mortuus verò videtur Manlius Augusto adhuc vivente : nam cum de Tiberio meminit, qui Rhodum navigavit, ait,

Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem.

Lib. 4.

Illuc enim vitanda injuria causâ profectus erat Tiberius, ut scribit Suetonius.

Imperfectum quoque opus suum reliquisse Manlium sunt qui putent, cum de septem Planetis nonnihil meminerit, & de his mox planè non est exesutus. Latuit verò hoc ipsum C. Manlii opus per multa secula. Primus enim Poggius cum aliis libris, ut scisis, in Italiam attulit, Martini V. Pontif. maximi tempore. Antonius verò Panormita, vir ut & tempora tulere inprimis doctus, in Cassinensi bibliothecâ cum alterum reperisset vetustum, causa fuit ut castigatius & perfectius nonnihil illud haberemus, ut idem scribit Laurentius, qui & commentaria in illud edidit, quique de hoc Poëtâ multa vel commentus est ipse, vel inani certè ductus conjecturâ scripsit; cum eorum temporum Scriptores ejus ne minimam quidem mentionem fecerint, præter unum Plinium, si modò Manlius, cujus ipse meminit, is est Poëta, quem nos nunc dicimus. Id quod eâ ratione factum facile crediderim, ut non ejus meminerint, quòd cum Mathematicus & peregrinus esset, & inquinatè, si non barbarè, plerumque loqueretur, in apertum opus suum non dedit, veritus non satis se probatum iri, cum nec ejusmodi materia satis ornamenta capiat, ut ipse cecinit,

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Lib. 3.

Utcunque ejus electio haud nobis multi facienda; non enim Poëta, nisi in paucis, ne dum bis vates, ut ipse de se cecinit.

Secutus Manlius dicitur Dorotheum Sidonium sideralis scientiæ Poëtam. Id quod & nostri Scriptores asserunt, Julius Firmicus Maternus lib. 2. tametsi in aliquibus exemplaribus Dorotheus perperam scriptum inveniatur, meminit & Pontanus. Scripsit autem apotelesmata versibus disertissimis, ut ait idem Fir-

M. MANILII.

micus, quem certè Pontanus nostris diebus videtur, si non in ipsâ astrorum peritiâ, in carminis majestate post se reliquissè.

Vossius autem lib. de Poët. Latin. edition. Amsteld. an. CIO. IOO. LIV. ita de Manilio loquitur.

Manilius sive, ut in variis est libris, *Manlius*, cujus *Astronomicon* habemus, extremâ Augusti atate vixissè creditur. Sanè meminist Varianæ cladis, quæ quinquenniis contigit ante excessum Augusti. Antiquior igitur esse Augusto non possit. Verùm si Ovidio fuerit equalis, mirum ejus Ovidium ultimâ Ponticorum elegiâ non meminissè. Et si non ignorem ipsum dicere, quosdam à se præteriri. Præterea dictio videtur suadere potius vixissè senioris Theodosii temporibus. Imò clarissimo viro Gevartio videtur esse is *Manlius Theodorus*, quem ab siderali scientiâ prædicat Claudianus in Panegyrico ad eum scripto. Vide eum Notis in Statii lib. 3. Silv. carm. 3. ubi & pluribus se argumentis id ostensurum in Electis pollicetur. Si avi sit Augusti, eum sibi imitandum proposuerit *Julius Firmicus*, qui sub Constantino M. vixit. Sin Theodosianâ vixerit atate, *Manilius Firmicus* carmine expresserit. Quæ opinio nobis placuit lib. 2. de arte grammat. cap. 26. Nunc in alteram magis sententiam propendo. Legenti enim *Manilium* iterum iterumque Augusti temporibus videtur convenire.

Verùm non est jam cur de Marci Manilii nomine aut prænomine etiam varient auctores cum Bonincontro, cum Crinito, aut etiam cum L. Gyraldo, præcipuè cum ex cæteris omnibus codicibus ac manuscriptis manifestò constet non C. Mallium, sed M. Manilium esse scribendum.

Addit autem L. Gyraldus cum Bonincontro, *Manilium* hunc nostrum non alium esse à Manilio Antiocho, quem Astronomiæ conditorem pedibus cretatis inter venalitia Romanæ nave devectum narrat Plinius. Cujus rei firmandæ testem producit Bonincontrius nummum argenteum, quem penes se fuisse ait, in quo impressa erat imago hominis peregrino habitu, Sphæra juxta caput ejus appolita cum his litteris MANILI. Cui nummo similem alterum fuisse penes quemdam Nicolaum Trapontinum familiarem suum scribit Gyraldus.

At infirmum sanè argumentum; quasi aut Antiochus gentile nomen potius sit, quàm proprium, aut hominem peregrino habitu

V I T A.

habitu Antiochenum fuisse oportuerit. Accedit quòd, quem Manlium Antiochum Astrologum Romam delatum scribit Plinius, is unà cum Staberio Erote grammatico vectus sit; quem Staberium Sullanis temporibus, hoc est annis nonaginta quinque ante obitum Augusti, ludum aperuisse testatur Suetonius. Atqui, cùm Manilius hic noster hoc Astronomicon scripserit post cladem Varianam, hoc est annis quinque ante mortem Augusti (ut jam infra demonstrabitur) cùmque ad hoc opus absolvendum longævam ipse sibi optet vitam his verbis,

Faveat magno fortuna labori,
Annoſa & molli contingat vita ſenectâ
Ut poſſim rerum tantas emergere moles,

Lib. i.

oportuerit ſanè ut annos cxx. & ampliùs fuiſſet natus, cùm manum huic operi admovit. Senex autem non eſt, qui cupit fieri ſenex.

Fidem potiùs iis adhibuerim, qui Manilium hunc noſtrum non alium eſſe volunt ab eo, quem Plinius ſcribit pilam Obeliſco Auguſti impoſuiſſe. Quamvis enim non Poëtam, ſed Mathematicum nominat, Manilius hic ſanè, quidquid abnuerint nonnulli, & Poëta illuſtris, & Mathematicus non ignobilis fuit.

Cùm igitur alii Scriptores nihil certi de Manilio nobis prædicent, ex illius ſcriptis præſtat repetere quidquid ipſe de ſe non importunè loquitur.

Natione autem Romanum fuiſſe ipſe indicat hoc verſu:

Speratum Hannibalem noſtris cecidiſſe catenis.

Lib. ii.

Romæ ſcripſiſſe hoc opus, etſi dicatio ipſa operis per ſe ſatis prodit, ipſe tamen declarat hoc altero verſu.

Quà genitus cum fratre Remus hanc condidit Urbem.

Lib. iii.

Tempus verò, quo ſcripſit, manifeſtum faciunt hæc carmina:

Exter: as modo per gentes ut ſœdere rupto
Cùm ſera ductorem rapuit Germania Varum,
Inſecitque trium legionum ſanguine campos.

Lib. iv.

Ex iis enim conſtat hoc Astronomicon ſcriptum fuiſſe poſt cladem Varianam.

M. MANILII

Huc accedit ipsa operis dicatio, quam Augusto factam, etiam me tacente, satis loquuntur hi versus:

Lib. 1.

*Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ princepsque, patérque,
Qui regis Augustis parentem legibus Orbem,
Concessumque patri Mundum Deus ipse mereris,
Das animum virisque facis ad tanta canendum.*

Augustus enim & Pater patriæ consalutatus est, & divinos honores, etiam dùm viveret consecutus est, quos post mortem tantum Julio Cæsari redditos Suetonius testatur, & reverà Julii Cæsaris filius fuit, non quidem naturâ, sed iudicio & voluntate. Quod idem Poëta subinde repetit, ubi de secundâ Philippicâ pugnâ agens ait Augustum secutum esse vestigia Julii Cæsaris, atque in iisdem campis victorem extitisse, in quibus Julius victoriam prius retulerat:

Lib. 1.

Pérque patris Pater Augustus vestigia vicit.

Denique saltem ille vixit eâ ætate, quâ Augustus, ut hæc carmina aperte demonstrant, quibus Augusto viventi adulatur:

Lib. 2.

— *Uno vincuntur in astro
Augusto, sidus nostro quod contigit Orbi,
Cæsar nunc terris, post cælo maximus auctor*

Facit etiam ad hujus firmandam fidem vel unus ille locus, in quo de Rhodo insulâ mentionem faciens, felicem vocat illam, ex eo quòd Tiberii post Augustum futuri Imperatoris sit Hospitium:

Lib. 4.

— *Felix terræque, marique
Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem.*

Tiberius enim adhuc regnante Augusto Rhodum in insulam secessit, sive uxoris, ut ait Suetonius, sive Reipublicæ tædio affectus; ibique quasi in exilio remansit per annos octo, donec revocatus est omnium votis, utpotè quem in unum, tanquam in Imperii & Augusti hæredem, ora, & oculi populorum converterentur. Hactenus de Manilio. Restat ut aliquid de illius opere Astronomico proloquamur.



DE ASTRONOMICO MANILII OPERE.

ASTRONOMICON M. Manilii mutilum esse nemo ; qui legerit illud , in dubium revocaverit. Quod & ipse L. Gyraldus testatur suprâ citatus; neque modò priorem hujusce operis partem , quam aggressus est , omnem omninò absolvit ; neque posteriorem si scripsit , eam vidisse ullus testatur. Scilicet cùm ea Manilius , quæ à veteribus Græcis tradita fuerant de arte fiderali , Latinis versibus edere instituerit , illos , ut in cæteris rebus , sic in operis divisione imitatum fuisse verisimile est. Veteres autem Græci totum hoc Opus in duas partes partiti sunt , *εις ἀμυνῆς καὶ συσκευαστικῆς* , hoc est , in eam partem , in quâ signorum habitus ad se invicem , & eorundem suffragia tantùm , absque stellarum Errantium suffragiis , considerantur : & in illam , in quâ stellarum Erraticarum decreta admiscuntur. Posteriorem quidem hanc partem executurum se multoties in iis , qui nobis restant , libris pollicetur :

——— *Stellæque ex ordine certo ,
Ut Natura finit, lustrant , variâsque locorum
Efficiunt vires : utcunque aliena capessunt
Regna , & in extremis subsidum hospita castris.
Hæc mihi sub certâ Stellarum parte canentur.*

Lib. 2^{us}

Item :

*Templa quoque & partes cæli sua munera nôrunt ,
Et proprias tribuunt certo discrimine summas ,
Cum benè constiterit Stellarum conditus ordo.
Sed mihi templorum tantùm nunc jura canentur ,
Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis :*

Lib. 3^{us}

Verùm hanc partem aut non absolvit , aut si scripsit , ad nos usque illa non pervenit. Conscripsisse autem non solùm ipsi toties pollicenti credendum est : sed Firmico etiam fideli illius interpreti , qui decreta Planetarum prosecutus est totidem capitibus , quot retulit apotelesmata Signorum ex ipsius Manilii verbis .

Quod autem spectat ad primam partem , eam sex libris completam esse nemo non videt ; quorum tamen quinque tantùm supersunt ,

IASTRONOMICON MANILII:

nec ii quidem omnes integri. Quintus enim liber truncus est in po-
stremis sui partibus, in quo cæterorum clarorum siderum coortus ad
Zodiaci Signorum ortum desideratur. Sextus verò liber de eorundem
clarorum Siderum occasu ad Zodiaci Signorum occasum sanè fuit,
cùm librì quinti initio rem istam æquè polliceatur Manilius:

Lib. 5.

*Qua mihi per proprias vires sunt cuncta canenda.
Quid valeant ortu, quid cùm merguntur in undas.*


Igitur ad quinque superstites libros jam revertamur, de quibus ita
benè loquuntur multi: sed inprimis Junius Biturigis monachus in Epi-
stolà ad D. Henr. Smetium.

*Manilius est styli gravitate, sermonis proprietate, & commoditate argu-
menti multis facillè preferendus. Iterùm ibid. Atque in illà poësi Ma-
nilianà, ut gratiam ejus taceam, id ego summo opere sum admiratus, quòd
mores hominum eà gravitate, dignitate, commoditate à Manilio expressi
sunt, quam vix Orator & Poëta ullus adequarent. Judicio meo breviter,
graviter, suavisèrque omnia, ut ad usum institutionemque omnium commo-
dissimè.*

Lilius etiam Gyraldus, quamvis hoc Opus non videatur admodùm
laudare; non potuit tamen, quin hoc carmen Manilianum disertissi-
mum esse prædicaverit. Scaliger autem, cui Manilianum hoc Opus
vix admodùm olim probari visum est, causam improbandi carmen
hoc tandem, non in Manilii imperitiam, sed in lectorum inscitiam
merito rejecit. *Nihil enim, (inquit in Præfat. Manilianà ad tertiam
editionem, quam præparaverat) nihil iniquius inscitia, præsertim peda-
gogicà, & eorum inprimis, qui elementa Mathematica docent: qui, cùm
olim nobis lectione Manilii interdixerint, quòd sibi solis Epoptis ad illa adyta
penetrare fas putent, vellem non illam præscam Astrologiam, quam ne in
sõmnis quidem viderunt, sed dictionem tantùm Manilii interpretarentur:
argumentum operis dicerent, mentem Auctoris declararent, qui nihil magis
in deliciis habent, quàm Latine nescire. Hoc enim Grammaticorum est. Sed
benè est quòd noster Manilius Grammaticis istis, quos vocant, opus habuit.
Nam certè ab hujusmodi Astrologis nulla spes salutis affulgebat tam malè
accepto Poëta, & ab innumeris mendis & trajectione non solùm unius,
sed & plurimorum versuum: quòd tantam perturbationem toti operi attule-
rat, ut antea ne, quid vellet quidem Manilius, satis constaret. Itaque ignos-
cendum si nemo scriptorem illum intelligebat, quem attingere menda non si-
nebant: boni consulendum, si nemo attingebat, quem non intelligebat.
Certè ejus (Manilii) liber primus ita utilis adolescentibus futurus est, ut ad
spherica Elementa illis viam munire debeat:*

Unum superesset nobis præstandum, ut totius Operis brevem sy-
nopsum, hoc est conspectum hîc daremus: verùm quia cuique libro
peculiare argumentum præfiximus, non est cur eadem ad nausèam
fortassè repetamus.

M. MANILII




M.
MANILII
ASTRONOMICON.

LIBER PRIMUS.

DE MUNDO ET COELO.

ARGUMENTUM.



UNC librum *de Mundo & Cælo*, seu de Sphæ-
 râ Mundi inscripsit Poëta, ut potè qui totius
 Universi brevem, sed absolutam descriptionem
 complectatur. I. Namque Manilius, præmisso
 proœmio de Astronomiæ & Astrologiæ inven-
 tione, deque hominum industriâ in variis ar-
 tibus inveniendis, primam mundi originem, va-
 riâsque de eâ veterum Philosophorum opinio-
 nes commemorat. II. Cùm hoc totum Universum sit perfectè ro-
 tundum, Terram quoque in ejus medio rotundam jacere demon-
 strat. III. Quia verò totam hanc Universi molem circa ejus

A

Axem divina mens agitat cujus suprema superficies lucentibus stellarum flammis est adornata, sidera quæque aggressus, primum duodecim Zodiaci signa: deinde cætera tam in Australibus, quam in Aquilonaribus Cæli partibus posita prosequitur. IV. Horum autem omnium non nomina sola, non solum numerum recenset: sed & singulorum imagines formæque depingit; & aliquas Astrothesiæ causas cujusque reddit, atque statos ortus occasusque, dispositis vicibus, immutabili lege semper peragi docet. V. Quæ ex immutabili ortus occasusque siderum lege, postea concludit, brevi quâdam digressionem, nullum esse præsentius argumentum, non casu fortuito, sed Divinâ quâdam æternâ Ratione ac Providentiâ totum hoc Universum moveri. VI. Totius ejusdem Universi dimensionem quasi decircinans, brevem Sphæræ descriptionem subjicit; quinque prius Parallelos circulos, Equatorem nempe, Tropicos duos, duosque Polares: Meridianum deinde, Horizontem, Zodiacum, & Galaxiam describit. VII. Cum autem animos Heroium in Galaxiam, quam Græci vocant, Latini viam Lacteam, recipi vetustas omnis crediderit; hinc, quos præsertim Romana vetustas in hanc Cæli partem retulerat, illorum censum brevi serie carminum agit. VIII. Tandem præfatus pauca quædam de septem Planetis, qui Zodiacum hinc inde dispariliter pererrant, corollarium de Cometis, aliisque Meteoris subnectit, ut primam, quam Græci vocant *Μετεωρολογίαν*, Astronomiæ partem totam absolvat.



*M. Manly Poeta Astronomicæ libris primus
incipit feliciter*

ad Octavianum Augustum.

MS B.

MARCI MANILII ASTRONOMICON.

LIBER PRIMUS.



ARMINE Divinas artes, & conscia Fati
Sidera, diversos hominum variantia casus,
Cœlestis Rationis opus, deducere Mundo

INTERPRETATIO.

SUscipio evocare è Cœlo meis versibus participes Fati, & quæ mutant varias Fortunas hominum, quod est opus mentis divinæ.

ANNOTATIONES.

1. **C**Armina.] Cum arduum & difficile, imò Cœlestis Rationis opus aggre-
diatur Manilius, ait sibi vi carmi-
num opus esse; ut è Cœlo possit deducere
astem, quam in eo Dii condidère. Allu-
dit quippè ad ea carminum incantamen-
ta, quibus Luna, quoties Magis ve-
nificis luberet, è Cœlo vel invita evo-
cari credebatur. Virg. Eclog. 8. v. 69.

*Carmina vel Cœlo possunt deducere
Lunam.*

Divinas artes.] Astronomiam & Astro-
logiam, cujus utriusque principia præ-
ceptaque traditurus est. Quas Divinas
vocat, quia à Diis datas, & è Cœlo
evocatas habemus.

Conscia Fati Sidera.] Ex veterum er-
rore, qui Fata, fatalisque rerum even-
tus sideribus agi atque alligari crede-
bant: quod & innuit passim.

Lib. 3. v. 53.

*Fata quoque & vitas hominum sus-
pendit ab astris.*

Fati.] Dux præsertim veterum de Fato
existere opiniones. 1. Platoniorum, &
Stoicorum. 2. Democriti, Heracliti,
Empedoclis, & ejusdem sectæ virorum.
Hi Fatum autumarunt rem esse natura-
lem: Illi rem penitus Divinam fecerunt,
quippè quibus Fatum dupliciter dictum
sit, vel *substantia*, id est, *substantia*: vel *évé-
yena*, id est, *actus*. Fatum ut *substantia*,
Deus ipse fuit iis, seu æterna Ratio,
quæ cuncta disponat, causâque causis
ita innecat, ut ex earum serie contin-
gant, quæcunque contingunt. Fatum

verò ut *actus*, partim ipsum est Dei
decretum, quo Deus omnia constituat,
unde *Fatum* dictum volunt à *fando*: hoc
est dicendo seu destinando: partim
Ordo causarum invariabilis. Quo sensu
Fatum ab iisdem dicitur. *Necessitas fi-
lia. Ordo complectens ordines omnes. Lex quâ
Deus ipsa teneatur.* Manil. lib. 4. initio.

Qui verò Fatum autumarunt esse rem
merè Naturalem, neque ab ullo Dei
decreto dependentem, ii pariter duas in-
sententias abièrunt. Alii enim Fatum
esse dixerunt *Necessitatem æternam*, quæ
impediri non possit; neque tamen à Deo
constitutam: sed per se necessariò & in-
variatiè perseverare. Ita censuerunt De-
mocritus & Heraclitus. Cic. Lib. de
Fato. Alii verò posuerunt Fatum *seriem*
causarum naturalium inter se quidem
connexarum: sed reputarunt causas po-
steriores non ita dependere à prioribus,
quin impediri possint ab iis agendis,
quæ alioquin agerent; impediri, in-
quam, à rebus vel fortuitis, vel liber-
tate utentibus. Ita Aristoteles, lib. 2.
Phys. cap. 6. Et ejus discipulus Theo-
phrastus apud Stobæum, lib. 5. docens
*Εἰς αὐτὴν αἰὶν ἡ ἀνάγκη. Quoniam, Fa-
tum esse cujusque rei naturam.* Et Epi-
curus apud Lucret. lib. 2. v. 251. Hinc
ne mireris Fatum varias fortiri signifi-
cationes apud Manilium, ac præsertim
usurpari pro rerum morte ac interitu,
Fatalique casu ac eventu. Infra v. 184.
3. *Mundo.]* Cœlo. Vide v. 9. ubi di-
cetur, cur *Mundus* pro Cœlo dicatur.

A ij

*Firmicus in præf.
Divina Mathematici: et
Divina Doctrina: atq;
ita passim:*

*ad videri nutanti q; ut
Persius, a sacra valum
carmen affero noturna, et
ipse infra: Ad duo templa percos.*

Aggredior; primusque novis Heliconam movere
Cantibus, & viridi nutantes vertice sylvas,
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ Princêpsque Patêrque,

INTERPRETATIO.

¶ primus incipio personare novis res sacras peregrinas, & cantatas à
cantibus Heliconæ, & Sylvas, quæ nemine antecedentium me. Nunc tu, Æ
agitantur cacumine virenti, afferens Cæsar, Domine & Parens patria,

ANNOTATIONES.

4. Primus.] Nemo enim Poëta Latinus antè Manilium Astronomiæ præcepta versibus tradiderat. Apud Græcos quidem Phænomena carmine persecuti fuerant Eratosthenes & Aratus, quem è Græco in Latinum Carmen ab Ovidio post Ciceronem, & post Ovidium à Germanico conversum habemus. Apotelesmata verò seu Horoscopi effectus siderumque magisteria unus Dorotheus Sidonius Græco carmine conscripserat, quod opus legerunt Arabes, Omar, Messahala, Alchabitius, ut ipsi testantur, & alii, sed non extat.

Heliconæ.] Montem Phœbo & Musis sacrum, juxta Phocidem, non procul à Parnasso, semper virentes lauros ferentem.

Movere.] Personare, faire resentir, vel, excitare, sup. Musas in Helicone sedentes. Continens pro contento.

6. Sacra ferens.] Finguntur enim Poëtæ Musarum Sacerdotes. Virgil. 2. Georg. v. 476.

Quarum sacra fero ingenti percussus amore.

Ovid. 3. Am. Eleg. 7.

Ille ego Musarum purus, Phœbique Sacerdos

Per Sacra, intellige rem omnem Musis sacratam, putà, carmina, sacrificia &c. Sacra igitur ferre, est vel carmina afferre, ut ait Persius:

Ad sacra Vatum carmen afferro nostrum.

Et Virgil. 2. Æn. v. 23.

Sacra canunt.

Vel sacra perficere, ut loquitur Virgil. 3. Æn. v. 19.

Sacra Dionæ Matri, Divis que ferebam.

Priorum.] Supl. Latinorum Poëtarum, ut monui v. 4. Sic infra v. 113.

Hoc mihi surgit opus non ullis antè sacratum
Carminibus.

7. Cæsar.] Augustus, cui suum hoc opus dedicat Manilius, & cui propter ingenii excellentiam gratus admodum fuit. Crinit. lib. 3. de Poët. c. 41. Quamvis autem non omnibus adeò constet, quo tempore scripserit Manilius; ex hoc tamen uno ejus opere facile est colligere Augusto Cæsari fuisse æqualem. Quod satis innunt hæc verba sequentia: patria Princêpsque Patêrque: Is enim Augustus vivus patria Pater est salutatus, ut jam dicemus. Et hæc, v. 8. Augustus legibus. Alludit enim ad Augusti nomen. Similiter isthæc v. 13. Hoc sub pace vacat: quibus Augusto adulatur ob pacem toti Orbi partam, sed hæc præcipue, v. 443.

Cetera non cedunt; uno vincuntur in astro.

Augusto, sidus nostro quod contigit Orbi:

Cæsar nunc Terris, post Cælo maximus Auctor.

Et v. 794.

Venerisque ab origine proles

Julia descendit Cælo, Cælumque replevit.

Quod regis Augustus socio per Signa Tonante.

Pater patria.] Augusto enim Cæsari, Teste Suet. in ejus vitâ, cap. 58. Patria cognomen Universi repentino, maximoque consensu derulerunt. Prima plebs, legatione Antium missâ; Deinde quia non recipiebat, ineunti Roma spectacula frequens & Laureata: mox in Curia Senatus, neque decreto, neque acclamatione, sed per Valerium Messalam id mandantibus cunctis: quod bonum, inquit, sanctumque tibi sit.

LIBER PRIMUS.

Qui regis Augustis parentem legibus Orbem ,
Concessumque Patri Mundum Deus ipse mereris ,
10 Das animum , viresque facis ad tanta canendum .
Jam propiusque favet Mundus scrutantibus ipsum ,
Et rapit æthereos per carmina pandere census .

Da B. P.
Cum P.
cupit, sen. A.

INTERPRETATIO.

qui gubernas Orbem terrarum obsequen- | ad cansandas res tam magnas. Et pra-
tem tuis sanctis edictis ; & qui Divus ipse | terea Cælum favet iis , qui rimantur
dignus es Cælo , quod fuit datum Parenti | ipsum propinquius . & incitat ad ex-
tuo , das mihi animum . & addis vires | plicandum versibus Cælestes opes.

ANNOTATIONES.

Domusque tua , Caesar Auguste . . . Sena-
tus te , consensio cum Pop. Romano con-
salutat patria Patrem. Quod Ovid. Fast.
2. duobus his complexus est vers.

Sancte Pater patria , tibi Plebs , tibi
Curia nomen

Hoc dedit : hoc dedimus nos tibi
nomen Eques ,

8. Augustis .] Sanctis . Namque , ut ait
Ovid. Fast. 2.

Sancta vocant Augusta Patres : Au-
gusta vocantur

Templa , Sacerdotum ritè dicata
manu .

Hujus & Augurium dependet origine
verbi :

Et quodcumque suâ Juppiter
auget ope .

Alludit igitur Poëta noster ad Augusti
nomen. Octavius enim Cæsar cognomi-
natus est Augustus , quia Divus , quia San-
ctus , quia vivus adhuc hominibus ve-
nerandus fuit. Meritò igitur , quia Au-
gustus ipse , Augustis legibus regebat
Orbem .

9. Patri .] Julio Cæsari , cujus Au-
gustus non naturâ quidem , sed judicio
& voluntate fuit filius , Imperiique hæ-
res. Suet. cap. 82. in vitâ Jul. Cæsaris
Sic Manilius infra , v. 916.

Perque Patris Pater Augustus vestigia
vicit .

Mundum .] Cælum , quo dignum
prædicat Augustum , & in quod Julius
Cæsar post mortem fuerat relatus. Suet.
Mundum pro Cælo . v. 3. 11. 107. 368.
524. 672. Et lib. 2. v. 101. & alibi passim.
Et Plin. lib. 2. cap. 1. Mundum , quod

alio nomine appellari licuit . Fortè quia
pars nobilior pro toto sumitur ; vel quia
Mundus dicitur ab ornamento Cælorum ;
qui decus Universi faciunt , quem Mun-
dum vocamus. Unde infra , v. 126. ait
Manil.

— Mundumque enixa nitentem . &c.
12. Rapit .] Fert , inducit . Ita omnes
Codices , præter unum Gemblacensem ,
in quo legitur : cupit . Minus eleganter ;
nec bene .

Census .] Divitias , opes . Census enim
apud Romanos dicebatur Æstimatio re-
rum ac bonorum , secundum quam tributa
solverentur .

Sic lib. 3. vt 72.

— Totumque hominis per sidera
censum

Ordine sub certo ducis .

Et lib. 4. v. 877.

Inque ipsos penitus Mundi descendere
census .

Quamquam non pro solis divitiis , sed
& pro serie ac ordine rerum , pro dote ,
& pro jure ac dominio Census usurpat
Manilius . Pro divitiis quidem hic & lib.
2. v. 821. lib. 3. v. 72. lib. 4. v. 11. 126.
192. 372. 538. 693. & lib. 5. v. 277. 353.
363. Pro serie ac ordine rerum , putâ , cæ-
lorum , siderum , &c. hic & lib. 2. v. 69. 1.
5. v. 719. pro dote , lib. 4. v. 507. pro do-
minio , lib. 2. v. 457. Codex Gemb. Sen-
sus . Malè : neque enim ea mens fuit Ma-
niliæ ut astrorum sensus explicaret : sed
potius Cælorum ac siderum orbes , do-
minia juraque in hæc inferiora , vel ipso-
rum Cælorum opes , ac siderum dotes .

Hoc sub pace vacat tantum. Juvat ire per ipsum
Aëra, & immenso spatiantem vivere Caelo:

- 15 Signaque, & adversos stellarum noscere cursus.
Quod solum novisse, parum est. Impensius ipsa
Scire juvat Magni penitus præcordia Mundi;
Quæque tegat, generetque suis animalia Signis
Cernere, & in numerum, Phæbo modulante, referre.

INTERPRETATIO.

Id autem licet solum fieri tempore pacis.
Igitur jam delectat me vadere per ipsum
aëthera, & vivere ambulante in Caelo
laetè patenti: & agnoscere sidera, &
motus contrarios astrorum. Quod tantum

*cognovisse, parva res est. Multo magis
delectat me agnoscere intrinsecus viscera
Magni Caeli; & videre quam animalia
illud condas & effingat in suis sideribus; &
reducere hæc omnia in mensuram verborum,*

ANNOTATIONES.

13. *Hoc sub pace.* Quasi inter strepi-
tus belli benè & æquo animo carmina
conscribere non liceret. Metuunt quippe
streptum armorum Musæ. Benè igitur
adulatur Augusto, qui pacem Uni-
verso Mundo pepererat, Janique tem-
plum clauserat. Suet. in Aug. c. 22.
Sic Lucret. lib. 1. v. 30. & seqq. de ærum
exortu primo dicturus operi suo tempus
pacis exoptat, quasi vigente bello arma
cum studiis teneretur commutare.

*Nam neque nos agere hoc Patriæ tem-
pore iniquo*

Possumus æquo animo.

Sic Germanicus interpretaturus Phœ-
nomena Arati auspicatur à pace, Au-
gustique nomine:

*Pax tua, tuque adsis nato, Nu-
menque secundo.* &c.

Sic fere omnes Poëtæ.

14. *Adversos stellarum.* &c. Non fi-
xarum: sed errantium, quas idèò Plane-
tas vocant à verbo πλανᾶν vagari. Et
Erraticæ, Erronæ. Stellæ quippe fixæ con-
trarios non habent motus, sed unius
primi Mobilis motu rapiuntur ab ortu
in occasum. Planetæ verò, præter hunc
primi Mobilis motum, quo feruntur
pariter ab ortu in occasum, huic con-
trarium, & sibi proprium alterum ha-
bent, quo ab occasu in ortum feruntur.

17. *Magni præcordia Mundi.* Signa
Zodiaci. Zodiacum quippe vocat Ma-
gnum Mundum, seu Cælum, tum quia
major est Cœlestis Sphæræ circulus:
tum quia præcipua Cœli pars est. Plu-
rima quoque alia nomina sortitur Zodia-
cus. Infra enim v. 262. dicitur, *Arx*

Caeli. v. 308. *Medius orbis.* v. 312. *Flam-
ma Caeli.* v. 696. *Signifer.* Et lib. 3. v. 361.
Baltens Caeli, &c. Signa verò duode-
cim Zodiaci dicuntur *Præcordia Caeli*,
quia sunt tanquam Mundi viscera, ex
quibus Astrologus futuros rerum even-
tus præcipuè prævideat. Alludit autem
Poëta ad Aruspicum morem, qui victi-
mam immolatam in arā inspiciunt, &
ex ejus extis futurarum rerum casus dis-
cunt, Ovid. Metam. 15.

*Protinus ereptas viventes corpore fibras
Inspiciunt, mentemque Deum scru-
tantur in illis.*

Sic Manil. 3. v. 61. de iis Signis Zodiaci,
*Qua quasi per mediam Mundi præ-
cordia partem.*

Disposita obtineant. &c.

Et infra v. 261.

*E quibus & ratio Fatum ducitur
omnis.*

18. *Tegat* Condat, id est, quas ani-
malium figuras referre videatur, nempe,
aliam Arietis, aliam Bovis, aliam Can-
cri, &c. Scaliger: *regat*, id est, habeat,
contineat.

Suis Signis. Quæ duodecim sunt con-
tenta hoc Disticho.

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer,
Leo, Virgo.*

*Libraque, Scorpius, Arcitenens, Capre
Amphora, Pisces.*

Dicuntur autem *Signa* illa sidera, quia
species aut figuras animalium quo-
rundam, aut rerum animalium referre
finxerunt veteres, quo sensu simulacra,
imagines, & statuae dicuntur *Signa*.

19. *In numerum.* In mensuram car-

ἔφατος πᾶσι τοῖς ὄν-
τισι Κοσμον Ἰνδοῦ
γῶρας. vid. Carstén
p. 525

LIBER PRIMUS.

- 20 Bina mihi positis lucent altaria flammis.
Ad duo Templâ precor duplici circumdatus æstu,
Carminis & rerum: certâ cum lege canentem
Mundus & immenso Vatem circumstrepit orbe;
Vixque soluta suis inmittit verba figuris.
- 25 Quem primum inferni licuit cognoscere terris
Munera Cœlestium? Quis enim condentibus illum,

7
Dum Bge: Praeor, dum, inhorum S:
circumstribit
J. Vossij Exon:
ad Patellâ p. 66.
inferius B. P.

INTERPRETATIO.

Apolline concinente. Dua ara emittunt mihi lucem ignibus supra positis; implicitus geminâ difficultate, versus scilicet & materia, oro ad duas Aedes sacras: nimirum Cœlium vasto suo ambitu obruit me canentem cum certâ mensurâ verborum,

& agentem Poetam; & vix subministrat mihi voces liberas à suis figuratis significationibus. Cui primo hominum concessum est in hisce terris inferioribus cognoscere dona Deorum Superiorum? Nam quis homo furatus est

ANNOTATIONES.

minis. Quia enim carmen cantatur, omnis autem concentus numeris constat, frequenter *Numerus*, aut pro carmine, aut potius pro ratione harmonicâ usurpatur. Virgil. 9. Eclog.

— *Numeros memini, si verba tenerem.*

Igitur referre aliquid in numerum, est illud carmine, seu numerosâ verborum mensurâ dicere.

Phæbo.] Apolline. Apollo enim *Phæbus* & *Sol* dicitur cum pro lucis auctore, aut pro carminis repertore Vatumque prælide sumitur. *Phœcos* enim significat *lucidum*, & *vatium*, quasi *phœs* sive *lux* vita. Lux namque Solis verè est vita. Dum autem Apollo mentem Vatribus inspirat, animis eorum lucem affert. Virg. 6. *Æn.* v. 12.

— *Magnam cui mentem animamque.*

Delius inspirat Vates, aporetque futura.

21. *Æstu.*] Animi dubitatione, ac ægritudine, id est difficultate, quam carmen & materia pariunt. Rem sanè tractat, quæ vix carmine tractari potest, cum propter materię difficultatem, cum propter verborum inopiam. Unde ait lib. 3. v. 30.

At mihi per numeros, ignotâque nomina rerum,

Laudandum est...

24. *Figuris.*] Tropis. Figuratâ significatione, vel mensuris, numeris, pedi-

busque, quibus carmina solent constringi. Quasi verba propria sibi desint ad tantas res canendas, puta, cœlorum Censur, Ordines, Stellas, Figuras siderum, Nomina, Ortus, Occasus, Aspectus, Coniunctiones, Oppositiones, &c. Unde lib. 3. v. 33.

— *Dicere quantum est,*

Carminibus quid proprio? pedibus quid jungere certis?

Ornari res ipsa negat contenta voceri; Et si qua externâ referentur nomina lingua

Hoc operis, non Vatis erit. Non omnia flecti,

Possunt. & propria melius sub voce notantur.

25. *Quem primum, &c.*] Ita Codex Gemb. hos 12. v. rectè scribit & interpungit, quos Vulg. editio inturbat, & malè interpungit, repetens etiam sensum à superiori versu. *Vixque soluta &c.*

26. *Quis enim condentibus, &c.*] Eirmic. lib. 3. c. 1. Non fuit ista *g. i. ura* *Mundi*; nec aliquis interfuit eo tempore, quo *Mundus* divina mentis ac providi Numinis ratione formatus est. Et Manil. ipse lib. 4. v. 304.

Et verum in Cœlo est multâ cum ambagine rerum.

Et v. 407.

Impendendus homo est, Deus esse in possit in ipso.

Clepsisset furto Mundum, quo cuncta reguntur?

Quis foret humano conatus pectore tantum,

Invitis ut Diis cuperet Deus ipse videri?

303 Sublimes aperire vias, imumque sub Orbem,

4 Et per Inane suis parentia legibus astra;

5 Nominâque & cursus Signorum, pondera, vires?

1 Tu princeps, auctorque sacri, Cyllenie, tanti;

2 Per te jam Cælum in Terris, jam sidera nota;

INTERPRETATIO.

Cælum, à quo omnia gubernantur, dum Diî Cœlestes creabant illud? Quis aggressus esset viribus solum humanis opus tam arduum, ut ipse vellet videri Deus, Diis repugnantibus? Scilicet detegere Cœlestes cursus & stellas obedientes suis jussis

infra infimum Globum terrarum, & per medium athera; & nomina, & motus, & dominia, & affectiones siderum? Tu ô Cyllenie, es magister & auctor muneris tam sacri; per te jam Cælum, jam astra sunt cognita in terris.

ANNOTATIONES.

27. Mundum.] Cælum, v. 3. Quod his inferioribus dominari crediderunt veteres, vel ex mente Stoïcorum, qui quod ratio est homini, id Cælum toti Mundo esse voluerunt: vel ex errore, quo fatales rerum eventus Cœlorum siderumque motibus agi putaverunt.

28. Quis foret humano, &c.] Sic lib. 4. v. 389.

Quod quaris Deus est; conaris scandere Cælum,

Fatâque fatali genitus cognoscere lege,

Et transire tuum pectus Mundôque potiri,

Sed magis ad rem lib. 2. à v. 115. ad v. 127.

Quis Cælum possit, nisi Cœli munera nosset,

Et reperire Deum, nisi quis pars ipse Deorum est? &c.

Pectore.] Mentē: continens, pro contento. Pectus enim sedes est cordis, cor sedes mentis & animi, ut quibusdam veteribus visum est. Infra v. 79.

31. Per Inane.] Per aëra, seu æthera superiorem. Opponit enim Inane, terrarum inferiori parti.

32. Nominâque.] Sic v. 109.

Attribuitque suas formas, sua nomina Signis.

Et Virgil. 1. Georg. v. 137.

Navita tūm stellis numeros & nomina fecit.

At Scaliger: Nominâque. Dicitur autem momen & momentum, id est, vel temporis exigui spatium: vel pondus leve: vel exiguum loci intervallum. Quæ lectio mihi non probatur. Alii: Nominâque, id est, jura, vires. Sic lib. 4. v. 307. Verum his eadem repeterentur eodem versu. Additur enim: pondera, vires.

32. Pondera.] Gemb. id est, potentiam, jus, dominium. Pondus enim pro Authoritate sumitur. Cic. Epist. 1. A. Vulg. Pandere vires, quæ lectio probari potest.

33. Cyllenie.] Mercuri. Mercurius enim Cyllenius est dictus à Cyllene Monte Arcadiæ, in quo natus est. Virgil. 8. Æn. v. 137.

Vobis Mercurius Pater est, quem candida Maia,

Cythenes gelido conceptum vertice fudit.

35. Per te, &c.] Mercurius enim Astronomiæ simul & Astrologiæ primus auctor & inventor fingitur. Firm. lib.

3. c. 1. Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt, secus Æsculapium & Annibim, quibus potentissimum Mercurii Numen istius scientiæ secreta commisit. Scilicet divinæ sunt artes, & è Cœlo evo-

Quem

- 35 Major uti facies Mundi foret, & veneranda
 Non species tantum: sed & ipsa Potentia rerum;
 Sentirentque Deum Gentes, quam maximus esset,
 Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent
 Omnibus, & Cœli faciem, Cœlumque supernum: }
 40 Naturæque dedit vires, se quæ ipsa reclusit,
 Regales animos primum dignata movere,

Deum R. P.

seq. B. P.

INTERPRETATIO.

nimirum ut vultus Cœli esset angustior, & ut non solum aspectus ejus esset dignus veneratione: sed etiam ipse Auctor rerum; & ut homines agnoscerent Deum, quam potentissimus esset Deus, qui distribuit ita formam exteriori Cœli, & Cœlum ipsum supremum in suas qualque partes temporis, ut innotescerent omnibus hominibus; & qui indidit tales vires naturæ ut ipsa patefecerit sese, principio dignata excitare mentes Regiū.

ANNOTATIONES.

candæ, ut ait Manilius v. 1. Quanquam non consentiunt Auctores de primis Astrologiæ & Astronomiæ inventori- bus. Namque teste Diodor. lib. 2. c. 3. id sibi commentum asserunt Ægyptii: At lib. 5. id Actino Solis filio tribuitur. Docet autem Joseph. lib. 1. Antiq. c. 16. ab Abrahamo ad Ægyptios, ab his ad Græcos traductam sideralem scientiam. Plin. verò lib. 7. Atlantem primum facit Astronomiæ auctorem, quem idè fabulati sunt Poëtæ Cœlum humeris sustinere. Quanquam idem Plin. lib. 6. id commentum adscribit Jovi Belo: Servius in 6. Eclog. Virgil. Prometheus. Sed è Cœlo evocatum Astronomiam concinunt omnes Poëtæ.

35. *Facies mundi.*] Forma exterior Cœli. Concava cœli species. Sicut è contra per Cœlum supernum intelligitur convexa Cœli superficies; interior Cœli conspectus. Quanquam sicut per *Faciem Mundi*, intelligit Poëta vultum Dei exterioriorem: ita per *Cœlum supernum* notat interioriorem Dei intuitum, seu Deum ipsum. Ita enim sese explicat, lib. 2. v. 115.

Et reperire Deum, nisi quis pars ipsa Deorum est:

Atque hanc convexi molem sine fine parentis, &c.

Et lib. 4. v. 308.

Qua tibi non oculis, altâ sed mente fuganda est

Caligo, penitusque Deus non fronte notandus, &c.

36. *Potentia rerum.*] Divinitas rerum creatrix. Divina potentia.

38. *Qui.*] Deus. Scaliger: *queis pro quibus.* supple *gentibus.* Sic enim ille: *quibus gentibus sua negotia Deus disposuit per tempora.* Non enim Deus sua, sed hominum negotia intelligitur disposuisse. Quasi verò ea sit Manilii sententia. Imò ait Poëta Deum ita Cœlorum faciem exteriori & interiori disposuisse per sua quæque tempora, hoc est, per temporis vicissitudines, motusque intervalla, ut utraque benè hominibus innotesceret: id est, ut non solum Cœli ac siderum notitiam haberent homines; sed & Cœli siderumque vires & affectiones penitus intuerentur, unde futuros rerum eventus præviderent.

40. *Naturæque, &c.*] Codex Romanus. Benè; vult enim Poëta Deum Naturæ auctorem ipsi indidisse has vires, ut ipsa sese recluderet & patefaceret primum Regibus, deinde Sacerdotibus. Itaque innuit primos Astronomiæ inventores fuisse Reges: deinde Sacerdotes, seu Augures, qui ex signis cœlestibus Augurium darent, & à quibus in ceteros homines hanc artem dimanasse creditum est. At Gemb.

Et natura dedit vires, seque ipsa reclusit. Idem ferè sensus, licet non eadem verba: sed minus probata lectio.

41. *Regales Animos.*] Reges. Belum sanè notat Babyloniam regem; notat & Chaldæorum & Assyriorum Reges alios, putà Zoroastrem Bactrianorum Regem,

B

is B.P.
 2ua B.P.
 fecit B.P.

10

M. MANILII

Proxima tangentes rerum fastigia Cœlo:

Qui domuere feras Gentes Oriente sub ipso;

Quas secat Euphrates; in quas & Nilus inundat;

45 Quâ Mundus redit, & nigras superevolat urbes,
 Tum qui Tempia Sacris coluerunt omne per ævum;
 Delectique Sacerdotes in Publica vota,

INTERPRETATIO.

qui attingerent ingenio culmina rerum vicina Cœlo; qui scilicet subjecerunt imperio suo populos feroces in ipso Oriente quos Euphrates interfuit, & in quos Nilus effundit se eâ nimirum parte, quâ

Cœlum revertitur & voluitur supernigros populos. Deinde dignata movere illos, qui venerati sunt Aedes sacras sacrificiis per omnem aetatem, & qui electi Sacerdotes ad publicas preces peragenda

ANNOTATIONES.

qui fideralis scientiæ peritissimus fuit. Plin. lib. 30. cap. 1. & Justin. lib. 1. Chaldæi namque, Assyrii & Egyptii primi Cœlum observarunt. Si tamen Josepho, lib. 1. Antiq. c. 16. credimus, primus Abrahamus Sacerdotibus Egyptiis Astronomiæ artem tradidit; eademque scientiâ Moses excelluit.

42. *Tangentes fastigia rerum.* Attigentes mente, & concipientes res superas, ac cœlestes.

43. *Qui domuere, &c.* Puta Belum Regem Babyloniz, quam alluit Euphrates ad Orientem.

44. *Euphrates.* Celeberrimus Mesopotamiæ fluvius, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ in mare rubrum per Babyloniam defluere, ac totius Syriæ oris interim allabi. Notat ergo Poëta Chaldæos, Babylonios, & Assyrios.

In quas & Nilus. Notat & Egyptios: Nilus enim Egypti fluvius est notissimus, de quo nos lib. 3. v. 272. Plin. lib. 15. c. 9. & nos iterum in Lucretium lib. 6. v. 712.

45. *Mundus.* Cœlum, seu Sol. Is enim est Egypti situs in orbe terrarum ut media jaceat sub Tropico Cancrî, à quo Mundus redire dicitur, cum Sol ab eo retrovertitur. Hæc enim est altera Solis meta, ultra quam non abit, ut dicitur infra. Nugatur ergo Junius Biturigis, qui vocem *mundus* interpretatur *purus*, id est, limpidus, sup. Nilus.

Nè Poëta, inquit, tam ipsos notasset Æthiops, quam Egyptios. Quasi Nilus purus non feratur per Æthiopiam, sed per solam Egyptum limpidus refuat, Ex hoc autem errore in alterum pejo-rem est lapsus, dum per *nigras urbes* intelligit ipsas domos ac ædes ex nigro lapide constructas in Egypto, cujus generis lapides frequentiores esse ait in ipsa inferiori saltem Egypto, in cujus rei fidem testatur Plinium lib. 5. c. 9. ubi ne verbum quidem de hisce nigris lapidibus.

Nigras urbes. Populos nigros: Ægyptios, qui nimio caloris æstu adusti nigrescunt. Est autem Poëtis familiare, ut civitates, aut litora usurpent pro civibus aut incolis. Sic v. 244.

Illic orta dies sopitas excitat urbes. Id est, Cives sopitos, & v. 881.

Extulit antiquas per funera pacis Athenas.

Id est, Athenienses, & Virg. Æn. 3. v. 44.

Hæc fuge crudeles terras, fuge litus avarum.

Id est, homines crudeles & avaros.

46. *Tum qui Tempia, &c.* Apud Ægyptios nulli sacerdotes nisi Astrologiæ periti. Ad Cultum Deorum deputati, per omnem vitam philosophantur, peritissimi Astrologia habiti Chaldæi, Diod. Sicul.

47. *Vota.* Preces, sacra, sacrificia, &c.

no 1 firmici l. 2: cap:
 33: inde enim patenda
 est hujus loci interpretatio

ad: 1. v. 272 de 40.
 p. 316.

44 leg. signas et Nilus: Chaldæos enim et Egyptios intelligit; Justinus de Rhetorica
 Egyptiæ primis max. Babyloniam ad perdiscedos siderum motus, originemq. Mundi spectantem
 profectus. Ipse lib. 4: Tibur, natus in Egyptia Nile,
 Lemus virgine &c. 5:

LIBER PRIMUS.

Officio junxere Deum; quibus ipsa potentis,
 Numinis accendit castam præsentia mentem;
 50 Inque Deum Deus ipse tulit, paruitque Ministris.
 Hi tantum novêre decus, primique per artem
 Sideribus vidêre vagis pendentia Fata.
 Singula nam proprio signarunt tempora casu,
 Longa per assiduas complexi sæcula curas.
 55 Nascendi quæ cuique dies, quæ vita fuisset:
 In quas Fortunæ leges quæque hora valeret:
 Quantâque quàm parvi facerent discrimina motus.
 Postquam omnis Cœli species redeuntibus astris
 Percepta in proprias sedes, & reddita certis
 60 Fatorum ordinibus sua cuique potentia forma,

INTERPRETATIO.

conciliauerunt Deum cultu suo : & quibus ipsa præsentia divinitatis omnipotentis afflavit mentem pudicam ; & in quos Deus ipse immisit seipsum Deum & patrefecit se ut suis ministris. Isti Sacerdotes cognoverunt hoc tantum donum , & priores observaverunt per artem Fata alligata esse sideribus huc illuc dispersis in Cœlo. Namque notarunt quaque spatia temporis suo quoque Fato, postquam

observaverunt longa spatia temporis per observationes diligentes. Observantes quæ dies natalis fuisset unicuique & quam vitam ; ad quas rationes Fati qualibet hora pertineret ; & quàm magnas differentias minimi motus efficerent. Postquam omnis forma Cæli fuit observata sideribus revertentibus in sua pristina loca ; & postquam per diversas experientias , propria quaque vires attributa sunt cuilibet figura.

ANNOTATIONES.

50. Inque tulit.] Pro intulitque.
 51. Novêre.] Vug. & Gemb. movêre, id est, promovêre, dum scilicet sideralem scientiam Sacerdotes posteris per artem tradidêre ; nec malè.

53. Proprio casu.] Gemb. Benè : casum enim usurpat Poëta pro Fato ; quod certis Cœli spatiis & sideribus alligatum voluerunt veteres. At Scaliger: propria... causa, quia, inquit, legitur, v. 106.

Qua postquam in proprias deduxit singula causas.

Tempora.] Intervalla quædam Cœli motûque Cœlorum, quæ in duodecim partes distinxêre veteres Chaldæi.

54. Per assiduas &c.] Sunt autem qui credidêrunt Babylonios longissimo temporis usu has experientias collegisse. Unde Cic. 2. nat. Deor. ait : Nam quod aiunt quadraginta & septuaginta millia annorum in periclitandis experiendisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios possesse, fallunt.

56. Fortuna.] Felicis vel infelicis eventus, qui hominibus in vita contingit. Fati, Fatalis casus, v. 2.

57. Quantâque quàm parvi, &c , v. 502.

Nos te perceptis Signorum cura relinquant

Partibus, in tempus quadam mutantur, &c.

Unde Sext. Emp. citatus, ait de duodecim Domibus Cœlestibus : Censent Chaldæi stellas non eandem vim habere ad malè, vel secus faciendum . si consideretur in centris & in Anaphoris, & in declinationibus : sed alicubi efficaciores : alicubi verò minùs efficaces. &c.

58. Cæli species.] Forma, conformatio, situs, thema, quod vocant : nimirum postquam omnes Signorum imagines, absoluto integro cursu suo, ad eadem loca, seu ad primas sedes observatas rediêrunt. Ita enim veteres siderum cursum observarunt, v. 53. Annot.

B ij

Indi Gali not: d Jam Bluck
 f: 182:

move B.

reposit, Ministros f.

me B.

Per varios usus : artem experientia fecit,
 Exemplo monstrante viam; speculatâque longè,
 Deprendit tacitis dominantia legibus astra,
 Et totum æternâ Mundum ratione moveri,

corruere B.P.

65 Factorumque vices certis discurrere Signis.

conspicua B.P. Homine B.P.

Nam rudis antè illos, nullo discrimine, vita
 In speciem conversa, operum ratione carebat :
 Et stupefacta novo pendebat lumine Mundi,
 Tùm velut amissis mœrens, tùm læta renatis

70 Sideribus ; variisq; dies, incertâque noctis
 Tempora, nec similes umbras, jam Sole regresso ;

INTERPRETATIO.

ex certis legibus Factorum, tunc usus peperit scientiam exemplo docente rationem illius faciendâ ; & penetrans altè cognovit sidera imperanti : per vires occultas ; & cognovit totum Cœlum agitari immortalis mente ; & vicissitudines fatum casuum vagari per certa sidera. Etenim ante illos Sacerdotes vita hominum ignara ignorabat causam rerum, intuens solum figuram exteriorum ; sine ulla distinctione ; & ætonia habebat præ quotidianâ luce Cœli, modò tristis quasi præ exortis sibi sideribus, modò læta præ iisdem iterum exortis ; nec poterat cognoscere per proprias causas, dies fieri mutabiles, & tempora noctis non esse certa, nec tenebras noctis aequales scilicet propter nunc retro-

ANNOTATIONES.

61. *Artem experientia fecit.*] Principiò Assyrii, propter planitiem regionum, quas incolebant, cùm ex omni parte Cœlum apertum ac patens intuerentur, motus stellarum observaverunt. Cic. 1. Divin. Reverâ Experientia dicitur primum artis principium, Colum. lib. 4. cap. 11.

62. *Exemplo monstrante viam.*] Singulas enim hominum genituras, quas duxerant ex observationibus multiplici exemplo conformatis, in tabulas referebant Chaldæi. Quas idè Ptolèm. in *Almag.* vocat *Genituras Exemplares.*

64. *Æternâ Mundum ratione, &c.*] Cœlum agi Divinâ mente. Volebant enim veteres a Deo stellis fata hominum allegari, & agi. Quod Poëta noster v. 3. dixit esse *Cœlestis rationis opus.* Et Lucret. lib. 5. v. 1185. & seqq.

Mundum.] Cœlum, v. 9.

65. *Discurrere.*] At Gemb. *Discernere* Malè : legendum enim esset *Discerni*, quasi distribui.

66. *Ante illos.*] Sup. *Sacerdotes*, seu Chaldæos, qui primi dicuntur Astrologi & Astronomiæ repertoires.

Nullo discrimine.] Sup. *Causarum re-*

rum. Adèd enim prima gens illa hominum rudis fuisse creditur, ut nullam calleret artem.

67. *Operum ratione carebas.*] Lucret. 1. 5. v. 1182.

Præterea Cœli rationes ordine certo ; Et varia annorum cernebant tempora verti,

Nec poterant, quibus id fieret, cognoscere causas, &c.

68. *Novo lumine, &c.*] Quotidiano Solis ac Lunæ etiam & siderum exortu. Neque enim eadem semper nobis astra lucent : sed certis temporum vicibus alia suboriuntur, aliâque occidunt. Pars enim sub undis seu terris latet, dum altera pars terris exoritur. Unde addidit :

Tùm velut amissis mœrens, tùm læta renatis,

Quod tamen de Sole & Lunâ potissimum est intelligendum.

68. *Pendebat stupefacta.*] Stupebat : dicitur autem pendere : vel, pendere animi : vel, pendere animo, pro animo suspensio esse. *Stupefieri.*

71. *Sole regresso. jam propiore, &c.*] Solis quippe discessus & accessus ab uno ad alterutrum è Tropici, quas Solia

89: v. d. Spensin de
 Lyden Hob. p. 425.

Jam propiore, suis poterat discernere causis.

Necdum etiam doctas solertia fecerat artes:

Terraque sub rudibus cessabat vasta Colonis:

75 Tuncque in desertis habitabat montibus aurum:

Immotusque novos Pontus subduxerat Orbes:

Nec vitam Pelago, nec ventis credere vela,

Audebant; sed quisque satis se nosse putabat.

Sed cum longa dies acuit mortalia corda.

Tum P.

2.

parisse B. P.
Urnetur: se quisq. satis novisse G.

INTERPRETATIO.

gressum, nunc magis accedentem Solem. Nondum quoque acumen ingenii pepererat doctas disciplinas: & terra, tanta quanta est, quiescebat sub agricolis ignavis; & tunc aurum latebat sub montibus incultis; & mare nondum agitatum

remis eripuerat novas terras: nec homines audebant committere vitam suam mari, nec carbasa ventis, sed unusquisque credebat satis esse nosse seipsum. Verum postquam asae diuturna exagit mentes humanas,

ANNOTATIONES.

metas vocant, dierum noctiumque disparitatem & inaequalitatem variam efficiunt. Itaque qui Septentrionalis terrae partibus degunt, iis eo longiores sunt dies, breviores vero noctes, quod magis ad Tropicum Cancræ Sol accedit: Noctes autem eò longiores, Dies vero breviores, quod magis Sol accedens à Tropico cancræ accedit ad Tropicum Capricorni. Idem, vice versa, contingit populis, qui in Australibus terræ partibus degunt. Hujus autem inaequalitatis causas prima hominum Gens rudis & ignara non noverat: sed rusticorum more attonita, novo lumine Mundi, quotidianoque Solis exortu, novisque vicissim tenebris noctis obstupefcebat.

73. *Doctas... artes.*] Puta Grammaticam, Rhetoricam, Philosophiam, Mathematicas disciplinas, jurisprudentiam, aliisque doctas artes, quas non modò prima hominum Gens rudis antè Saturni tempora ignoravit: sed quas nec placidi homines, regnante Saturno per illam, quam vocant ætatem auream, ullatenus excoluit. Ovid. 1. Met.

74. *Terraque sub rudibus, &c.*] Neque enim antè Saturnum, necdum Saturno regnante, primi homines Agriculturam noverant. Quam Xenoph. lib. 1. & 2. vocat *αἱμάτων ἀρτίων μάτρυν* & *νῦν*. Sic Lucret. lib. 5. v. 931. Quippe, ut observabimus, v. 86. Non

nisi sub Jove cœpit Agricultura.

75. *In Montibus aurum.*] Unde Plin. lib. 7. c. 36. Scribit, quod primus auri metalla & conflaturam invenit Cadmus Phoenix ad Pangaum Montem. Quo in Monte, qui Thraciæ est, multum auri & argenti abundare testatur Herod. lib. 7. Latet quippe in imis terræ visceribus aurum. Unde noster lib. 5. v. 524.

Quarere sub terris aurum, furiisque latentem

Naturam eruere omnem, Orbemque evertere Terra,

Imperat & glebas inter deprundera gazam.

76. *Immotusque.*] Gemb. Benè: id est, non navigatus. Remis nondum agitatus. Vulg. *ignotusque*. Rectè.

Novos Orbes.] Peregrinas terrarum regiones. Totum pro parte. Ovid. 1. Met. *Nondum caesa suis peregrinum, ut viseret orbem*

Montibus, in liquidas pinus descenderat undas.

Pontus.] Mare. Vossius putat hanc esse vocem Orientalem, quæ generatim Mare significat: speciatim verò Pontum-Euxinum. Alii Græcam volunt à Verbo *ποντιζο* Mergo.

78. *Se.*] Suam patriam, sua littora. Ovid. 1. Met.

Nullaque mortales præter sua littora navant.

79. *Sed cum longa dies, &c.*] Jam

- 80 Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
 Advigilare sibi iussit Fortuna premendo;
 Seducta in varias certarunt pectora curas:
 Et quaecumque sagax tentando repperit usus,
 In commune bonum commentum laeta dedere.
 85 Tunc & lingua suas accepit barbara leges:

omnia; commentum g.

INTERPRETATIO.

& labor addidit ingenium egenis, & sua miseria vexando unumquemque coëgit providere sibi; mentes hominum distracta in diversas sollicitudines laboraverunt certatim,

& gaudentes dederunt in publicum usum inventionem rerum omnium, quas solers experientia inveniri experiendo. Tunc usus loquendi incultus habuit suas regulas:

ANNOTATIONES.

notat argenteum sæculum, quo regnans Jupiter non otiosos, non rudes & ignaros passus est vivere mortales: sed humanas mentes acuens ad omnes artes, aut durā rerum egestate, aut infano habendi amore tentandas, meditandōque excolendas coëgit. Virg. 1. Georg. v. 121.

79. Corda.] Mentes Cic. 1. Tusc. Mens aliis cor ipsum videtur, ex quo exordes. Aliis nec cor ipsum placet... Sed alii in corde dixerunt animi esse sedem & locum. Sic v. 128.

80. Labor ingenium, &c.] Sic Virg. 1. Georg. v. 145.

Tum varia venerunt artes. Labor omnia vincit

Improbis, & durisurgens in rebus egestas.

81. Fortuna.] Sup. adversa, id est, egestas, paupertas. Sicut enim secunda Fortuna usurpatur pro divitiis: ita adversa pro paupertate, & infelici casu.

82. Certarunt.] Priscis enim temporibus, inquit Petron. in Satyr. summum certamen inter homines erat, ne quid profuturum sæculis diu lateret.

83. Tentando.] An meditando? An exercitando? Utroque modo. Namque ex Philon. lib. 2. de Sacris, artium inventio recensetur inter mentis encomia. Et ex Cic. 2. divin. observatio diurna notandis rebus fecit artem. At ex Virg. 1. Georg. v. 133. Ipsa artium inventio refertur etiam ad usum & exercitationem,

Ut varias usus meditando extunderet artes.

Lucret. lib. 5. ut 1451.

Usus, & impigra simul experientia mentis

Paulatim docuit pedesentim progredientis...

85. Tunc & lingua... Barbara, &c.]

Alii hæc interpretantur de Grammatica, Alii melius hæc ad morum instituta, ad mentem Virgillii 8. Æneid. versu 316.

Quisneque mos neque cultus erat, &c.

Veteres quippe ac primi homines ferarum more vivebant sine legibus, ac institutis, quæ postea frequentibus sæculis sunt edocti. Ego verò neque de Grammatica, neque de morum cultu primo hæc interpretatus fuerim: sed de ipso potius linguae ac loquelæ usu distinctiori ac magis exculso. Namque ut Diod. lib. 1. cap. 1. de primo hominum exitu, deque primâ illorum vitâ refert: Sonus oris cum confusus esset, paulatim discrete vocem animi: & res omnes suo nomine appellavisse. Quod præclare Lucet. lib. 5. v. 1027.

At varios lingua sonitus natura subegit

Mittere, & utilitas expressit nomina rerum, &c.

Imò subdit Diod. Verum cum diversis sitis essent in Orbis locis, non usos eisdem verbis ferant. Propterea & diversos characteres extitisse, primosque hominum cætus sua quemque gentis initium fuisse, &c.

Et fera diversis exercita frugibus arva :
 Et vagus in cæcum penetravit Navita Pontum ;
 Fecit & ignotis itiner commercia Terris :
 Tum belli pacisque artes commenta vetustas ;
 90 Semper enim ex aliis alios profeminat usus.
 Nec vulgata canam, Volucrum prædiscere linguas :
 Consultare fibras : & rumpere vocibus Angues :

iter in g. sic alibi

21 R. Ven; alia, sic lib 3
 ne magna hanc, g.
 n. h. R. P.

INTERPRETATIO.

& agri inculti, fuerunt exculti variis segetibus; & nauta errabundus transivit in mare ignotum; & navigatio fecit negotiationem in regionibus incognitis, Denique antiquitas

excogitavit disciplinas belli & pacis, namque experientia propagas perpetuo alias disciplinas ex aliis. Neque cantabo vobis res communes. Homines ceperunt præcognoscere

ANNOTATIONES.

86. Fera.] Benè: sicut enim *Barbara* lingua, ita *fera arva* domita sunt, & exculta. Gemb. *Fera*, id est, leges & judicia, quæ necdum primis temporibus instituta fuerant. Igitur post & *fera*, interpunge duo puncta, ut ad hæc referatur, *accepisse leges*. Prima tamen lectio mihi probatur magis.

87. Vagus.] Nauticam artem primum invenisse Neptunum tradit Diod. lib. 6. ex quo factum est, ut à Poëtis Deus maris fingeretur. Plinius verò lib. 7. cap. 56. Non Neptunum, sed Erythram Regem; saltem hunc primum in mari rubro navigasse ait, Tibull. 1. Eleg. 7. Primam navigandi artem Tyriis tribuit. Ego Noëmo tribuerim potius, quem Euseb. lib. 10. de præp. Evang. Neptuno, Tyriisque facit natu grandiore.

Cæcum.] Ignotum, infidum. Sic Virg. *Æn.* 5. v. 106. & *Æn.* 3. v. 103. & *Æn.* 1. v. 539. vocat vada *caca*; & scopulos *cacos*, & undas *cacas*. & Lucret. lib. 1. v. 1102. primordia *caca*, quippe quæ sensus fugiant.

88. *Itiner.*] Antiquata vox pro *iter*, quod prioris illius casus retinuit. Hæc autem sumitur pro *navigatione*. Sic apud Terent. Hecyr. Act. 3. Sc. 4.

90. *Semper enim ex aliis.* &c.] Sic Lucret. lib. 5. v. 1455. Postquam de omnium artium inventionem & usu disciuit longius, concludit:

Namque aliud ex alio clarescere corde videbant [*cacumen.*]
Artibus, ad summum donec venire

91. *Nec vulgata.*] Non enim solum ad artes liberales & vitæ necessarias excogitandas impulit urgens rerum egestas: sed & ad magicas artes & incantamenta; divinationisque. Quas artes Manilius *non vulgatas* vocat. Sic Diod. lib. 3. cap. 8. de Chaldæis scribit: *Multæ divinatione quadam futura prædicebant, ac tum auguriis, tum sacris, tum aliis quibusdam incantationibus, & mala avertere ab hominibus, & bona asserre, auguria insuper somniisque & prodigia interpretari consuevere, &c.*

Volucrum prædiscere linguas.] Vulg. At Gemb. *linguas dedecere volucrum.* Notat autem Poëta *augurium*, solum, Erat tamen & *auspicium* & *solistimum* seu *tripudium*. Triplex enim ex avibus fuit ars divinandi. Aliæ quippe aves volatu, ut alites: aliæ cantu, ut oscines: aliæ pastu, ut pulli pascentes, futura prædicebant. *Auspicium* à volatu avium: *augurium* à cantu seu garritu: *solistimum* seu *tripudium* à pastu ducebatur.

92. *Consultare fibras.*] aruspicium est, & extispicium. Antiqui enim *fibrum* vocabant & *fibras*, quæ rerum sunt extrema. Hinc viscera & exta animalium, seu potius extrema jecoris, cordis, pulmonis & extorum dicta sunt *fibra*, in quibus vim inesse credebant aliquam, quæ futuros rerum eventus prænotaret.

Rumpere vocibus angues.] En serpentum incantatio, quæ variis modis fiebat. 1. Cum medii disrumperentur serpentes.

- 25 Sollicitare umbras; imûmque Acheronta movere:
In noctémque dies, in lucem vertere noctes.
25 Omnia conando docilis solertia vicir.
Nec priûs imposuit rebus finémque modûmque;
Quàm Cælum ascendit ratio, cepitque profundis
Naturam rerum causis, viditque quod usquam est.
Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore:
100 Hiberna æstiva nix grandine mollior esset:

talis B.P.
manuq, B.P.

INTERPRETATIO.

voces avium; inspicere exta victimarum, & infringere serpentes verbis magicis; excitare manes; & excitare infernum Acheronta; & mutare dies in noctem, & noctem in diem. Industria capax hominum superavit & potuit omnia tentando. Neque mens ho-

minis fecit finem ac moderationem rebus tentandis antè, quàm ex ulis se in Cælum: & cognovit naturam rerum ex causis absconditis, & inspexit quod est ubique, vidit quare nubes illi (aper)sonarent tanto sonitu: cur nix hyemalis esset minùs indurata, quàm grando

ANNOTATIONES.

- Ovid. 2. Am. eleg.
Carminè dissiliunt abruptis faucibus angues.
2. Cùm stupentes sistunt. Tibull. lib. 1. Eleg. 8.
Cantus & irata detinet anguis irer.
Senec Med. Act. 4.
3. Cùm per Soporem veneno exarman-
tur. Lucan. lib. 6.
Humanòque cadit serpens afflata ve-
neno.
93. Sollicitare umbras.] Necromantia
est, quâ mortuorum manes seu umbræ,
& inferorum imagines evocantur è se-
pulchris. Cic. lib. 1. Divin. Lucan. l. 6.
Acheronta movere.] Dæmonum eva-
catio. Acheron enim inferorum est flu-
vius, qui vulgò pro inferis & dæmo-
nibus usurpatur. Virgil. 7. Æn. v. 314.
Flectere si nequeo superos, Acheronta
movebo.
94. In noctémque dies, &c.] Alterum
incantamentum. Sic Medea apud Ovid.
7. Metam.
Nubila pello,
Nubilaque indus: o ventos abigòque
vocòque.
95. Omnia conando, &c.] Quam sen-
tentiam sic retulit, Virg. 1. Georg.
Labor omnia vincit.
Improbis.

97. Quam cælum ascendit ratio. &c.]
Sic de Epicuro Lucret. lib. 1. v. 74.
Ergo vivida vis animi pervicit, &
extra
Processit longè flammantia mania
mundi.
Atque omne immensam peragravit
mente animòque:
Unde refert nobis quid possit oriri.
Quid nequeat, &c.
99. Fragore.] Tonitru. Tonitru enim
sonitus est: fulmen, lapis: fulgur, co-
ruscatio seu ignis. Dicemus autem quid
sit, & cur fiat sonitus dum tonat, in
illud. Lucret. lib. 6 v. 95.
Principio sonitu quatituntur cœli
cœli, &c.
100. Nix grandine mollior.] Nivem
vocat hibernam, quia hyeme potissimùm
ningit: grandinem verò æstivam, quia
præcipuè æstare grandinat. Mollior
autem nix est grandine, quòd nix sit
vapor, qui, priusquàm in pluviam re-
solvatur, summo mediz regionis aëris
frigore congelatur, & in flocculos mol-
liores decedit. Grando verò pluvia est,
quæ dum decedit, in infimâ aëris regione,
propter antiperistalam caloris congela-
tur, & in duriores grandinis globulos
coalescit.

Ardegent

Arderent terræ : solidûsque tremisceret orbis :
 Cur imbres ruerent : ventos quæ causâ moveret ,
 Pervidit , solvitque animis miracula rerum ;
 Eripuitque Jovi fulmen , virêsq; tonandi ,
 105 Et sonitum ventis concessit , nubibus ignem.

Al. Torantis, for: Toranti, ul Jori

Quæ postquàm in proprias deduxit singula causas,
 Vicinam ex alto mundi cognoscere molem
 Intendit , totûmque animo comprehendere Cælum ;
 Attribuitque suas formas , sua nomina Signis ;
 110 Quâsque vices agerent certâ sub lege notavit ;
 Omniâque ad numen mundi , faciêmque moveri ,
 Sideribus vario mutantibus ordine fata.

sorte R.

ys R. P.

INTERPRETATIO.

astivalis : cur terra dehiscerent ardore : & cur globus terrarum stabilis contremere : cur pluviae caderent : qua causa excitaret ventos : vidis hæc omnia . & eripuit mentibus hominum admirationes rerum ; & detraxit Jovi fulmen , & potentiam tonandi , & attribuit tonitruum ventis , & ignem fulmineum nubibus . Quas res singulas ubi primum ratio distribuit in suas causas , contra est perspicere massam Cœli proximam & superiori parte , & completti mente omne Cælum ; & assignavit singulis sideribus suas imagines , & sua nomina : & observavit quas vicissitudines haberent cum constanti ordine ; & observavit cunctas res agi secundum vires , & formam Cœli .

ANNOTATIONES.

101. *Arderent terra.*] Nimia terræ siccitas & hiatus vulgò referuntur ad nimiam aëris intemperiem , nimiamque è terra erumpentium exhalationum abundantiam . Virg. 3. *Æn.* v. 137. & seqq.

102. *Cur imbres ruerent.*] Suprà v. 99. *Ventos qua causâ moveret.* Quatuor ventorum vulgares causas ; materialem , formalem , efficientem & finalem referemus in Lucret. lib. 6. ubi de his plura.

103. *Solvitque animis miracula.* &c.] *Ex ignorantia* nascitur admiratio . Ea enim solum admiramur , quorum nos causa latet . Vera igitur rerum cognitio per veras causas tollit omnem rerum admirationem . Lucret. lib. 1. versu 147.

104. *Eripuitque Jovi fulmen.*] Veteres quippè ex superstitione , vel ex summâ potius rerum ignorance , Jovem fulminis & tonitrus auctorem fecerunt . Lucret. lib. 6. v. 1185. & seqq. Cic. 2. de divin.

107. *Ex Alto.*] E superiori parte . Locutus enim est de aëre , & Meteoris : jam verò agit de Cœlo superiori , quod supernè vicinum est aëri.

Mundi.] Cœli , v. 3.

109. *Formas.*] Figuras , imagines , quarum aliæ humanæ , aliæ ferinæ , aliæ aliarum rerum signis tribuuntur.

110. *Vices.*] Vicissitudines , motus : vel , munia , sortes.

Lege.] Ordine . At Gemb. *sorte* , sed ita ut *fors* sumatur pro vice , lege , & ordine.

111. *Omnia.*] Hæc inferiora cuncta.

Numen mundi.] Divinitatem Cœli , nutumque ; æternam ac cœlestem rationem , v. 35. 39. 64. ubi dictum est de utraque Cœli facie , interna & externa : namque per exteriorem , intelligitur Cœlorum exterior facies & conspectus : per interiorem , ratio divina , seu Deus ipse , quo cuncta aguntur.

112. *Fata.*] Fatales rerum eventus , vers. 1.

C

- Hoc mihi surgit opus, non ullis antè sacratum
 Carminibus. Faveat magno Fortuna labori;
 115 Annosa & molli contingat vita senectâ,
 Ut possim rerum tantas emergere moles,
 Magnâque cum parvis simili percurrere curâ.
 Et quoniam Cælo carmen descendit ab alto,
 Et venit in terras fatorum conditus ordo:
 120 Ipsa mihi primùm Naturæ forma canenda est,
 Ponendûsque sua totus sub imagine Mundus.
 Quem sive ex nullis repetentem semina rebus
 Natali quoque egere placet, semperque fuisse,
 Et fore principio, pariter fatoque carentem.

*De origine
 Mundi:*

INTERPRETATIO.

stellis variantibus fata rerum ex diversa dispositione, id operis, quod nullis verbis antea fuit consecratum, exoritur mihi canendum. Fortuna igitur obsecundet huic tam magno operi; & vita longæva concedatur mihi cum senectute quæta, ut queam exire tam magnas difficultates rerum, & observare pari diligentia res magnas cum parvis. Et quia Poësis venit à summo Cælo, & series decreta fatorum descendit quoque à Cælo in terras, principio figura ipsa natura est mihi canenda; & omnis hic mundus constitutus est sub sua formâ. Sen creditum est ipsum non ducentem sua primordia ex ullis rebus cavere etiam primordio nativo. & fuisse ab omni tempore, & futurum esse, non habentem initium similiter ac finem.

ANNOTATIONES.

113. *Non ullis antè sacratum.*] Sic v. 6. *Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.*

114. *Fortuna.*] Rectè fortunam Deam invocat, qui de fato fortunæque casu vario dicturus est. Namque ex Cic. 1. Ac. qq. Deus ipse fatalisque rerum necessitas aut prudentia dicitur *Fortuna*, *Fortunam* autem utramque, adversam & secundam, veteres fecere Deam, utpotè cujus nutu & arbitrio mala pariter ac bona omnia evenire crederentur. Plin. lib. 2. cap. 7. & Manil. lib. 3. v. 525.

115. *Annosa & molli.* &c. Non igitur senex Manilius, dum hæc opus est aggressus, qui senectam sibi mollem & annosam exoptat,

116. *Emergere moles.*] Exire difficultates. Metaphorâ sumpta ab iis, qui ex aquis sese emergunt.

118. *Carmen de Cælo.* &c.] Et metri, & carminis, quæ Poësis est, ratio. Utrumque enim nobis à Deo concessum est, inquit Diod. lib. 6. Unde Poëtæ

dicuntur divinum genus, Ovid. 3. art. *Est Deus in nobis, sunt hac commercia Cæli;*

Sedibus æthereis spiritus ille venit.
 119. *Fatorum ordo.*] Ratio fatalium eventuum, qui hominibus contingunt: sic v. 261.

120. *Natura.*] Mundi hujus, & Universi.

122. *Quem sive ex nullis.* &c.] Varias de primo mundi hujus exortu opiniones relaturus Poëta, principio Aristotelis sententiam proponit. Is enim lib. 1. de Cæl c. 10. 11. 12. Docet mundum ingentem esse & æternum; hoc est principio & fine carentem.

Semina.] Principia, primordia, originem.

123. *Natali.*] Sup. *die*, vel *ortu*, id est, natalitio, nativâ origine,

124. *Fato.*] Fine, interitu: sic v. 184. *Solisque assiduos ortus & fata diurna.* Id est, diurnos interitus & ortus. v. 1. & lib. 4. v. 16. 99.

- 125 Seu permista Chaos rerum primordia quondam
 Discrevit partu, Mundumque enixa nitentem
 Fugit in infernas caligo pulsa tenebras.
 Sive Individuis, in idem reditura soluta,
 Principiis natura manet, post sæcula mille;
 130 Et penè ex nihilo summum, nihilumque futurum;
 Cæcæque materies Cælum perfecit & orbem.
 Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes,

INTERPRETATIO.

Sive chaos aliquando per generationem
 distinxit principia rerum, quæ erant con-
 fusæ; & confusio dissoluta tandem abiit in
 tenebras Tartareas, postquam peperit
 mundum bene ordinatum. Sive mundus con-
 stat ex primordiis inseparabilibus, reversurus

quidem in eadem primordia post mille sæcu-
 la, quando fuerit dissolutus; & summa
 ferè ex nihilo constans, & reditura ferè in
 nihilum, & corpora invisibilia, formaverunt
 Cælum & globum terrarum. Sive ignis
 fecit opus mundi; & ignes lucentes,

ANNOTATIONES.

125. *Seu permista chaos, &c.*] Hesiodi
 sententia in *Theog.* qui primum omnium
 fuisse chaos docuit, hoc est informem
 rerum confusionem ac caliginem, ex
 qua terra Cælumque, hoc est nitôr &
 ornatus ille mundi, quem cernimus,
 partu fuit discretus in suas species. Imò
 ex quo pariter nigra Nox & Erebus
 sunt orti.

126. *Nitentem.*] Alludit ad mundi ipsius
 appellationem; mundus enim Græce
 κοινὸς ornatus dicitur, & nitôr, Buchan.
 lib. 1. de Sphærâ.

*Omnia complexum gremio longæva
 vetustas.*

*Admirata decus varium, pictisque
 nitorem,*

*Ætheris, & puros radiati luminis
 orbes,*

*Uno appellari consensit nomine mun-
 dum.*

127. *Fugit in infernas, &c.*] Ad men-
 tem Hesiodi, qui, post terram & Cælum,
 docuit Erebum seu infernum &
 noctem, hoc est tenebras Tartareas,
 ortum pariter suum duxisse è chao, in
Theog.

128. *Sive individuis, &c.* Democriti
 & Epicuri sententia, qui primum rerum
 principium *Atomos* fecerunt, hoc est
 corpora individua, inseparabilia, quæque
 sub sensum non cadant, sed quæ sola
 ratione percipiuntur.

In idem reditura.] Sicut enim Epicu-
 rus ex atomorum conciliatu cæcæ ac
 temerario mundum exortum esse vo-
 luit: ita ex earundem dissolutione ali-
 quando interitum dixit, & in eadem
Atomos rediturum post mille sæcula, id
 est, post longa tempora. Teste Lu-
 cret. lib. 1. sub finem. Imò vult Lucre-
 tius ibid. v. 1150. Mundum jam in
 suo senio esse.

129. *Natura.*] *Mundus*, v. 120.

130. *Summum.*] Summa naturæ mun-
 dus, qui penè ex nihilo factus, pari-
 ter in penè nihilum est reversurus:
 quippe ex atomis coalescit, quæ cor-
 pora sunt aded exigua, ut vix aliquid
 sint; imò ferè sunt nihilum. Malè ergo
 Gemb. *Sumptum est.* Cui malè suffragatur
 Scaliger. Ad quid enim illud
sumptum est referretur?

131. *Cæcæque materies*] *Atomi.* Corpora
 prima, quæ *cæcæ materies* dicuntur, quia
 sub sensum non cadunt. Lucret. lib. 1.
 v. 278. 296. & alibi passim.

132. *Sive ignis, &c.*] His 3. v. Hippasii
 & Heracliti sententia, qui mundum ex
 igne tanquam primo principio exortum
 voluerunt. Plutarch. 1. pl. cap. 8. Diog.
 Laërt. lib. 9. Quam sententiam præclare
 refutat Lucret. lib. 1. v. 635. & seqq.

Flammæque micantes.] Stellæ, quas ex
 igne tanquam ex materia compactas
 scribit Plin. lib. 5. c. 5. Quas ignem ex

C ij

lumina B. P.

582 P.

vocal B. P.

Quæ mundi fecere oculos, habitantque per omne
Corpus, & in Cælo vibrantia fulmina fingunt.
135 Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum
Materies, ipsumque vorat, quo solvitur, ignem.
Aut neque terra patrem novit, nec flamma, nec aër,
Aut humor; faciuntque Deum per quatuor artus;
Et mundi struxere globum; prohibentque requiri
140 Ultra se quicquam, cum per se cuncta creentur,

INTERPRETATIO.

qua fecerunt oculos mundi, & insunt in toto corpore illius, & fabricant in Cælo fulmina cornuscantia. Sive aqua generavit hoc opus, sine quâ materiâ rerum exsiccata arefci; & haurit avidè ipsum ignem, per quem interit. Vel sive neque terra agnovit genitorem; neque ignis, neque aër, vel aqua agnoscunt genitorem, & componunt Deum ex quatuor membris, & fecerunt orbem mundi; & vetant, aliquid aliud investigari, quod sit antè se ipsa, quia res omnes fiunt ex iis quatuor,

ANNOTATIONES.

communi Ægyptiorum Philosophorum consensu dicit esse Diog. lib. 1. Quas igneas vocat Virg. 4. Æn. v. 352. Sed de his plura, Plutarch. 2. plac. c. 13.

133. *Oculos mundi.*] Veteres enim credidere mundum esse quoddam animal, cujus oculos stellæ facerent.

Habitantque per omne corpus.] Sic v. 848.

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes.

Nempè ad mentem Heracliti, qui dixit totum corpus mundi, hoc est omnes mundi partes ex igne nasci.

134. *In Cælo fulmina fingunt.*] In æthere, Fulmen enim fabricatur & accenditur in nubibus. Quod innuit, supra v. 104. 105.

Et v. 849.

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes.

Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes,

Sic Lucret. lib. 6. v. 245. & seqq.

Fulmina.] Non solum vorticem, seu lapidem igneum, quod *fulmen*, vulgò dicitur: sed & cornuscationes, & fulgetra, quod *fulgur* vocamus. Lucret. lib. 6. v. 296. & seqq.

135. *Seu liquor,* &c. His 2. v. Thales Milesii sententia, qui Testibus Laërt. lib. 1. & Plutarch. 1. plac. 3. Principium omnium aquam esse dixit. Quam refu-

tat Lucret. lib. 1. v. 708. & seqq.

136. *Materies rerum* &c.] Quasi primum rerum principium arefcat, omnino, sine aquâ, nec res generari possint. Unde vulgò cuncta creari dicuntur ex humido & calido.

Vorat.] Gemb. Benè, id est, rapit, avidè haurit. Thales enim voluit ex aqua primum fieri ignem, & igne aërem: ex aëre terram. Et rursum terram resolui in aërem: aërem in ignem: ignem in aquam. Non absimili ratione, quàm Heraclitus dixit ex igne primum densari aërem: ex aëre liquefcere aquam: ex aqua solidari terram. Et iterum terram liquefcere in aquam: aquam densari in aërem: aërem rarefcere in ignem. v. 133. not. Minus ergò benè alii: vocat, id est, cupit, desiderat.

Quo solvitur.] Vel, per quem interit, vel in quem resolvitur. Aquam enim, ut monui, primum in ignem solvi & mutari voluit Thales.

137. *Aut neque terra patrem,* &c.] His 8. v. Empedoclis sententia, qui quatuor elementa simul, ignem, aërem, aquam, terram, amicitiamque quâ copulantur, & discordiam, qua dissideant, primum rerum principium esse docuit. Sex. Empir. lib. 8. Lucret. lib. 1. v. 715. &c.

138. *Deum.*] Universum: mundum, qui dicitur Deus, quod non immortale tantum animal sit, ut plenum inclaya ra-

Frigida ne calidis defint, aut humida siccis,
Spiritus aut solidis; sitque hæc discordia concors,
Quæ nexus habiles, & opus generabile fingit,
Atque omnis partus elementa capacia reddit.

sa B. P.

145 Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit,
Quod lateat, & tantum super est hominumque Deumque,
Sed facies, quacumque tamen sub origine, rerum
Convenit, & certo digestum est ordine corpus.
Ignis in æthereas volucer se sustulit auras,

qua B.

INTERPRETATIO.

ne res frigida deficiant rebus calidis, vel humida siccis; vel aer, densis: ut hæc pugna sit concordans, qua scilicet facit vincula apta, & rem, qua creari possit, & quæ facit quatuor prima principia apta ad omnem generationem. Quidquid sit, ratio originis

mundi, qua jam nunc ignoratur, & adeo est supra hominem & Deum, erit perpetuo in controversia, & restabit incerta. Attamen sub qualicumque initio forma rerum constat certa, & totum opus dispositum est juxta certum ordinem. Scilicet ignis levis ascendit in regiones

ANNOTATIONES.

sionis ex illa mente purissima: sed quod etiam virtutes omnes, qua prima omnipotentiam summitatis sequuntur, aut ipse faciat, aut contineat. Macrobi. 1. Saturn. 17. Unde per metaphoram Manilius vocat quatuor elementa, quatuor artus seu membra, ex quibus Deus seu mundus componitur.

141. *Frigida ne calidis, &c.*] Ideo quatuor simul elementa statuit esse prima rerum principia, quod quæque suam primariam, ut vocant, qualitatem haberent, quæ concordie pugna temperari debuit. Est enim in igne summus calor: in aëre summum frigus: in aqua summa humiditas: in terra summa siccitas. Igitur si ex igne solo cuncta nascerentur, ignoscerent: si ex aëre solo, frigescerent: si ex aqua sola, humescerent: si ex terra sola, exsiccata arefcerent. Hæc ergo mutuo temperari debuerunt ad rerum generationes.

142. *Spiritus*] Aer, qui sua natura rarus intercipitur rebus, ne densæ solidæque omnino fiant.

Discordia concors.] Ad Empedoclis mentem, qui voluit inter quatuor elementa amicitiam, qua copulenter, & discordiam qua dissideant. Sext. Emp. lib. 9. Diog. Laër. lib. 8. Hanc autem discordiam concordem, vulgo vocant Philosophi combinationes primarum in

elementis qualitatum. Quarum ex concordia, & discordia simul res generari putat Empedocles.

143. *Quæ nexus habiles, &c.*] Id est. Quæ discordia concors res copulet, in generationem & ortum. Malè Gemb.

Quem nexus habiles, &c.
Opus generabile.] Rem generabilem, quæ possit creari & gigni.

144. *Capacia.*] Alii: *rapacia.*
145. *Semper erit genus in pugna, &c.*] Id est. Nunquam certum constabit, quæ prima fuerit mundi origo: sed semper in controversia erit inter Philosophos. Quippe quæ cognito sit supra hominumque Deorumque mentem. Impia sanè hæc sententia. Lateat enim quantumvis mentes hominum; at Deum saltem latere non potest.

147. *Facies.*] Vultus exterior. Ordo, scilicet & series, quam inter mundi partes conspiciamus, sed præcipue inter quatuor elementa, quæ primæ sunt mundi partes, & de quorum ordine jam Poëta dicturus est his 26. v. seqq.

148. *Corpus.*] Totus mundus, qui corpus dicitur, quia ex partibus constat præcipue quatuor, quæ quatuor sunt elementa.

149. *Ignis in æthereas, &c.*] Hunc igitur inter elementa constituunt omnes ordinem, ut ignis, quia levis, in sum-

- 150 Summâque complexus stellantis culmina cœli,
 Flammæ vallo naturæ mœnia fecit.
 Proximus in tenues descendit spiritus auras,
 Aërâque extendit medium per inania mundi.
 Ignem flatus alit vicinum subditus astris.
 155 Tertia fors undas stravit, fluctûsque natantes,
 Æquora perfundit toto nascentia Ponto,
 Ut liquor exhalet tenues atque evomat auras;
 Aërâque ex ipso ducentem semina pascit.
 Ultima subsedit glomerato pondere tellus,
 160 Convenitque vagis limus commixtus arenis,

I N T E R P R E T A T I O.

ætheris, & affectus alta culmina Cœli stelliferi, extruxit ambitus mundi sepimento suarum flammæ. Flatus venit vicinus in regiones inanes, & explicuit ipsum aërâ medium per spatia vacua mundi. Scilicet spiritus infra positus nutrit ignem, qui est proximus stellis. Tertia pars elementorum extendit

aquas, & undas fluctantes per latas planities surgentes in toto mari, scilicet ut aqua emitat & effundas vapores tenues, & nutriat aërâ, qui trahit suam originem ex ipsa. Terra jacuit infima præ sua gravitate congesta, & lutum mixtum cum arenis, qua huc illuc vagabantur, congregatum est.

A N N O T A T I O N E S.

mum æthera ascenderit: aër, quia minus levis, infra ignem extendatur. Aqua, quia gravis, circumfuit ad terram: terra denique, quia gravior, in imò loco jaceat. Lucret. lib. 5. à v. 450. ad v. 510.

151. *Natura mœnia.*] Cœlos, qui suo ambitu, tanquam vallo, totum mundum circumcingunt. Sic lib. 3. v. 48. Sic Lucret. lib. 1. v. 73. 1094. & alibi passim.

152. *Spiritus.*] Aër, qui & flatus dicitur. Fluidus enim quasi flatus, aut spiritu agitur & extenditur aër.

154. *Ignem flatus alit, &c.*] Quia, ut ait Cic. 2. nat. Deor. Nullus ignis in his inferioribus potest esse sine aliquo pastu, credidère veteres ignem in æthere & sideribus, marinis & terrenis humoribus ali, quos in aërâ terra ac in re perpetuò evomant. Atque ita sibi mutuò alimentum præbere elementa, ut terra pascit aquam; aqua aërem: aër ignem; & vicissim.

155. *Tertia fors.*] Aquæ elementum, quod tertium est ordine & situ, v. 149. Porro fors, inquit Varro, dicitur à se sic seu ordine.

156. *Æquora perfundit.*] Pro fundit per aquora. Quæ trajectio familiaris est Manilio. Sic v. 53. Imponat pro ponat in, &c.

159. *Ultima subsedit &c.*] Terra, ut potè gravior, ultimum locum inter elementa tenet, ut dixi v. 149. Sic Lucret. lib. 5. v. 450.

Quippe etenim primum terræ corpora quaque,

Propterea quod erant gravia, & perplexa, coibant

In medio, imas capiebant omnia sedes,

160. *Limus.*] Quasi fax, seu crassior aqua pulveribus arenosis immixta. Sic Lucret. lib. 5. v. 496.

Sic igitur terra concreto corpore pondus

Constitit, atque omnis mundi quasi limus in imum

Confluxit gravis & subsedit funditus ut fax.

Arenis.] Pulveribus, cineribus. Buch. lib. 1. de Sph de Globo terræ.

Quem circum amplexus fudit se mobilis humor.

Pu lveremque globum terra siccoque fluentem

Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.

- Quoque magis puras humor secessit in undas,
Et siccata magis strinxerunt æquora terras,
Adjacuitque cavis fluidum convallibus æquor,
165 Emergere fretis montes, orbisque per undas
Exiliit, vasto clausus tamen undique Ponto.
Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem,
Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illâ
Tantumdem refugit mundus; fecitque cadendo
170 Undique, ne caderet. Medium totius & inum est.

INTERPRETATIO,

aquâ levi recedente minutatim ad superiorem locum. Et quod magis aqua abiit in aquas illimas, eò magis & maria exsiccata corroserunt terras, & mare liquidum, subsedit in concavis campis, & montes exierunt à mari. & globus terrarum emittit super aquas, circum-

septus nihilominus immenso mari ex omni parte; & terra infima occupat medium locum inter omnes res. Et ideo stat immota, quod totus mundus recedit æqualiter ab eâ; & quod effecit deprimendo seipsam ex omni parte, ne interim delaberetur. Est medium & centrum Univerſi.

ANNOTATIONES,

- In cineres tinxit, &c. — Ripas radentia flumina rodunt.
- Quas autem arenas vocat Manilius. 166. Clausus.] Mare pariter clauditur terris undique. Lucret. lib. 1. v. 996.
- Lucretius atomos dixit, seu corpuscula prima sicciora, ex quibus terra coalescat, lib. 5.
162. Quoque magis puras, &c.] Sic præclare Lucret. lib. 5. v. 484.
- Inque dies quanticumque magis ætheris æstus.
- Et radii solis cogeant undique terram
- Verberibus crebris extrema ad limina aperta.
- In medio ut propulsa suo condensâ coiret:
- Tam magis expressus salſus de corpore sudor
- Augebat mare manando camposque nantes;
163. Et siccata magis, &c.] Lucr. lib. 7. v. 448.
- Et eorsum mare uti secreto humore pateret, &c.
- Strinxerunt.] Corroserunt, cavaverunt, exederunt. Sic Lucret. lib. 1. v. 487. Virg. 1. Georg. v. 317. & Æn. 8. v. 63.
- Ego sum pleno quem flumine cernis
- Stringentem ripas.
- Id est, rodentem, latenter exedentem. Unde Lucret. lib. 5. v. 256.
168. Stabilis.] Thales Milesius putavit terram aquis supernatare, atque ab iis sustentari ne decidat. Diog. Laërt. lib. 1. Anaxagoras voluit terram ab aëre supposito sustineri, quem latâ suâ figurâ circumprimit. Diog. lib. 2. Philolaus terram ad motum primi mobilis moveri dixit. Diog. lib. 8. Democritus docuit Tellurem initio quondam fuisse localiter vastam, donec suâ gravitate ponderosior subsederit. Diog. lib. 9. Heraclides moveri quidem voluit, sed neque in orbem neque localiter. Plutarch. 3. plac. 13. Sacrae autem scripturae nos docent terram stare immotam.
- Quia totus, &c.] Sic Anaximander, testibus Plutar. & Diog. citatis, censuit terram, ex quo semel in medio mundi sita est, ita se habuisse ad omnia extrema, ut cum non esset ratio cur in hanc potius, quam in illam partem feratur, ibi interim quasi æquis ponderibus librata maneat.
170. Medium totius & inum est.] Quæ Aristotelis ratio fuit. Cum enim opi-

Ictaque contractis consistunt corpora plagis,
Et concurrento prohibent in longius ire.

Quod nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret eursum mundi, subeuntibus astris,
175 Phœbus ad occasum, & nunquam remearet ad ortum;
Lunave submersos regeret per inania cursus:
Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,
Hesperus immerso dederat qui lumen Olympo.
Nunc quia non imo tellus dejecta profundo,

Currus B.P.

Immersa B.

INTERPRETATIO.

Et cætera corpuscula percussa ictibus brevibus subsidunt, & conveniendo in se invicem impediunt sese vadere ulterius. Quod si terra non esset suspensa ex gravitate quasi ad libram aequata, sol non conficeret circuitum mundi ad occidentem, & nunquam rever-

teretur ad orientem stellis subsequenteris illis: aut luna reduceret suos currus per spatia ætheris, postquam fuerint tincti aquis, nec Lucifer prælucet temporibus matutinis, qui Hesperus miserat lucem in Cælo occiduo. Jam verò, quia terra non est depressa in infimo fundo,

ANNOTATIONES.

naeretur medium mundi esse infimum locum, ad quem omnes terræ partes sponte tenderent, credidit hunc esse terræ naturalem locum, unde, nisi illata vi, abduci per partes etiam non possit.

171. Ictaque contractis, &c.] Ad Epicuri doctrinam, qui plagis ac ictibus atomorum res coalescere docuit. Et quod frequentior ictus ac percussio mutua foret, eò res creatas ex iis magis consistere & consolidari voluit. E contra, quod longioribus intervallis sese repercuterent & occurrerent sibi mutuo atomi, eò res concretas rarefcere magis, lib. 2. v. 97.

Partim intervallis magnis conficta resultant:

Pars etiam brevibus spatiis vexantur ab ictu:

Et quacumque magis. &c.

Vult igitur Manilius ideo terram in medio mundi stabilem consistere, ex eo quod cunctæ illius partes præ gravitate sua ita se mutuo quasi ictibus brevibus propulsent, dum ad centrum mundi tendunt, ut ipsæ sese mutuo cohibeant, & impediant ultrò citròque abire.

173. Penderet.] Xenophanes & Xenophon terram non pendere mediam voluerunt: sed ex alterâ parte infinitè profundam esse, unde fieret ne deorsum

caderet. Plutarch. 3. plac. 9. contra quem sane rectè argumentatur Manilius. Nisi enim media penderet Tellus, sed infinitè deorsum profunda esset, nunquam cælum, astra, sol, lunaque suum orbem conficerent ab ortu ad occasum per superiores aëris auras, & ab occasu pariter ad ortum per auras aëris infra terram.

175. Phœbus.] Sol. v. 19.

176. Submersos.] Ex veterum errore, qui solem, lunam, & sidera in oceanum quotidie ad occasum immergere: atque ex eodem pariter quotidie ad ortum emergere crediderunt. Virg. 2. Georg. v. 481.

177. Lucifer.] Stella veneris, quæ quia solem antegreditur, auroræque antè exoritur, dicitur *Lucifer*. Quasi præferens solis ac diei lucem. Eadem verò dicitur *Hesperus*, seu *Vesper*, dum ab occasu solem subsequitur, quasi lucem diei prorogans. Unde & solis & lunæ sidus æmulum vocatur. Cic. 2. nat. Deor.

178. Immerſo.] Occiduo, v. 176.

Olympo.] Cælo. Olympus enim mons est Thessaliæ notissimus, cujus quia vertex nubes ac Cælum videtur attingere, is à Poëtis pro Cælo usurpatur.

179. Non imo, &c.] Contra Xenophanem, & Xenophontem, v. 175.

180 Sed

180 Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta,
Quà cadat & subeat Cælum, rursúmque resurgat.

Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris:
Nec toties possum nascentem credere mundum:
Solisque assiduos partus, & fata diurna;

185 Cùm facies eadem signis per sæcula constet:

Idem Phœbus eat Cœli de partibus iisdem:
Et Natura vias servet, quas fecerat ipsa:
Lunæque per totidem luces mutetur & orbes,
Nec tyrocinio peccet; circúmque feratur

190 Eternâ cum luce dies, quod tempora monstret
Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis
Semper; & ulterius videntibus ortus ad ortum,
Occasumve obitus, Cælum & cum Sole perennet.
Nec verò tibi Natura admiranda videri

ostendit R. P.

De luna sit
notanda.

INTERPRETATIO.

sed fiat pendens in medio mundi: hinc fit ut omnia spatia inania præteant, per quæ Cælum delabatur, & eat sub terram, & iterum ascendat. Etenim non possum credere stellæ exorientes habere ortus fortuitos, nec possum credere Cælum tam sæpè de novo nasci; aut continuas generationes, & interitus quotidianos Solis; cùm par vultus existat sideribus per longa tempora: & Sol idem vadat de iisdem regionibus Cœli: & mundus teneat eadem itinera, *quæ iam antè ipse consecerat; & luna renovetur intrà tot dies, & circulos, intra quot antea, nec delinquat in rudimento: & dies circumvolvatur cum perpetuo lumine; cùm exhibeat perpetuò eadem tempora modò his, modò illis partibus globi terrarum; & cùm Oriens, aut Occidens & Cælum cum Sole perpetuò duret iis, qui progrediuntur longius versus Orientem, aut Occidentem. Neque autem situs terra suspensa debet apparere*

ANNOTATIONES.

182. Nam neque fortuitos. &c.] Democritus, Leucippus, & Epicurus voluerunt Solem & Astra quotidie nasci ad ortum, morique ad occasum, Servius in illud Virg. 1. Georg. Aut in tempesta filet nox; ait, Epicurei dicunt non ire solem per alterum Hemispharium, sed semper his ab ortu colligi scintillis. & fieri orbem Solis. Sic & Lucret. lib. 5. v. 649. & seqq. & v. 659. & seqq.
Quam Epicuri sententiam bene arguit Manilius, dum ait, iis rebus, quas parturit casus fortuito partu, ordinem invariabilem manere non posse. Sic v. 491. & seqq.

184. Fata.] Interitus, mortem, v. 1.

186. Phœbus.] Sol, v. 19.

187. Natura.] Mundus, seu potius Cælum, quod voluitur, vers. 120. 129.

188. Lucet.] Dies, quibus luna terris lucem, modò nova, modò plena, modò decrescens ostendit.

189. Nec tyrocinio peccet.] Tyrocinium primum est artis rudimentum. Luna autem ita certâ ac constanti vicissitudine cursus suos menstruales de novo peragit, ut nunquam illorum rudimenta ponat.

190. Monstret.] Supple, dies, id est, ostendat, exhibeat. Gemb. monstrent, Sup. tempora. Ita ut rò quiddam, non adverbialiter, sed substantivè sumatur.

193. Cælum & cum Sole.] Bene, ut ex ipsâ interpretatione patet. Gemb. Cælo cum sole. Malè.

194. Nec verò. &c.] His 8. v. probatâ pariterram pendere debere in medio Universi, sicut Cælum, & astra pendunt in medio inani.

D

- 195 Pendentis terræ debet, cùm pendeat ipse
Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo.
Quòd patet ex ipso motu cursûque volantis;
Cum suspensus ear Phœbus, cursûmque reflectat
Huc illuc, agiles & servet in æthere metas :
- 200 Cum luna & stellæ volitent per inania mundi ;
Terra quoque ærias leges imitata pependit.
Est igitur Tellus mediam sortita cavernam
Aëris, & toto pariter sublata profundo.
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
- 205 Undique surgentem pariter, paritèrque cadentem,
Hæc est naturæ facies : sic mundus & ipse
In convexa volans teretes facit esse figuras

INTERPRETATIO,

sibi admirabilis, cum Cælum ipsum sit suspensum, & in nullo fundamento figat plantas pedum; quod manifestum est ex ipso motu & cursu illius circumvolventis se. Igitur cum sol pendulus vadat, & reorqueat suum iter in hanc & in illam pariem, & teneat certos terminos volubiles in Cælo, & cùm luna & astra ferantur per spatia vacua mundi, & terra pariter est

suspensa, secuta in hoc sortes aetherias. Ergo terra occupavit mediam concavitatem aëris, & est remota aequaliter à toto immenso mundi: neque est explicata in campos planè patentes, sed compacta est in globum ascendentem aequaliter ex omni parte & declinantem aequaliter ex omni parte. Hæc est figura mundi; sic & ipsum Cælum circumvolitans in orbes convexos facit formas siderum esse

ANNOTATIONES.

196. *Mundus.*] Cælum, v. 3.
Ponat vestigia.] Alludit Poëta ad hominis situm, & statum, qui inter standum firmos pedes humo figit, nec in aëre pendulus ambulat. Cælum igitur volubile pender, nec alicui fundamento immorum nititur: sed medio inani volvitur.

198. *Phœbus.*] Sol, v. 19.

199. *Servet metas.*] Quas nusquam prætergrediatur. Ab uno quippe Tropico ad alterum per Zodiacum, perpetuo, sed certo gressu regressûque sol meat, ac remeat.

201. *Ærias leges.*] Sortem aëris, qui medius pender circum terram.

202. *Est igitur, &c.*] His 4. v. concludit terram esse in medio aëris suspensam; inque orbem compactam.

203. *Pariter sublata profundo.*] Sic v. 168.

———— Totus ab illâ
Tantâdem refugit mundus, fecitque
cadendo
Undique ne caderet.

204. *Nec patulas distenta plagas*] Contra Anaximandrum, qui terram voluit esse teretem in modum columnæ. Contra Anaximenem, qui planam, in modum mensæ latè patentis. Contra Lucillum, qui tumidam, in modum Tympani. Contra Democritum, qui convexam quidem à superiori parte, sed concavam ab inferiori, in modum lancis voluit. Plutarch. 3. plac. 10. His itaque 32. v. seqq. probat Poëta terram esse rotundam, 1. quia figura rotunda, forma est Universi, cæterarûmque ejus præcipuarum partium, Cœli, stellarum &c. 2. Quia pariter non omnibus gentibus sidera, aut lunæ defectus apparent: sed primum his, deindè illis, propter terræ figuram rotundam.

206. *Hæc est natura, &c.*] I. arg. his 15. v. continetur.

Natura.] Mundi. Universi, *Mundus.*] Cælum v. 3.

207. *In convexa volans.* Habens formam convexam, & sphericam. In convexa, id est, in orbes convexos. Est au-

- Stellarum; solisque orbem, lunæque rotundum
 Aspiciamus tumido quærentis corpore lumen,
 210 Quòd globus obliquos totus non accipit ignes.
 Hæc æterna manet, Divisique simillima forma,
 Cui neque principium est usquam, nec finis in ipso:
 Sed similis toto remanet, perque omnia par est.
 Sic stellis glomerata manet mundoque figura.
 215 Idcirco terris non omnibus omnia signa
 Conspicimus, Nusquam invenies fulgere Canopum,

I N T E R P R E T A T I O.

rotundas; & videmus globum Solis esse splavicum, & luna quoque, qua in suo corpore rotundo desiderat lucem, eò quòd totus ejus orbis non recipit flammam à sole, quas obliquas tantum recipit. Hæc figura, qua nec initium habet nec finem, & qua est maximè similis Diis, datur mundo, cui nunquam fuit initium, nec finis est in ipso, sed qui restat par, & est aqualis sibi semper in omni re & per omnes res. Ita forma rotunda datur astris, & Cælo. Idèd non cernimus omnia sidera in omnibus regionibus terre. Nullibi reperies Canopum lucere.

A N N O T A T I O N E S.

tem convexum superior globi aut arcus superficies. Sicut è contra concavum inferior est arcus aut orbis facies.

Teretes.] Rotundas, Sic v. 230. & lib. 3. v. 353. Quamvis teres dicatur vulgò de forma rotunda quidem, sed oblonga, in modum columnæ.

209. Quærentis.] Mutuantis; neque enim luna de se lucida est, sed à sole lumen quasi mendicatum accipit, Virg. 1. Georg. v. 393.

— Fratris radiis obnoxia surgere luna.

Et Manil. lib. 2. v. 96. [bms ora.

Tu quoque fraternis sic reddis cornibus. Ubi de his fusiis. Quanquam hic quærentis interpretor desiderantis, non habentis sup. lucem in toto suo disco & orbe. Ita enim ratio postulat, & sensus.

210. Totus non accipit.] Dum enim luna crescit aut decrescit, seu dum cornua renovat, aut orbem contrahit, tunc non pleno cornu, plenoque disco lumen solis recipit, quippe quæ non ex adverso, sed ex obliquo solem inspiciat; unde nec plenos, sed obliquos tantum solis ignes accipit. His igitur s. v. superioribus ostendit exemplo lunæ corpora Cœlestia esse rotunda.

Ignes.] Lucem, lumen, quasi causa pro effectu. Ignis enim emittit

lucem. Vel ex veterum errore, qui sidera vel ignea, vel ignes esse crediderunt. Sic v. 132. usurpat, ignem & flammam pro stellis.

211. Æterna.] Immutabilis, infinita; quippe figura rotunda ea est quæ nec finem habet sui, nec initium. Unde Deo simillima dicitur, qui æternus est ac infinitus; id est, qui nec initium sui, nec finem habet, v. 522.

212. Cui.] Sup. Mundo. Ratio autem cur rotunda mundi figura debet esse, hæc est, inquit Poëta, quia nec finem habet nec initium, ut ad mentem Aristotelis cecinit v. 122. 123. 124.

113. Similis toto perque omnia, &c.] Sic D. August. lib. 2. de civit. passim docet mundum, non tantum secundum se totum, sed & secundum omnes suas partes, esse rotundum: sic Ptolem. Almag. lib. 1. c. 3. Quod præclare cecinit Buch. lib. 2. de Sph.

216. Canopum.] Canopus stella est in Argo navi, scilicet in remone seu clavo austrino; vel potius in remo austrino, quasi diametraliter opposita stellæ, quæ Capella dicta lucet in humeris Aurigæ, ejusdemque magnitudinis. Utraque enim est primæ magnitudinis. Hæc autem, ut ait Plin. lib. 2. c. 70. Adèd manifesto surgens fastigio cernitur, ut

D ij

sa B. P.

= nunt = dum = nunt = 3. P.

Donec Niliacas per pontum veneris oras.

Sed quærent Helicen, quibus ille supervenit ignis,

Qui laterum tractus habitant, mediique tumores

220 Eripiunt terræ Cælum, visusque coërent.

Te testem dat, luna, sui glomerabilis orbis,

INTERPRETATIO.

in. olis regiones oppositas iis & montes terra
interpositi subducunt Cælum, & impediunt
conspicuum ejus. Terra præbet se. ô luna indi-

ANNOTATIONES.

quartam ferè partem signi unius suprâ ter-
ram eminere Alexandria videatur. Ma-
nilius autem hanc stellam non septen-
trionalibus, sed austrinis tantum par-
tibus lucere ait, cum non lucere ait,
nisi ad Ægyptum. Unde Plin. cit. ad-
didit: Canopus Italia non cernit. Re-
vera non nisi ad 30. aut 36. grad. citra
lineam æquinoctialem conspicitur. Vi-
situr enim tantum Alexandriæ & Phari,
cujus utriusque latitudo est 30. grad. aut
circiter: vel ut minimum visitur Gadibus
& Cnidi, quarum latitudo est grad. 36.
aut circiter citra Æquatorem. Ptolem.

217. Niliacas oras.] Nili oras. Nilus
est Ægypti fluvius celeberrimus, de quo
pauca v. 45. plura lib. 3. v. 173. & 631.
dicemus.

Pontum.] Mare Mediterraneum. Lo-
quitur enim Poëta Romanus, cum
respectu ad eos qui Româ in Ægyptum
navigarent.

218. Helicen.] Ursam majorem, de
quâ nos v. 296. Hoc autem Manilii ar-
gumentum falsitatis arguit Scaliger,
cum hodie Canopus & Helice conspi-
ciantur Alexandriæ. Nisi dixeris Poëtam
rem non rigore, ut aiunt, Mathema-
tico tractasse, sed latâ acceptione.

Ille ignis.] Stella Canopi.

219. Laterum tractus.] Regiones op-
positas utrimque extremas, putâ ad
Orientem: vel ad Septentrionem &
Meridiem. Sic v.g. qui Gadibus ad fre-
tum Gaditanum degunt, ii non eum-
dem ejusdem Coeli visum habent, ac
qui in Japoniâ versantur ad Orientem
nostrum. Ex quibus colligitur terræ ro-
tunditas.

221. Te testem dat, &c.] His 15. v.
Terræ figura rotunda astruitur, ex ipsius

lunæ laboribus seu ecclipsibus. Quasi
luna deficiens, non omnibus pariter
gentibus, sed aliis post alias, prius
scilicet Orientalibus, quàm Occiden-
talibus appareat, unde terræ figura ro-
tunda colligatur. Verùm, ni fallor,
vix aliquid roboris habet hoc argumen-
tum. Neque enim luna laborans incipit
prius videri gentibus ad ortum, deinde
gentibus sub medio Cœlo degentibus,
postea populis ad occasum: sed pariter
ac simul deficit omnibus, quibus est
suprà horizontem. Neque ita diuturni
sunt illius labores, ut unam aut alte-
ram & ampliùs horam superent. Unde
non nisi tumor aliquis terræ ex aliquâ
parte colligi posset. Itaque si hæc Ma-
niliana verba de veris lunæ laboribus
interpreteris, & tibi sunt cautè accipien-
da, ut hæc saltem: non pariter: sed
prius: post ultima, &c. Non de diversis
temporis momentis, quod tamen vide-
tur voluisse Poëta: sed dumtaxat de di-
versitate horarum intelligantur. Eatenus
enim luna dicitur deficere prius his,
postâ illis gentibus, quatenus plures ab
his, quàm ab illis horæ numerantur.
v. g. dum luna in aliquo meridiano de-
ficit, qui populi sunt ad ortum ejus-
modi meridiani, plures numerant ho-
ras, quàm qui sunt ad occasum. Si
enim tunc qui degunt sub meridiano
v. g. mediam habeant noctem: qui ad
ortum sunt numerabunt horam à mediâ
nocte primam, aut secundam, aut ter-
tiam, &c. Qui verò sunt ad occasum
numerabunt horam ab antecedenti me-
ridie undecimam, decimam, aut no-
nam, &c. quatenus propius, aut re-
motius ab ipso meridiano recedunt.
Quæ horarum diversitas oritur ex eo,

oq. 2c B. P.
quod B.
est B. P.

glomerabilis: Orbis Terræ
sua rotunda forma & Ptole-
mæ Luna: vox cadâ nisi
tranda lib. 4: v 522: g.

219 leg. quod. lib. 3: signa — Terræ quærentes medio cœli tumore: g.

Quæ cùm mersa nigris per noctem deficiis umbris,
 Non omnes pariter confundis fidere gentes;
 Sed priùs Eoæ quærunt tua lumina gentes;
 225 Post medio subjecta Polo quæcumque coluntur;
 Ultima ad Hesperios infectis volveris alis,
 Setâque in extremis quatiuntur gentibus æra.
 Quod si plana foret Tellus, simul ista per omnes
 Deficeret, pariter toto miserabilis orbe:

inverte B P.

INTERPRETATIO.

cem sui globi rotundi, quæ quando involuta tenebris æris laboras de nocte, non perturbas simul omnes nationes tuo astro; sed nationes Orientales desiderant primum tuam lucem; deinde omnia loca quæ habitantur jacentia sub medio Cælo; & postrema volitas cum pennis nigris ad populos Occidentales, & tuba arca tarda percutiuntur apud nationes ultimas. Quod si terra esset extensa in planitiem luna percussa laborares pariter apud omnes gentes, & esset lumen amittit, quasi obducta tenebris voliter.

ANNOTATIONES.

quodd sol, qui motu suo circa terram horas describit, priùs invitat gentes quæ sunt ad ortum, quàm quæ ad occasum. Unde fit ut qui sunt ad ortum aliam numerent horam ab eâ, quam numerant ii, qui sunt ad occasum. Verùm, si de menstruis dumtaxat lunæ defectibus, seu potiùs mutationibus, quas agit luna dum crescit, aut decrescit, totum procederet argumentum, multò sanè validius foret. Omnes enim varii arcus, quos luna refert, ac implet, oriuntur ex terræ figurâ rotunda, quæ media solem inter & lunam minùs aut magis interposita, minores aut majores umbras in lunæ globo exprimit. Quod præclare cecinit Buch. lib. 1. sph.

224. Eoæ.] Orientales. Eous enim, æum, Græce ἑωσπ, Latine est *Orientalis*, ab ἥ, quod est *mane*, & *aurora* *Quarunt.*] Eleganter; dum enim luna laborat, cæca est. nec lucem emittit.
 225. Medio Polo.] Medio Cælo: Meridie. Pars pro toto. Polus enim propriè cardo est seu vertex ipsius mundi Axis, à verbo Græco *πολεῖν*, *vertere*. Quodd in eo mundus vertatur. Infrâ v. 311.

226. Hesperios.] Occidentales: Græcè enim Ἑσπερίοι, *vesper*, aut *Hesperus* est Latine, quæ stella est Veneris occasum solis subsequens, v. 178. Unde per Hesperios populos Latini intellexere vulgò

Italos & Hispanos, qui extremi ad Occidentem in vulgaribus mundi map-pis collocantur. Virg. Æn. 3. v. 186. & Æn. 7. v. 4.

Alis.] Vix alterum reperias, qui lunæ alas tribuat. Undè Scaliger legendum censet. *Infecto volveris ore.* Quamquam eleganter dicitur *infectis alis volvi*, hoc est ferri ad populos Occidentales, dum lumen amittit, quasi obducta tenebris voliter.

227. Quatiuntur æra.] Innuit veterum superstitionem, qui æris tinnitu tubarumque sonitu, aut ignibus accensis, lunæ laboranti subveniri credebant. Lunam autem laborare ac deficere putabant ex carminum incantamentis, quibus aut infici, aut tangi, aut etiam è Cælo trahi arbitrabantur. Quam incantamenti artem primam tribuunt mulieribus Thessalis Lucan. lib. 6. Horat. Epod. Od. 5. Plutarch. Plat. Et alii. Perstrepebant verò, inquit Apollod. lib. de Deor. origine, eam ob causam quodd lunam perituram arbitrabantur, dum laboraret. Id enim in more fuit apud antiquos, ut in morte pereuntium tinnitus æris, ut potè purior, & cui nullum accederet piaculum, ad levamen adhiberetur.

228. Ista.] Percussa, vapulata, tacta. Quâdam enim vi carminum tactam è Cælo trahi ac deduci credebant veteres.

D iij

223 Confundis aliq, ut barbas
 Qui igitur non misceat fidem
 pro aliquis occi? forsan
 funere, ut lib. 4: 9:

230 Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modò, post illis apparet Delia terris,
Exoriens simul atque cadens quia fertur in orbem
Ventris, & acclivis pariter declivia jungit,
Atque alios superat gyros, aliòsque relinquit.

235 Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.

Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum,
Aëriæque colunt volucres. Pars ejus ad Arctos
Eminet, Austrinis pars est habitabilis oris;
Sub pedibúsque jacet nostris, supràque videtur.

I N T E R P R E T A T I O.

At, quia Tellus disenta est in tuber rotundum, luna conspicitur nunc in his, deinde in illis regionibus, quia cum oritur, aquè ac cum occidit, volvitur circa tumorem alvi, & conjungit loca proclivia unà cum clivosis, & pratergreditur alios orbes, & deserit alios. Ex quâ re

percipitur figura terra esse globosa. Circum eam diversa genera hominum, & belluarum. & aves volantes per aëra habitant. Una pars illius assurgit ad Ursum, altera pars incolitur in regionibus australibus, & ipsa eadem partim deprimitur sub pedibus nostris, & partim cernitur suprà, super-

A N N O T A T I O N E S.

Virg. 8. Eclog. v. 69.

Carmina vel possunt Cælo deducere lunam.

Ovid. 12. Metam. Tibull. 6. Lucan. lib. 1. &c.

231. *Delia.*] Luna, quæ, quia in Delo insulâ nata eodem partu cum Apolline ex Latona, dicitur *Delia*.

232. *In orbem ventris.*] Circa globosum tumorem. Quia terra in tumorem extuberat, dicitur venter, seu ventris orbis, in quem luna volvitur.

233. *Acclivis Declivia &c.*] Per *Acclivia* intelligit montes & clivos; per *Declivia*, convalles, seu montium clivos deorsum tendentes. Luna igitur circumvolitans circa terram, montes cum vallibus jungere dicitur, dum ascendendo & descendendo totum terræ solum illustrat successivè, ut aiunt. Quia igitur terra in orbem compacta videtur modò cadere, modò assurgere, *acclivia* facit & *declivia* terrarum.

236. *Hanc circum.* &c.] Postquam terræ figuram rotundam esse demonstravit, illam circum habitatam vario hominum ac pecudum genere monet, contra pleròque veteres qui non nisi partem terræ superiorem habitari voluerunt. Tales fuêre quotquot aliam, quàm orbicularem terræ figuram tri-

buerunt; imò & veteres ferè omnes, nec non è sanctis PP. multi, S. August. lib. 16. civ. 9. Beda, &c. Quorum tamen sententiam vanam esse docuit experientia, quâ constat homines esse, qui, ut verbis Ciceronis 4. Acad. utar, *adversis vestigiis stent contra nostra vestigia*.

Gentes.] Genera; gens enim dicitur de hominibus, & brutis animantibus. Columell. lib. 9. c. 9.

237. *Pars ejus ad Arctos.* &c.] His 5. v. Septentrionalem & Austrinam terræ partem notat, quarum altera, quæ Septentrionalis est, superior eminet: altera, quæ Australis, inferior jacet: utraque tamen habitabilis. Loquitur quippè ad eum sphaeræ situm, qui Italis est aut aliis ad Septentrionem degentibus. Pars igitur terræ, quæ ad *Arctos* est, Septentrionalis dicitur. *Ἀρκτός* enim Græcè, Latine est *ursa*, quæ duplex ad Polum Septentrionalem jacet in Cælo, Major & Minor, de quibus v. 291. Hanc autem terræ partem veteres omnes assurgere, & sublimiorem esse voluerunt: Australem verò deprimi. Verùm id intelligitur tantum respectu populorum, qui ad Septentrionales regiones degunt, quibus polus supravertitur.

- 240 Ipsa, sibi fallente solo declivia longa,
Et pariter surgente viâ, pariterque cadente.
Hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,
Illic orta dies sopitas excitat urbes,
Et cum luce refert operum vadimonia terris:
245 Nos in nocte sumus, somnôsq; in membra locamus.
Pontus utrosque suis distinguit & alligat undis.
Hoc opus immensi constructum corpore mundi,
Membrâque naturæ diversâ condita formâ
Aëris, atque ignis, terræ, pelagique jacentis,
250 Vis animæ divina regit, sacroque meatu
Conspirat Deus, & tacitâ ratione gubernat;
Et multa in multas dispensat fœdera partes,
Altera ut alterius vires faciâtque ferâtque,
Summâque per varias maneat cognata figuras.

no nos P.

INTERPRETATIO.

ficit illius mentis sibi proclivitates procliv
ductas. & itinere ascendente simul & desc
cendente simul. Quando sol exortus ad Occi
dentem nostrum prospicit illam, tunc lux
Solis exorta illis regionibus expergescit
cives dormientes, & reddit illis regioni
bus renovationem laborum unâ cum die:
nos autem tunc versamur in noctibus,
& inducimur sopores in artus nostros. Mare
separat & conjungit nos utrosque per suas

aquas. Divina virtus mentis gubernat hoc
opus compositum ex corpore ingentis Uni
versi, & partes mundi constantes ex variâ
naturâ aëris, ignis, & terra, & maris
desideris, & Deus animat illud per adi
tum sacram. & regit illud per mentem
sacratam: & distribuit plurima commercia
per omnes partes, ut una pars faciat &
sustineat vires alterius & ut totû Univer
sum sit confederatum per diversas formas.

ANNOTATIONES.

242. Hanc ubi ad occasus, &c.] Orien
talem & Occidentalem terræ partem
notat, his 5. v. Hunc autem priorem
versum Scaliger sic aliter legit:

Hanc ubi ab occasu nostros sol aspicit
ortus.

Sed idem sanè sensus. Tò enim ortus
in priori lectione, quæ Gembl. est, non
substantivè, ut in hac posteriori; sed
adjectivè usurpatur; referturque ad rō
sol. Cùm igitur sol exortus est in iis re
gionibus, quæ ad nostros sunt occa
sus, illic orta dies excitat è somno po
pulos; nos autem in nocte sumus
& in somno. Et è contra, ut ait Virg. 1.
Geor. v. 250.

Nosque ubi primus equis oriens affla
vit anhelis.

Illic fera rubens accendit lumina vesper.

243. Urbes.] Cives, populos, ut no
tavi v. 45.

244. Operum vadimonia.] Operum re

novationes. Opera, labores. Virg. ix.
Æn. v. 182.

Aurora interea miseris mortalibus
almam

Extulerat lucem, refertens opera atque
labores.

Vadimonium quippe sponsio quædam
est sistendi atque comparendi ad diem
dictum in iudicio. Undè deduxit illud
Poëta ad significandos labores, ad quos,
quasi ad diem dictum, sol oriens mor
tales vocat.

247. Hoc opus, &c.] His 8. v. docet
totum hoc Universum à Deo regi &
agi, contra Epicurum, qui Deos fecit
otiosos, nec rerum curam agentes, quasi
nihil beatum esse possit, nisi otiosum.
Cic. 2. nat. Deor.

248. Natura.] Mundi, Universi.

250. Vis anima divina.] Sic Virg. 6.
Æn. v. 724. & seqq.

254. Summâque.] Universum, Mundus.

Lago, Hanc ubi ab occasu
nostro: Hanc ortu Austriam
simul atq; ab ea parte, quo
nobis est ultimus occidens,
sol aspicit ibi ortus aut pro
ut Gembl. & Vindob. Hanc
ubi ad occasum nostros dant,
circa quæ locum ubi nobis
occidere videtur &:

245 Somnosq; in membra loca
mus: ut sit, collocamus membra
in somnos, vel somni gratia,
ut Tacit. vi. p. ad Euphratem
viam missam propter &:

quum B. P.

255 . Nunc tibi signorum lucentes undique flammæ *cap: de signis :*
 Ordinibus certis referam, Primūque canentur
 Quæ media obliquo præcingunt ordine mundum,
 Solēque alternis vicibus per tempora portant.
 Atque alia adverso luctantia sidera mundo,
 260 Omnia quæ possis Cælo variare sereno.
 E quibus & ratio fatorum ducitur omnis.
 Ut sit idem, mundi primam qui continet arcem, *De 12 zodiaci signis :*

INTERPRETATIO.

fam verò recensebo tibi per certas classes ignes siderum fulgentes ex omni parte in Cælo. Et principio ea signa cantabuntur, quæ in medio Cæli posita circumdant Cælum ex ductu transverso, & ferunt vicissim solem per certa spatia temporis. Alia quoque signa canentur, quæ sunt opposita in Cælo opposito, quæ omnia signa poteris distinguere in Cælo puro. Ex quibus tota lex fatorum eruitur. Atqui ut Aries, qui occupat priorem sedem Cæli, idem quoque sit

ANNOTATIONES.

255. Nunc tibi, &c.] His 7. v. monet se dicturum de sideribus, tū de duodecim signis Zodiaci, cū de cæteris constellationibus, quæ hinc inde ad utrumque polum intercipiuntur. Incipit autem à signis Zodiaci, qui in hac arte prima sunt & præcipua. Deindè refert ea, quæ Cælo septentrionali sunt, ut potè quæ notiora. Postea cætera Australia signa describit. Quibus omnibus cognitis artem faciliè promovebit.

Signorum.] Constellationum. Neque enim dicturus est Poëta de cunctis Cæli stellis: sed de signis tantū. Signum autem cœleste, concursus est multarum stellarum, quæ cujusdam animalis, aut rei alicujus figuram imitentur: Namque, ut præclarè monet Fest. Avienus in Arat.

At non cuncta [stella] tamen signorum in lege putanda.

Nam numeris & honore carens micat omnibus ignis,

Et rutilo cunctis flagrat coma flammæa crine;

Sed quia non cersâ formarum in luce notantur

Omnia sideribus cassum sit cætera vulgus.

Flammæ.] Stellas, quæ aut ignes sunt, aut igneæ. v. 210.

257. Quæ media, &c.] Duodecim

Zodiaci signa. Zodiacus enim circulus est medius, qui transversum Cælum in modum baltei cingit. v. 313.

Mundum.] Cælum, v. 3.

258. Per tempora.] Per certa temporis spatia, nimirum per triginta dies totidēque noctes. Duodecim enim signa Zodiaci totum solis cursum in duodecim partes tricenæ æqualiter partiuntur.

Portant.] Imò solea videtur portare, infra quæ volitat. Rectius ergo dicitur sol est in vel sub signis Zodiaci. Sed portare solem dicuntur, quatenus sol cū iis exoritur, & volvitur.

259. Alia adverso.] Australia notat, & Septentrionalia signa, quæ, quia in partibus Cæli adversis & oppositis sunt, *luctantia adverso Cælo* vocat: vel certè his verbis notat Planetas, qui luctantur adverso Cælo, id est, qui adverso motu feruntur, ut dixi v. 15.

Signaque & adversos stellarum noscere cursus.

261. Rasio fatorum.] Omnis fortunæ ratio. Fatales omnes eventus. Sors omnium rerum, v. 1.

262. Ut idem, &c.] His 13. v. Duodecim signa Zodiaci ex ordine refert. Incipit autem ab Ariete, qui dux est cæterorum. Sive quia, ut aliis placet, sol sub eo signo fuit, dum prima mundi cœpit origo. Firmic. lib. 3. c. 2.

Aurato

Aurato Princeps Aries in vellere fulgens
Respicit admirans aversum surgere Taurum;

ad B.P.

INTERPRETATIO.

prior ordine, is lucens in lanâ aurâ quasi attonitus aspicit retrò Taurum exoriri à tergo,

ANNOTATIONES.


Sivè, ut alii volunt, quia pars ea Cœli, quæ Arietis est, nobilior est, & è quatuor mundi punctis nobilissimum. Sivè, ut alius videtur, quia ea est Arietis natura, ut calidus sit & humidus, quæ duo, calor & humor, prima sunt generationis rerum principia. Arietis variaz appellationes sunt: Princeps Signorum coelestium, Dux gregis. Equinoctialis. Vervex. Chrysomallus. Juppiter Ammon. Arietinum caput, &c.

Primum Arcem.] Superiorem locum ac sedem. Arx enim propriè locus est altior in monte, aut in superiori urbis parte situs ac præcipuus. Respexit autem Manilius ad illam Cœli primam positionem, quâ Mundus crea-

tus est. Tunc enim, teste Firmico lib. 3. cap. 2. Arietis signum mediam seu summam Cœli Arcem tenebat.

263. *Aurato vellere.*] Alludit ad Fabulam, de qua lib. 2. v. 34.

264. *Respicit aversum Taurum.*] Is enim est Arietis inter sidera situs, ut rectus pedibus, & fronte exoritur, cervice tamen paululum reflexâ in posteriores sui partes. Tauri verò is est situs, ut posterioribus carens, ab iis tamen exurgat, capiteque paululum reflexo sursum aspiciat Arietem, quem ductorem sequitur. Sic lib. 2. v. 197. & lib. 4. v. 521. Utriusque autem, Arietis & Tauri, hunc situm in hac figurâ exhibendum curavimus.



Taurum.] Qui secundum inter signa Zodiaci locum tenet. Is autem inter sidera refertur, vel quia stellæ in eâ Cœli parte referunt aliquam Tauri figuram: vel quia, Sole tenente eam Cœli partem, virescunt, & è terrâ surgunt segetes, quæ Taurorum sunt labores. M. MANIL.

res. Vel quia res ea ex fabulis tota repetenda est. Fabulantur enim Tauri speciem in Cœlis esse à Jove collocatam, in ejus rei primum ac memoriam, quod vel Jupiter Tauri figuram indutus Europam Agenoris filiam, cujus amore flagrabat, è Tyro in Cretam dorso suo

E

265 Summissoque vultu Geminos & fronte vocantem ;
Quos sequitur Cancer : Cancrum Leo : Virgo Leonem.

INTERPRETATIO.

cum facie & capite inclinato deorsum sequitur : Leo sequitur Cancrum i
appellantes Geminos , quos Cancer sub Virgo Leonem. Deinde , die facto equali

ANNOTATIONES.

transvexit: vel quodd Jo de læsâ pudicitia sub specie vaccæ aliquatenus satisfieri voluit. Fast. 5. Cum hoc autem sidere junguntur Pleiades & Hyades, de quibus nos infra, v. 372.

265. *Summisso vultu.*] Invergit enim caput deorsum quasi ingeniculatus, & humi procumbens. Tauri appellationes variz sunt: Taurus. Bubulum caput. Jo. Isis. Bos. Portitor Europæ.

Geminos.] Quod est Zodiaci signum tertium, sub figurâ duorum puerorum, brachiis & cruribus inter se junctorum, exhibitum; vel quia Sole in eâ Coeli parte currente, jam calor videtur ingeminari. Vel quia stellæ ibi sunt ita dispositæ, ut hanc geminam puerorum imaginem referant. Vel quia fabulantur Hyg. 2. Astron. Poët. & alii, hoc sidus inter astra relatum à Jove in ejus concordiz memoriam, quâ Castor & Pollux fratres amantissimi in Laconiâ regnârunt, nusquam de principatu contententes. Ovidius autem Fast. 5. Castorem quidem & Pollucem sub hoc signo esse vult; at non in mutuz concordiz præmium, sed in ejus rei memoriam, quodd, cum Phœben & Elairam Leucippi Ætoli filias ducturi essent Idas & Lynceus fratres, illas sibi rapuerint Castor & Pollux. Inde ortâ pugna, Castor à Lynceo, Lynceus à Polluce fuit interfectus. Idas verò in Pollucem impetum facturus à Jove fulminatus. Unus autem superstes Pollux victor à Jove in Cœlum referendus, & immortalitate donandus, impetravit ab eo dimidiam suæ immortalitatis fratri Castori partem, ita ut alternis sex mensibus uterque Cœlo potiretur & viseretur. Quamquam Homerus & alii non pauci non ex hoc facto, sed ex origine suâ Castori mortalitatem, Polluci immortalitatem asserunt, ut dicemus, v. 337. dum de Cycno agemus, & lib. 2. v. 181. lib. 5. v. 156. Alii autem Herculem

& Apollinem: alii Triptoleum & Jasonem: alii Zethum & Amphionem, quorum alter etiam Zonam, alter Lyræ habeat, Geminorum appellationes variz sunt: Gemini. Castor & Pollux, Apollo & Hercules. Triptolemus & Jason. Amphion & Zethus. Tyndaridæ. Ledzum sidus. Dii Samothracæ. Duo Pavones. Duo corpuscula consertis brachioliis & cruribus, &c.

266. *Quos sequitur Cancer.*] Cancer quartum est Zodiaci signum, quod æstati ineunti præficitur ac præfigitur. Hunc autem inter sidera figuratum volunt, vel quia Sol, ubi ad illam Coeli partem pervenit, jam more Cancræ retrogredi videtur. Vel quia stellæ ibi hanc figuram exhibent. Vel ob fabulas, quas referemus lib. 2. v. 33. ubi de his Manilius quoque mentionem facit. Hujus autem appellationes variz sunt: Cancer, Oëtes, Nepa, Aftacus, Cammarus, &c.

Leo.] Quintum Zodiaci signum, sic dictum, vel quia stellæ in eâ Coeli parte figuram aliquam Leonis referunt: vel quia Sol jam majorem calorem terris inducit, quo Leo cæteris animantibus præstat. Semper enim furore agi aut æstuari dicitur. Vel ob fabulas, quas recensemus lib. 2. v. 32. Hujus appellationes variz sunt: Leo, Herculeus, Cleonæus, Nemeus.

Virgo.] Sextum Zodiaci signum sic dictum, vel ex eo, quodd Sol in eâ Coeli parte nihil de novo producat, sed sterilis aliquatenus maneat: vel quia stellæ ibi aliquam Virginis imaginem referunt: vel propter fabulas, quas memorabimus lib. 2. v. 32. Virginis autem appellationes variz sunt: Virgo, Astræa, Erigone, Atargatis, Fortuna, Ceres, Isis, Pax, Pauda vel Pautica, Justitia, Spicifera Dea, Dea alata &c. pingitur enim alata in modum Angeli, ramum dextrâ, spicas levâ tenens.

Æquato tūm Libra die cum tempore noctis
 Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
 In cujus caudam contentum dirigit arcum
 270 Mixtus equo, volucrem missurus jamque sagittam.

INTERPRETATIO.

cum tempore noctis, Libra adducit Scorpionem | *qui junctus est Equo, intendit arcum sensum,*
lucentem sidere micanti, in cujus caudam, | *quasi jam jaculaturus sagittam celerem.*

ANNOTATIONES.

267. *Æquato die.*] Namque cum Sol in Libræ est signo, diem nocti æquat, æquè ac cūm est in Ariete.

Libra.] Septimum Zodiaci signum, cui nomen *Libra* datur, vel quia Sol in eo signo diem noctemque quasi æquā lance librat. Verūm quam impar sit hæc ratio patet ex eo, quod Sol in Arietis signo diem pariter nocti æquet. Vel igitur, quod verius crediderim, ex eo quod cūm Astrologi animadvertent Scorpionis sequentis tantam esse figuram, ut duorum signorum in Zodiaco partes obtineret, eam in duo signa dividerint, quorum alterum, quod Scorpionis Chelæ effingerent, *Libram* dixerunt: alterum, Scorpionis signum appellarunt. Fortè quia Chelæ Scorpionis in Cælo aliquam Libræ figuram referunt. Unde nonnulli crediderunt hoc non esse peculiare sidus. Quamquam alii fabulati sunt esse Virginis Astræ Libram, quā justitiam ac jus mortalibus dabat; Astræamque volunt in Virginis sidus mutatam, lib. 2. v. 32. Sæpius autem Poëta noster usurpat Chelæ Scorpionis pro sidere Libræ lib. 2. v. 524. lib. 3. v. 292. lib. 4. v. 203. &c. Unde patet Libram Manilio nihil aliud esse, quam Chelæ Scorpionis. Libræ appellationes variæ sunt: *Libra*, *Chelæ*, *Jugum*, *Noctipares*, &c.

268. *Scorpion.*] Dicitur Scorpium, & Scorpio, quod est octavum Zodiaci signum, cui nomen hoc est datum, vel quia stellæ in eâ Cæli parte figuram aliquam Scorpionis referunt: vel potius quia, Sole illud sidus tenente, jam acuta frigora pungere incipiunt, quod per Scorpionem significarunt veteres, utpotè qui caudâ lædat & pungat. Vel propter fabulas, quas referemus, lib. 2. v. 32. Hujus appellationes sunt: *Scorpium*, *Scorpio*, *Nepa*, *Magna fera*, &c.

269. *Contentum dirigit arcum.*] Rom. & Vulg. At Gemb.

Contento dirigit arcum.
 Sup. *Sagittam*, vel sumpto absolute verbo, *dirigit*, quomodo sumitur lib. 4. v. 323.

Cancer in adversum Capricorni dirigit arcum.

Verūm & lib. 2. v. 170. idem non absolute sumitur, sed active.

Ut Capricornus & hic qui tentum dirigit arcum.

270. *Mixtus equo.*] Sagittarius; quod nonum est Zodiaci signum. Hujus autem pars superior humana est, posterior equina. Dicitur verò *Sagittarius*, vel quia stellæ in eâ Cæli parte figuram aliquam Sagittarii seu Arcitenentis imitantur: vel quia, cūm Sol in eo signo est, grandines & imbres in Terras cadere ac sagittarum instar è Cælo delabi videntur: vel ob has fabulas, quas alias alii referunt. Alii enim fabulati sunt hunc fuisse Chironem Centaurum. Saturni filium, qui non modò cæteros Centauros, sed cæteros homines justitiâ superâsse dicitur, & Æsculapium & Achillem nutritis existimatur. Pietate igitur & justitiâ suâ fecit, ut inter astra numeraretur. Cum autem apud eum Hercules diverteretur, Chironque illius sagittas cūm tractaret, una fertur in Chironis pedem cecidisse, cujus vulnere periit. Cujus misericordiâ motus Jupiter, eum inter astra retulit. Hyg. lib. 2. Astron. Poët. Alii Crotum Euphemenes Musarum nutricis filium volunt, qui cūm venatione & studiis litterarum pariter delectaretur, à Jove post mortem, Musarum precibus est inter astra relatus. Cujus dotes & animi & corporis, ut notaret Jupiter, sagittas manibus addidit, quæ mentis vivacitatem expri-

Tūm venit angusto Capricornus fidere flexus.
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam
Piscibus assuetas avidè subeuntibus undas,

INTERPRETATIO.

Postea Capricornus curvatus in brevi astro amphoram inversam Piscibus, qui se im-
subsequitur. Post ipsum, Aquarius effundit mergunt cupide in aquas sibi assuetas.

ANNOTATIONES.

merent : crura equina dedit, quæ, quod olim inter venandum equo bellè insisteret, significarent. Verum duplex est inter astra Centaurus, alter inter Zodiaci signa, quem Sagittarium seu Arcitenentem vocant : alter in Cœlo Austrino, quem Centaurum dicunt. Utriusque tamen fabulas confundunt Poëtæ. Ovid. Fast. 5. Hyg. citat. Sed de Austrino Centauro dicemus infra v. 609. Hujus autem appellationes variz sunt : Sagittarius, Sagittipotens, Arcitenens, Centaurus, Croton, vel Crotus, Chiron, Eumenes, Semivir, Philirides, Eques Sagittarius, Capellæ telum, Sagitta arcui applicata, &c.

271. Capricornus.] Decimum Zodiaci signum, cui nomen hoc datum est, vel quia sicut Caper sese semper ad arbores erigit, ita Sol in eâ Cœli parte videtur jam quasi se attollere, & ad nos ascendere: vel quia stellæ ibi figuram aliquam Capricorni imitantur : vel ob fabulas, quas jam referemus. Alii enim fingunt signis annumerari, in memoriam nutriticis Jovis Capræ. Lactant. Manilius lib. 2. v. 30. Alii Pana volunt, qui, cæteris Diis Typhoei Gigantis sævitiam fugientibus, ac varias idèd formas in-

duentibus, quibus latezent, in fluvium se conjiciens, priori sui parte in Capram, posteriori in Piscem se commutavit. Hyg. lib. 2. Poët. Astron. Itaque pars ejus superior Caprina est, posterior definit in Piscem, sed caudam & caput inglomerat in unum. Unde breviori fidere coërcetur. lib. 2. v. 252.

272. Aquarius.] Undecimum Zodiaci signum, lib. 2. v. 233.

273. Piscibus.] Pisces sunt duodecimum & ultimum Zodiaci signum, lib. 2. v. 33.

Avidè subeuntibus.] Quanquam, ut ait Hyg. citatus, unus duntaxat Piscis, quem Notium vocant, Aquarii subit aquas ; quique non est unus è duobus Piscibus, qui duodecimum constituunt Zodiaci signum. Horum enim alter vertit quidem ora ad os amphoræ, sed aquas non excipit : alter autem vertit ora ad dorsum Andromedæ, ante caput Arietis. Unde ambo junguntur caudâ. Unus autem piscis Notius, de quo v. 428. aquas Aquarii subit. Hactenus Poëta de duodecim Zodiaci signis, quorum nos, non imagines quidem, sed characteres, & characterum rationes in hac tabellâ curavimus apponi.

Aries	♈	Caput Arietini.	Libra	♎	Librile cum Trutinâ.
Taurus	♉	Caput Taurini.	Scorpius	♏	Scorpionis cauda erecta.
Gemini	♊	Duocorpuscula brachij & crurib' iuncta.	Sagittarius	♐	Sagitta arcui applicata.
Cancer	♋	Camuari deprævari figura.	Capricornus	♑	Capricorni cauda convoluta.
Leo	♌	Cauda Leonina.	Aquarius	♒	Fusio Aquarum.
Virgo	♍	Ala Virginis.	Pisces	♓	Duo Pisces adversis dorsis iuncti.
II. Fig.			Pag. 36.		

LIBER PRIMUS.

Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

275 At, qui fulgentes Cœlo confurgit ad Arctos,
(Omnia quæ summo despectant sidera Mundo,
Nec nōrunt obitus, unōque in vertice tantūm
In diversa sitæ Cœlūmque & sidera torquent,)
Aëra per gelidum tenuis deducitur Axis,
280 Libratūmque gerit diverso cardine Mundum.

INTERPRETATIO.

quos terminantes postrema signa Zodiaci Aries contingit. Verum Axis ille, qui attollit se ad Cœlum versus Urſas lucentes, (qua ex alto Cœlo aspiciunt deorsum caetera astra, nec agnoscunt occasus. & quæ

disposita in partes adversas vertunt Cœlum & astra in uno solum Polo) ille, inquam, Axis exigens protrahitur per aëra frigidum, & portat totum Mundum suspensum aqua lance in vario Polo.

ANNOTATIONES.

275. At, qui fulgentes. &c.] His 19. vers. describit Mundi Axem, circa quem totus Mundus volvitur, sed qui stat immotus. Est igitur Axis linea diametralis, quæ ab uno Polo ad alterum pertinet per ipsum Terræ medium, & circa quam totius Universi sphaera convolvitur. Dicitur à verbo Græco, ἀγω, ago, moveo, quasi totum Universum torqueat in motum orbicularem. Ipse verò immotus stat. Ejus extrema duo nituntur duobus Polis seu cardinibus. Quanquam hæc linea non re, sed mente tantum concipitur, ut totius Universi motus orbicularis aliquatenus à nobis intelligatur, v. 291.

Confurgit ad Arctos.] Ad urſas Septentrionales Helicem & Cynosuram, de quibus v. 297. Loquitur autem Poëta non habitâ ratione sphaeræ rectæ, sed obliquæ, qualis fortè Romæ est, aut Athenis, aut aliis Septentrionalibus regionibus, quibus Polus est supra Horizontem. Unde dixit confurgit ad Arctos, & infra:

Omnia quæ summo despectant sidera Mundo.

Qualis etiam sphaera obliqua nobis est. 277. Nec norunt obitus.] Non occidunt, scilicet populis Septentrionalibus, quibus sunt supra Horizontem. Utraque enim Boreali Polo nixa visitur semper supra nostrum Horizontem. Ovid. 4. Trist. Eleg. 3.

Fest. Avien. in Arat.

Nescia signa salis, nocturnæque inscia casus.

Cujus rei causam repetendam ex Junonis indignatione Poëtæ finxerunt, ut dicemus v. 301.

278. In diversa sita.] Adversis enim dorsis alterutra caput vergit in caudam alterius, v. 303.

279. Axis. Diametralis linea, quæ fingitur transire ab uno Polo ad alterum per medium Aëra, & Terræ centrum, v. 275. 292.

280. Diverso cardine.] Duplici Polo, Arctico scilicet & Antartico; seu Boreali, & Australi. Dicuntur autem Cardines, quia quasi in illis innixa mundi moles, tanquam janua in suis cardinibus, volvitur. Dicuntur & Vertices à verbo *vertere*. Dicuntur Poli à verbo Græco πῶλιν *vertere*. Alter autem qui Septentrionalis est, dicitur, *Borealis* à Boreâ vento, qui flat inde, *Arcticus*, ab *Arctus*. id est, ab urſis duabus, Helicæ & Cynosuræ, quæ circa illum torquentur. Dicitur & *sublimis*, respectu alterius, qui jacet infra, sed habitâ duntaxat ratione sphaeræ obliquæ, qualis est nobis, & populis Septentrionalibus. Alter verò qui Australis est dicitur ab *Austro* vento, qui flat à meridie, *Antarticus*, quia opponitur alteri Arctico. *Infimus*, quia semper nobis, & populis Septentrionalibus latet, infraque pedes jacet.

E iij

37
quis B. P. is lum B. P.
ag. B. P. polo B.
tu B. P.
regit B. P.

in die

Spicit B. P.

Bore B. P.

videns

Siderens circà medium quem volvitur orbis;
 Æthereóſque rotat curſus. Immotus at ille
 In binas Arctos magni per inania Mundi,
 Pérque ipſum Terræ directus conſtitit orbem.
 285 Nec verò è ſolido ſtat robur corporis ejus,
 Nec grave pondus habet, quòd onus ferat ætheris alti:
 Sed cùm aër omnis ſemper volvatur in orbem,
 Quòque ſemel cœpit, totus volet undique in ipſum,
 Quodcunque in medio eſt, circà quod cuncta moventur,
 290 Uſque adeò tenue eſt, ut verti non poſſit in ipſum,
 Nec jam inclinari, nec ſe convertere in orbem.
 Hoc dixere Axem, quia motum non habet ullum,
 Ipſe videt circà volitantia cuncta moveri.
 Summa tenent ejus miſeris notiſſima Nautis

INTERPRETATIO.

Circa quem Axem poſitum in medio Mundi, globus ſtellatus rotatur, & circumagitur motus aërios. Verùm ille Axis immobilis. ſtetit ductus recta in geminas Urſas per ſpatia inania vaſti Univerſi, & per ipſum globum Telluris. Neque autem firmitas illius corporis conſtat à verà duritie, neque habet pondus grave, eò quòd ferat onus ſummi aëris: ſed quia omnis aether converſitur perpetuò in circulum, & totus fertur ex omni parte in illud punctum, à quo incipit ſemel; illud qualecunque eſt in medio, circà quod omnia volvantur, eſt tam gracie, ut nequeat moveri in ſeipſum, neque modò deprimi deorſum, neque torquere ſe in circulum. Homines vocaverunt illud Axem, quia non habet ullum motum, ſed ipſe conſpicit omnia, quæ moventur, torqueri circà ſeipſum. Duo ſidera maximè cognita miſeris Nautis, & qua dirigunt

ANNOTATIONES.

282. *Immotus at ille.*] Cujus rei aliquam rationem reddit Poëta v. 290.

283. *In binas Arctos.*] In geminas Urſas, Septentrionales ſcilicet duas, & duas Australes. Veteres enim ex conjecturà in hunc errorem cecidere, ut ſicut circà Polum Borealem duas urſas, ita circà Polum Australem duas quoque urſas circumvolvi crediderint. Quod tamen falſum eſſe docebimus v. 438.

284. *Conſtitit.*] Stetit immotus. Gemb. *Conſpicit.* Rom. *Ductus circumſpicit:* at prior vox *immotus* indicat ſatis legendum eſſe *conſtitit*.

285. *E ſolido.*] Neque enim re, ſed mente tantum concipitur mundi Axis. Unde vocat illum *tenuem*, v. 279. 290.

Robur.] Firmitas, aut durities. *Robur* enim propriè ſpecies eſt arboris glandiferæ, quæ, quia dura & firma, per translationem uſurpatur pro *viribus animi*, aut *corporis firmitate*, aut *rei du-*

ritiâ. Virg. 7. *Æn.* — *Ferri robora.* 286. *Ætheris alti.*] Cœli, ætheris, & aëris deſuper incumbentis in ipſum Axem.

289. *Quodcunque in medio eſt.*] Axis: linea diametralis, quæ concipitur tranſire ab uno Polo ad alterum per mediam terram.

290. *In ipſum.*] In ſeipſum. Maniliana locutio frequentiffima. Vertere autem ſe in ſeipſum, eſt movere ſe in orbem. Quo motu caret Axis mundi, quia ſtat immotus.

192. *Hoc dixere Axem, quia &c.*] Axis, Græcè ἀξὺς à verbo ἀγω, ago, moveo. Quippe qui cætera movet & agit circà ſeipſum; unde ſtet immotus necelle eſt: aliàs daretur proceſſus in infinitum, qui motum omnem ſiſtit.

294. *Summa tenent ejus, &c.*] His 11. verſ. Utriusque urſæ, majoris & minoris ſitum ad extrema Axis illius deſcribit,

295 Signa, per immensum cupidos ducentia Pontum;
 Majoremque Helice major decircinat arcum.
 Septem illam stellæ certantes lumine signant,
 Quâ duce per fluctus Grajæ dant vela carinæ.
 Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,
 300 Tàm spatio, quàm luce minor. Sed judice vincit

INTERPRETATIO.

per vastum mare eos, qui cupiunt navigare, occupant extrema illius Axis. Et Helice quæ major est urſa, describit majorem circulum. Septem stella, quæ sibi non cedunt luce, figu-

rant illam; cujus ductu naves Græci faciunt vela per undas maris. Cynosura angusta movetur in brevi circulo, quippe quæ sit inferior Helicæ tàm loco, quàm lumine. Sed testa-

ANNOTATIONES.

295. Signa.] Dux urſæ.

296. Helice. Major urſa. Græcè ἑλίκη, à verbo ἑλίσσω, circumvolvo, quippe quæ motu perpetuo volvatur circà Mundi Polum. Dicitur autem *urſa Major*, respectu Minoris; utraque autem dicitur *urſa*, vel quia stellæ ibi in Cœlo urſarum figuras aliquas referunt. Vel propter fabulas, quas de utrâque commenti sunt Poëtæ, & quas nos referemus lib. 2. v. 29. Porro cùm utraque stellas septem habeat, quæ & Plauſtri figuram referant, *Plauſtra* quoque dicuntur: Helice quidem *Plauſtrum majus*. Cynosura *Plauſtrum minus*.
 Fest. Avien. in Arat.

*Fabula namque urſas, species dat
 Plauſtra videri.*

Hujus autem sideris variæ sunt appellationes. Urſa major, Helice, Plauſtrum majus, Calisto, Megisto, Elix, Arcturus, Nonacrina, Plauſtriluca, Licaonia, Parrhæsis, Erymanthis, &c.

Majorem arcum.] Circulum. Orbem. Spiram. Quippe quæ major sit Cynosurâ. Unde majorem quàm hæc; describit orbem. Etenim longius recedit ab ipso Polo, quàm minor. Gemb. *Arcton*; id est, urſam.

297. *Septem stella. &c.*] Vulgò, *Septentriones* dicuntur, vel à numero stellarum septem, quasi vox *triones* superflua foret: vel à figurâ boum Plauſtro junctorum, quam exhibent. Veteres enim *triones* dixere quasi *teriones*, hoc est boves terendæ seu arandæ terræ idoneos: vel à figuris triquetris, quas referunt. A. Gell. lib. 2. c. 1. Porro hæc septem præcipue stellæ, quæ secundæ magnitudinis sunt, non Urſæ, sed Plauſtri figu-

ram exhibent. Viginti enim quatuor sunt stellæ, quæ totam Urſæ figuram complent, præter informes multas. Nec sola Helice *Septentrio* dicitur; sed & Cynosura, quam septem quoque præcipue stellæ signant, spatio quidem & luce minorem, ut jam dicitur.

Certantes lumine.] Sunt enim omnes secundæ magnitudinis seu differentiæ. At in Cynosurâ dux sunt tantum stellæ secundæ magnitudinis: una, tertiæ: tres, quartæ: una quintæ. Unde addidit infra Poëta, v. 300.

Tàm spatio, quàm luce minor.

298. *Quâ duce. &c.*] Quippe qui Peloponnesum, & Græcas insulas incolunt, ii majori utuntur Urſâ inter navigandum.
 Ovid. 4. Trist. Eleg. 3. citatus suprâ v. 277. not.

299. *Cynosura.*] Urſa minor, à Sidonii dicta *Cynosura*. Ovid. Fast. 3.

Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur

Sydoniis...

Hanc septem pariter stellæ, luce quidem impares, signant, quæ non Urſæ, sed Plauſtri potiùs minoris figuram referunt. Unde & *Plauſtrum minus* dicitur: sed *Urſa* pariter dicitur, propter fabulas, quas referemus lib. 2. v. 30. Appellationes ejus variæ sunt. Urſa minor, Cynosura, Septentrio, Phœnice, Plauſtrum minus, &c.

300. *Tàm spatio, quàm luce minor.*] Neque enim tàm latè patet, aut tàm magnum peragit circulum, quàm Urſa major, quia Polo proximior; neque stellas habet ejusdem differentiæ, ac Helice, v. 297.

Majorem Tyrio ; Pœnis hæc certior auctor
 Non apparentem Pelago quærentibus Orbem.
 Nec paribus positæ sunt frontibus. Utraque caudam
 Vergit in alterius rostro , sequiturque sequentem.

INTERPRETATIO.

Tyrio sperat majorem ursum ; quippe quæ sit certior dux Panis d. m. inuestigant in medio Mari orbem Terrarum sibi non conpi- cum. Neque disposita sunt cum vultibus similiter conversis. Utraque enim invertit caudam in os alterius & subsequitur alterâ.

ANNOTATIONES.

301. *Tyrio.*] Phœnice, Sidonio. Ty-
 rus enim & Sidon duæ sunt urbes Sy-
 riz, seu regionis Phœniciæ nobilissimæ,
 quarum cives inter navigandum hoc si-
 dus Cynosuræ potissimum observabant,
 utpotè quod sit certius ; sed ad eam
 stellam attendebant Nautæ, quæ est in
 extremâ caudâ, quam idèd vocant stel-
 lam navigatoriam : stellam maris : vel
 stellam Polarem, utpotè quæ sit Polo om-
 nium maximè vicina. German. in Arat.

*Certior est Cynosura tamen sulcanti-
 bus aquor.*


*Quippè brevis totam fido se cardine
 vertit.*

*Sidoniâque ratem nunquam spe-
 rata fefellit.*

Panis] Vel *Phœnis*. id est, Phœnici-
 bus, seu Sidoniis aut Tyriis, populis
 Phœniciæ insignioribus, & navigandi
 peritissimis.

Auctor.] Fœminini generis ; sæpius
 tamen masc. Unde Tertullianus dixit
Auctrix.

303. *Nec paribus posita, &c.*] Ita quippè
 dispositæ sunt in Cœlo duæ ursæ, ut
 quasi dorsis adversis alterutra caput ver-
 gat ad caudam alterius. Res clariùs pa-
 tet in hac figurâ, in quâ utriusque
 Ursæ, majoris & minoris situm, unâ
 cum Dracone inter eas interfuso, exhi-
 beri curavimus, cum præcipuis suis
 stellis.



*ubring aut ubramq. Al. Ventus
ubramq. g.*

305 Has interfusus, circumque amplexus utrâque
Dividit, & cingit stellis ardentibus Anguis,
Ne coëant, abeantve suis à sedibus unquam.
catenâ s. r. Hunc inter, mediûmque orbem, quo sidera septem
ribus Per bis sena volant contra nitentia signa,
310 Mixta ex diversis consurgunt viribus astra,
Hinc vicina Poli, Cœlique hinc proxima flammis,

INTERPRETATIO.

*subsequentem vicissim. Draco interposi-
tus inter istas. & circumcingens utrâ-
que separat, & constringit illas suis stellis
lucentibus ne conjungantur, vel aliquando
discedant à suis locis. At inter hunc Dra-
conem & circulum medium, sub quo*

*septem stellâ Erraticæ feruntur per duode-
cim signa Zodiaci luctantes adversus illa,
plurima sidera apparent, qua constant ex
variis naturis: Quorum alia ex una
parte proxima sunt ignibus Poli, & ex al-
terâ parte propinqua ignibus Zodiacis*

ANNOTATIONES.

305. *Has interfusus. &c.*] His 3. v. situm Draconis inter duas urfas describit. Dixit autem *interfusus*, id est, quasi fluminis instar fusus. Sic Virg. 1. Georg. v. 244.

Maximus hic flexu sinuoso elabitur Anguis

Circum perque duas in morem fluminis Arctos.

306. *Anguis.*] Draco, Serpens tortuosus, cujus situm ita describit Hygin. 3. Astron. Poët. Draco inter duas Arctos collocatus videtur, corporis sinu facto. Arcton minorem ita concludere, ut pendè pedes ejus tangere videatur; caudâ autem flexâ caput majoris attingere, suo capite tanquam reducto Arcticum attingens corpus in spheram complicari; & si quis diligentius attenderet, videre posset caput Draconis ad majoris urse regionem cauda collocari. Ita & Fest. Avien. in Arat. Veteres autem finxerunt in hac Cœli parte Draconem esse, vel quia stellæ ibi positæ figuram aliquam sinuosi Serpentis referunt: vel potiùs ob fabulas. Alii enim fabulantur hunc fuisse Draconem, quem à Junone hortis Hesperidum ad mala aurea custodienda constitutum Hercules interfecit, ut ea mala aurea raperet, quæ ad vitricum Euristheum detulit. In cujus rei memoriam Juno curavit hunc Draconem inter astra collocari. Alii verò volunt hunc esse Draconem, quem Minervæ, cum ab ipsâ oppugnaren-

tur, Gigantes objecerunt, quémque abreptum Minerva contorsit ad sidera versus Cœli Axem, inter duas Urfas. Variæ autem ejus appellationes sunt: Draco, Serpens, Anguis, Hesperidum Custos, Palmes emeritus; Coluber arborem conscendens, Python, Monstrum, &c.

308. *Hunc inter mediûmque orbem, &c.*] His 6. v. præmonet se ex ordine descripturum reliqua Septentrionalia sidera, quæ quidem inter Draconem, & Zodiacum intercipiuntur: quæque quia inter se pugnant, non ratione naturæ ac figuræ solum; sed etiam viribus ac affectionibus, totum aërem sibi subiectum ita temperant, ut orbem terrarum mortalibus reddant feracem. Namque, ut Ptolem. lib. 1. de Judic. c. 1. docet, cum Astrologis omnibus, aër ab astrorum affectionibus, quas influentias vocant, maximè inficitur, atque temperatur; unde terræ fructus ferant, aut arescant. Igitur *hunc inter mediûmque orbem*, id est, inter hunc Draconem, & medium orbem, id est, Zodiacum, qui in medio Cœlo est.

Sidera septem.] Septem Planetæ, qui vix extrâ Zodiaci fines prætergrediuntur, v. 15; & 805.

311. *Poli.*] Sup. *flammis*, id est, stellis. Ita Gemb. Benè; loquitur enim Poëta designis, quæ sunt inter Polum Septentrionalem & Zodiacum, ut satis constat ex v. 308. *Hunc inter, mediûmque orbem,*

M. MANIL.

F

Quæ quia dissimilis, quæ pugnant, temperat aër,
Frugiferum sub se reddunt mortalibus Orbem.
Proxima frigentes Arctos Boreamque rigentem
315 Nixa venit species genibus, sibi conscia causæ.
A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,

INTERPRETATIO.

qua quidem sidera efficiunt ut orbis terrarum sub ipsis ferax sit hominibus, quia aër dispar, quatenus illa inter se opponuntur, temperat orbem terrarum. Signum vicinum Ursæ gelidis, & Aquiloni frigido exoritur incumbens genibus, quod scit causam sua sortis. A cuius dorso Arctophylax lucet, qui & idem dicitur Bootes.

ANNOTATIONES.

Ec. At Scaliger: Polis. Quasi loquatur Poëta non solum de signis Septentrionalibus; sed & de Austrinis. Unde legit, nec malè:

Hinc vicina Polis, hinc Cæli proxima flammis.

Loquitur enim Poëta tam de Australibus; quam de Septentrionalibus signis.

Cæli .. flammis.] Signis Zodiaci. Zodiacum enim vocat Cælum; modò Cælum medium; modò Cælum magnum. Ec. Quasi pars nobilior pro toto. Non solum enim in Zodiaco lucent signa duodecim, sed & Planetæ septem. Unde dixit: Cæli flammis, quasi potissimum ea Cæli pars stellis ignescat.

312. Quæ pugnant.] Supl. Signa illa diversis mixta viribus. Horum enim pugna seu temperamento diverso aër dissimiliter temperatur, quod terra frugifera fiat. Rom. Pugnat. Supl. aër. Malè. Neque enim aër pugnat, sed signa viribus mixta diversis pugnant.

314. Proxima, Ec.] His 2. v. describit situm sideris, quod vulgò dicitur Engonasi, seu Ingeniculus, aut Nixus. Sunt qui putant Lycaonem esse, quem genibus innixum faciunt, quasi supplex ad Deos tendat palmas, precansque, ut filiam suam Calistum in Ursam mutatam sibi restituant. Alii fabulantur esse Thesea, qui quasi saxum attollere ac revolvere videtur, sub quo Pelopium enssem posuerat Ægeus, Matricque Thesei Æthra prædixerat, ne antè filium Athenas mitteret, quam sublato lapide viribus suis gladium retulisset. Quidam verò melius autumant Hercu-

lem, qui dextro genu nixus, sinistro pede contere conatur dextram capitis partem Draconis Hesperidum Custodis, ut dicam, v. 366. Hygin. 2. Poët. Astron. Et Fest. Avien. in Arat. Is autem est situs hujus signi in Cælo, ut caput inversum habeat; dextro pede caput Bootæ tangat: sinistro caput Draconis conculcet: capite tangat caput Ophiuchi: sinistram manum porrigat ad Lyræ; dextram ad caput Serpentis Ophiuchi. Variæ illius appellationes sunt: Engonasi, Ingeniculus, Nixus, Procius in genua, Incurvatus in genu, Genuflexus, Nessus, Saltator, Aper, Cetheus, Theseus, Alcides, Hercules, Ixion, Prometheus, Tamyra, Orpheus, Imago laboranti similis, &c.

Frigentes Arctos.] Ursæ Septentrionales, juxta quas adhæret Engonasi, seu Hercules.

Boreamque.] Aquilonem, ventum à Septentrione flantem, & aquas gelu constringentem. Sumit autem Poëta Boream ventum, pro Cæli Septentrionali parte.

315. Sibi conscia causâ.] Sic Fest. Avien. in Arat.

Protinus expertem quem quondam dixit Aratus,

Nominis, & cuius latuit quoque causa laboris.

316. A tergo nitet Arctophylax.] His 3. v. describit situm Arctophylaxis seu Bootæ, aut Bubuli. Is autem jacet à tergo Engonasi; cuius sinistra tangit caudam Ursæ majoris: dextrum genu Tropici Cancræ; sinistro pede, Virginem

Quòd similis junctis instat de more juvenis ;
Arcturumque rapit medio sub pectore secum.

At parte ex aliâ claro volat orbe Corona ,
320 Luce micans variâ. Nam stellâ vincitur unâ

INTERPRETATIO.

ed quòd similis Bootæ agitat pro more parte Corona fertur in circulo splendido
boves copulatos : & corripit secum Ar- fulgens ex diverso lumine. Etenim orbis
sturnum per medium pectus. Sed ex aliâ illius superatur ab unâ stellâ, qua

ANNOTATIONES.

calcat : caput ejus teritur pede dextro
Herculis. Græcè dicitur *Arctophylax* ,
ab ἀρκτος, *Ursa* ; & φύλαξ, *Custos* : &
Bootes , à voce Græcâ βῶς, *Bos*. Latine
Bubulus, aut Bubuleus. Dicitur etiam
Plaustrum custos, *Ursæ Custos*, Clama-
tor, Vociferator, Piorans, Philomeles,
Arcas, Icarus, Lycaon, Arcturus mi-
nor, Septentrio, Orion, Canis la-
trans, Sagittifer, &c. Varii quippe va-
ria de hoc fabulantur. Alii enim volunt
hunc fuisse Icarum Erigones patrem,
qui cum à Baccho vini utum accepisset,
vitem sevit, cujus folia cum depavisset
hircus, hunc interfecit. Cujus ex pelle
utrem fecit, quem vino plenum in
Plaustrum intulit : sed eo tandem vino
inebriatus miserè periit. Cujus sortem
miseratus Bacchus, impetravit à Jove
ut inter astra proxime *Ursas* colloca-
retur. Germani, in Arat. Alii verò Ar-
cadem Calistûs filium putant. Is enim
adultus cum inter sylvas venaretur,
incidit in *Ursam* matrem, quam cum
non agnosceret sub hac formâ ferinâ,
persecutus est usque in Templum Jo-
vis *Lycæi*, ut eam occideret. Sed utrius-
que sortis miseratus Jupiter, eos inter
astra transtulit. Hygin. 2. Poët. Astron.
Fest. Avien. in Arat. & alii ferè omnes.

318. *Arcturumque*.] Non signum, sed
unica stella est Arcturus inter crura Boo-
tæ, seu Arctophylacis, quæ primæ est
magnitudinis. Est autem in inguine si-
nistro Arctophylacis, juxta Tropicum
Cancris.

Medio sub pectore.] Infra ventrem,
subter zonam Bubuli.

319. *At parte ex aliâ*, &c.] His s. v.
describit Coronæ Borealis situm. Hanc

autem Arctophylax sinistro tangit hu-
mero : Engonasi verò seu Hercules,
dorso. Serpens Serpentarii inhiat in
illam : paulum extra Tropicum Cancris
jacet. Sidus est septem, vel, ut aliis
placet, octo, imò novem stellas ha-
bens. Quarum omnium lucidissima se-
cundæ est magnitudinis : reliquæ verò,
quartæ vel quintæ. Illa autem splendi-
dissima stella proxima est frontem, seu
in anteriori mediâ Coronæ parte. Hoc
verò sidus dicitur Corona, Coronæ
Septentrionalis, Gnosia, Corona Vul-
cani, Thesei, Ariadnes, Minois, &c.
Fabulantur enim hoc sidus, quod ali-
quam Coronæ speciem imitatur, Ariad-
næ Minois Cretensium Regis filix esse
Coronam à Libero datam, cum ejus
nuptias peteret. German. in Arat.

*Hunc illi Bacchus thalami memor
addit honorem.*

Adduntque operâ Vulcani factam ex
auro & gemmis, tantòque fulgore mi-
cantem, ut illius lucis beneficio Theseus
è Labyrinthi tenebris exierit. Alii
volunt Ariadnæ donatam à Theseo,
cujus amore capta Ariadne, ab eo ta-
men est derelicta. Ovid. Fast. 3.

*Protinus aspiciet venienti nocte Co-
ronam.*

Gnosida : Thesei crimine facta Dea est.
Alii verò volunt Ariadnæ datam illam
Coronam non à Theseo, aut Baccho,
seu à Venere, cum sibi nuptias agentis
Dii singuli, singulæque Deæ singula
dona contulerunt. Nec desunt qui pu-
tent hanc ipsam fuisse Ariadnen, quam
in Coronam mutatam inter astra col-
locatam à Jove volunt. Hygin. 2. Poët.
Astron.

Circulus, in mediâ radians quæ proxima fronte; maxima &
Candidaque ardenti distinguit lumina flammâ;
Gnossia deserte hæc fulgent monumenta puellæ.

Et Lyra diductis per Cælum cornibus inter
325 Sidera conspicitur, quâ quondam ceperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, Manêque per ipsos
Fecit iter, domuitque Infernas carmine leges,
Huic Cœlestis honos, similisque potentia causæ:
Tunc sylvas & saxa trahens, nunc sidera ducit,
330 Et rapit immensum Mundi volubilis orbem.

INTERPRETATIO.

fulgens quasi in medio vultu, dividit: stellas
vicinas hinc inde, & albescentes ex igne
micanti; quippè hac sunt testimonia Gnos-
sia Virginis derelicta, quæ lucent. Lyra
quoque cernitur inter astra cum brachiis ex-
tensis per Cælum cum quâ olim Orpheus
vicerat id omne quod contigerat suo mo-
dulamine, & aperuit sibi viam per medias
Umbras Inferni, & vicis cantu suo leges
Tartareas. Gloria Cœlestis, & par virtus
virium data est huic Lyra; olim enim
erat alliciens sylvas & lapides, modo jam
regit astra, & pertrahit secum ingentem
circulum Cœlis, quod circumvoluitur,

ANNOTATIONES.

321. In mediâ.] Sup. fronte, Gemb.
At Rom.

— In medio radians quæ proxima
frontem.

Gnossia deserta fulgens monumenta
puella.

Verùm Gemb. lectio mihi magis ar-
ridet.

323. Gnossia.] Vel Gnossia, à Gnosso
Cretæ nobilissimâ urbe, in quâ vixit
Ariadne. Unde & Corona, & Aradne
dicitur Gnossia.

Puella.] Ariadnes, Minois Regis filiz,
quæ Thesei amore capta juvit illum,
edocuitque viam ac rationem, quâ Mi-
notaurum interimeret. Quo interfecto
Theseus navi rapuit Ariadnen, sed
Naxo in insulâ dereliquit eam benefi-
cii immemor.

324. Et Lyra, &c.] His 7. v. descri-
bit Lyræ situm inter astra. Hujus autem
testudo spectat ad Arcticum circulum:
summum cacumen, seu utrumque cornu,
ad Polum Borealem: media jacet in-
ter Engonasi, Cycnum, Aquilam, &
Draconis caput. Decem constat stellis,
quarum clarissima in ipsius Lyræ initio
dicitur *Lyra*. Ea autem primæ est magni-
tudinis: cæteræ, tertiz, & quartæ; dicitur
Lyra: Lyra Apollinis, Orphæi: Fides,

Fidicula, Testudo, Cithara, Fidicen;
Vultur cadens, Aquila marina psalte-
rium deferens, Lyra Mercurii, &c.
Fabulantur enim hanc inter astra collo-
catam in honorem Mercurii, qui pri-
mus Lyram ex testudine condidit; quam
Apollini, vel ut aliis visum est, Or-
pheo tradidit, qui hujus modulamine,
saxa, arbores, feras, homines, Deosque
devicit, ac Inferos domuit. Hygin. &
Fest. Avien. in Arat. & alii.

325. Orpheus.] Insignis musicus, vel po-
tius orator artis dicendi peritissimus,
qui dicendi ferociore & agrestes Gen-
tes ad mansuetius vivendi genus tradu-
xit. Unde fabulæ locus datus est, ut
fingeretur saxa, arbores, ferasque can-
tûs dulcedine movisse. Horat. Art. Poët.

326. Manêque per ipsos &c.] Animas
mortuorum: id est, descendit ad In-
feros: Inferasque domuit leges. Ea
quippe lex est Inferorum, ut ex iis nemo
redeat. Orpheus tamen ex Inferis uxo-
rem Eurydicen reduxit, Plutone, Pro-
serpinâ, cæterisque Inferorum Umbris
demulsis vocis ac lyræ dulci modula-
mine. Virg. 4. Georg. v. 469. & seqq.

328. Potentia causa.] Virtus efficiendi,
vis eadem, quæ olim fuit.

Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis
Dividit, & toto mergentem corpore corpus
Explicat, & nodos sinuatque terga per orbes,
(Respicit ille tamen molli cervice reflexus,)

335 Et didit fufis per laxa volumina palmis.

Semper enim paribus bellum quia viribus æquant.

Proxima fors Cycni, quem Cælo Jupiter ipse

videtur exgentis h.
ut B. P.

videt effusis B. P.

INTERPRETATIO.

Ophiuchus dissectat Serpentem de nomine præ
suis longis figuris; & extendit illum invol-
ventem suum corpus in toto suo corpore. &
volumina, & dorſa inflexa per spiras, (at-
tamen ille Serpens reflectens molle collum

aspicit retrò,) & Ophiuchus separat illum
cum manibus suis extensis per longas illius
spiras. Pugna erit perpetua inter illos, quia
adaquantur viribus æqualibus. Sedes vicina
sedes est Cycni, quem Jupiter ipse collocavit

ANNOTATIONES.

331. Serpentem magnis, &c.] His 6. v.
describitur situm Ophiuchi & Serpentis;
id est, Serpentarii, qui dicitur Ser-
pentarius, Anguiger, Ophiuchus, Æs-
culapius, Hercules, Glaucus &c. Hujus
autem sideris situs est supra Scorpionem,
quem ambobus pedibus calcat. Capite
tangit caput Engonasi, mediūque di-
viditur Æquatore: serpentem utraque
manu solvit & explicat. Utrūque
ore lambit Coronam Boream, seu
Ariadnes, caudā tangit Aquilæ caudam,
medium præcingit Ophiuchum. Arat.
Hygin. German. Fest. Avien. in Arat.
Fabulantur autem alii Ophiuchum fuisse
Herculem, qui in cunis adhuc vagiens
angues duos, à Junone missos, ma-
nibus præfocavit. Alii Æsculapium, qui
de Glaucō sanando solus in horto cogi-
tans, serpentem ad baculum arrepen-
tem interemit: vel, ut aliis placet, qui
Hypolytum ab inferis excitavit; quā re
indignatus Jupiter fulmine percussit eū,
cujus tamen miseratus inter astra retulit.
Fest. Avien. in Arat. Alii fingunt esse
Phorbantem, qui Ophiūsam insulam,
uno ingenti Dracone interfecto, serpen-
tibus liberavit. Alii denique aliud fabu-
lantur apud Hygin. lib. 2. Poët. Astron.

Magnis signis.] Dicitur enim ille An-
guis Serpens à suis stellis, quæ per Cælum
serpere longius videntur.

Ophiuchus.] Græca vox, quasi ὀφιο-
χος, ab ὀφίς, Serpens, & ἔχω, teneo. An-
guem enim manibus tenet & explicat
se se implicantem.

332. Et toto mergentem.] Rom. & Vulg.

At Gemb. atque etiam toto ingens; nec
malè.

334. Respicit ille tamen, &c.] Rom.
Gemb. Vulg. Benè quidem hic versus
suū includitur parenthesi. Eleganter
autem cervicis reflexus. Flexa enim cer-
vice Anguis ille obvertit occiput ad ca-
put Ophiuchi. At Scaliger sic mutat &
invertit hos duos versus sine causā.

Expedit, effusis per laxa volumina
palmis.

Respicit ille tamen molli cervicis re-
flexus.

335. Didit.] Dividit. Dido antiquum
verbum pro divido. Lucret. Virg. 7.
Æneid.

337. Proxima fors Cycni, &c.] His 5.
v. Cycni situm notat, qui depingitur
expansis alis, quarum dextra tendit
ad circulum Arcticum, sinistra verò
pertinet ferè ad Tropicum Cancrī: cau-
dā Cepheum, rostro Lyræ contingit;
jacetque totus sub anterioribus Pegasi;
mediūque producitur per viam La-
cteam, quā hæc cuneos agit maximos.
Cygnus, vel potius Cycnus dicitur à
Græco vocabulo κύκνος, Latine, Olor;
dicitur & Avis, Milvius, Gallina, Vul-
tur cadens, Myrtilus, Leda adulter,
&c. Stellæ quidem in eā Cœli parte
videntur imitari aliquam figuram avis.
Fabulantur autem hanc avem esse,
Cycnum, quem Jupiter inter astra re-
tulit, in præmium amoris sui Jupiter
enim amore Leda captus, quod facilius
eā potiretur, formam Cycni induit.
Manil. lib. 2. v. 31.

- Imposuit formæ pretium, quâ cepit amantem,
 Cùm Deus in niveum descendit versus Oloren,
 340 Tergâque fidenti subjecit plumea Leda.
 Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.
 Hinc imitata nitent cursûmque habitûmque Sagittæ
 Sidera. Tum magni Jovis ales fertur in altum
 Assueto volitans, gestet ceu fulmina Mundi.
 345 Digna Jove, & Cælo, quod sacris instruit armis.

INTERPRETATIO.

in Cælo, in præmium figura illius, sub quâ positus est eâ, quam adamabat, quando is Deus mutatus in Cycnum album delapsus est è Cælo, & submisit dorsa sua pennata Leda non timens. Nunc factus filius volat etiam cum pen-

nis extensus. Ex hac eadem parte infra Cycnum stella referentes motum & imaginem sagitta lucent. Postea Avis magni Jovis volitans in sublime Cælum, volans in solito Cælo, quasi gerat fulmina Cæli, quæ digna est Jove & Cælo, quod ornas

ANNOTATIONES.

338. *Amantem.*] Ledam: vel ut quibusdam placet, Nemefin, quæ ex Jove in Cycnum mutato gravida ovum peperit, quod Mercurius detulit in sinum Ledæ, ex quo nata sit Helena.

340. *Leda.*] Tyndari Laconiz Regis uxori, quæ prius ex marito, deinde ex Jove gravida facta, duo fingitur ova peperisse, ex quorum altero, quod à Jove immortalis concepit, Pollux & Helena immortales: ex altero, quod ex Tyndaro mortali conceperat, Castor & Clytemnestra mortales nati dicuntur.

342. *Hinc imitata*] His 4. v. situm Sagittæ, & Aquilæ signat.

Sagitta.] Quæ alio nomine dicitur, Telum, Jaculum, Arundo, Canna, &c. sita est in mediâ viâ Lacteâ, Tropicum Cancri inter & Æquinoctialem circum, intra Aquilæ alam sinistram, Cycno subjacens. Quinque præcipue stellis constat, quæ sagittæ figuram imitantur. Fabulantur autem hanc unam esse è sagittis, quâ Hercules interemerit Aquilam, quæ Promethei jecur exedebat. Alii sagittam esse volunt, quâ Cyclopes Apollo interfecit, qui Jovis fulmen fabricaverant, quo filius ejus Æsculapius fuerat percussus. Hanc autem sagittam arcui applicatam depingit Hygin. 2. Astron. Poët. At Fest. Avienus eam notat sine arcu.

Sed tamen hac arcu seroti caret, inscia nervi.

343. *Jovis ales.*] Aquila, quæ dicitur etiam Vultur volans, Ganymedis raptrix, servans Antinoiûm &c. Illius autem hic situs est inter astra: media quidem finitur orbe Lacteo, quâ hic cuneos magnos agit: caudam porrigit versus Ophiuchi caput, rostro vellicat Antinoi, seu Ganymedis caput: alâ sinistra tangit Delphinum. Aquilæ figuram aliquam stellæ in eâ Cæli parte imitantur. Fabulantur autem inter astra collocatam à Jove, ob Ganymedem puerum Trojanum in Cælos ab eâ raptum, qui Jovi à poculis esset. Jovis autem ales dicitur, vel quia Jovi in sortem cecidit, dum inter se Dii Deæque partirentur aves: vel quia sola radios Solis apertis intuetur oculis, cæterisque volat altius, unde grata est Jovi.

Altum.] Sup. aëra. Cælum.

344. *Gestet ceu fulmina.*] Fingitur enim etiam in Cælis arma Jovis tenere, unde & *Armiger Jovis* dicitur.

345. *Digna.*] Sup. *Ales*, quod nomen & foeminini generis est, & masc.

Sacris armis] Vel *fulmine*, quod *sacrum* vocant, quia execrandum & hominibus metuendum: vel *Sagittâ*, quam intrâ alas tenet Aquila in cælis, quamque *sacram* vocant, quia inter sidera consecrata est: vel *Ganymede*, quem Jovi ministraturum, & armigerum futurum in Cælos rapuit Aquila.

Tunc quoque de Ponto surgit Delphinus ad astra,
 Oceani Cœlique decus, per utrūque sacratus.
 Quem rapido conatus Equus comprehendere cursu
 Festinat, pectus fulgenti fidere clarus,
 350 Et finitur in Andromedâ, quam Perseus armis

INTERPRETATIO.

*armis sacris. Postea Delphinus, qui est honor
 maris & Cœli, & sacer in utroque, ascendit
 etiam à mari ad sidera. Quem Equus la-*
*cidus ex stellâ clarâ juxta pectus, enititur &
 properat assequi veloci cursu. & termi-*
natur in Andromedâ, quam Perseus liberat

ANNOTATIONES.

346. *Tunc quoque de Ponto. Delphinus.*] His 2. v. situm notat Delphini; qui, Delphinus, Delphin, & Delphis dicitur, & Amphithrites, vector Arionis, Hermippus, Musicum signum, & Curus &c. Sidus hoc lucet Aquilam inter & Pegasi seu potius Equulei caput, jacet medium inter Æquatorem & Tropicum Cancræ, ita ut caput vergat ad Tropicum Cancræ. Constat stellis decem, quarum quinque tertie magnitudinis videntur aliquatenus figuram Delphini imitari. Fabulantur autem hunc inter astra relatū à Neptuno in præmium, quod olim Amphitritæ Nerei filie nuptias Neptuni fugienti persuaserit, ut eas acceptaret. Hygin. 2. Poët. Astron. Fest. Avien. in Arat. Alii non à Neptuno, sed à Baccho, in ejus rei memoriam, quod Thyrræni nautæ, qui Bacchum transferri ab iis volentem Naxos in insulam erant prodituri, fuerint ab eo in Delphinos mutati. Alii verò putant hunc esse Delphinum, qui ex Siculo mari ad litus Tænarium in Laconiâ transvexit Arionem musicum ac cytharædum insignem. Hyg. citat. & Ovid. Fast. 2.

348. *Quem rapido. &c.*] His 13. v. notat situm Equi seu Pegasi, Andromedæ, Persei, Trianguli & Cassiopeæ, de quibus jam sigillatim.

Equus.] Pegasus est, qui dicitur Equus, Equus major, Equus posterior, Equus secundus, ad differentiam alterius, qui Equuleus, Equus minor, Equus prior, & Equi sectio dicitur. Pegasus autem quoque dicitur Equus dimidiatus, quia posterioribus caret. Dicitur & Belle-

rophon, & Bellerophontes, Equus Gorgoneus, Medusæus, &c. Spectat ad Arcticum circulum: nares obvertit ad Delphinum: medius ejus armus Tropicus Cancræ dividitur: collo superiore tangit Æquatorem ad Aquarii dextram: pars posterior ab alvo sub Andromedâ tegitur. Minoris autem Equi mentionem non fecit Poëta, vel quia 4. tantum stellis obscurioribus lucet; vel quia nec illius meminit Aratus, quem imitatur Manilius. Porro Equus seu Pegasus habet 23. stellæ, quarum clariore duæ secundi luminis sunt, altera in sinistro humero ad educationem cruris anterioris. Unde addidit Poëta: *Pectus fulgenti fidere clarus.* Aut saltem hæc verba addidit, ut notaret Equum posterioribus carentem, solis anterioribus lucere in Cœlis. Fabulantur autem hunc inter astra relatū, vel quia usus eo est aliquandò Jupiter: vel quia huic insidens Bellerophon Chimæram superavit, quæ totam Lyciam inficiebat; vel quia eo usus est Perseus adversus Gorgones; vel quia ipse è culmine Heliconis montis ad Cœlos evolavit. Ovid. 3. Fast. Hyg. 2. Poët. Astron.

350. *Andromedâ.*] De quâ v. 356.

Perseus armis Eripit.] Rom. & Vulg. habitâ quippe ratione fabulæ, quâ dicitur Andromeda vi & armis à Perseo liberata. lib. 2. v. 28. & lib. 5. à v. 339. ad v. 388. Scalig. *Perseos armis Excipit.* Habitâ sitis ratione, quo stat Andromeda humeris Persei inter Astra. Utrâque lectio bona. Situs est igitur Perseus in Cœlis ita, ut capite tangat pedes Andromedæ; dextrâ, pedes Cassiopeæ,

Eripit, & sociat sibi. Cui succedit iniquo
Divisum spatio, cui tertia lampada dispar

INTERPRETATIO.

armis, & associat sibi quasi in uxorem. | totum sequitur, sic vocatum ex simi-
Quem Perseum signum de nomine Del- | litudine, distinctum intervallo inaequali,

ANNOTATIONES.

pede dextro innitatur cervicibus Tauri :
crus verò sinistrum retrahat ad Capram.
Cur inter sidera sit collocatus, dicemus
lib. 2. v. 28.

351. Cui succedit iniquo... Deltoton, &c.]
Quippe post Perseum sequitur Deltoton, quod dicitur aliis nominibus, Tri-
gonus, Triangulus, Triangulum, Tri-
cuspis, Triplicitas, &c. Deltoton verò à
similitudine figuræ Δ litteræ Græcæ
majoris. Situm est autem istud sidus
suprà caput Arietis, post Perseum : apice
tangit Tropicum Cancræ ; basis ejus
vertitur ad caput Medusæ, quod sini-
strâ sustinet Perseus : alterum ejus latus
extenditur dorso Andromedæ : alterum
dorso Arietis. Fabulantur hîc à Jove per
Mercurium collocatum, ut caput Arie-
tis, quod alioquin obscurius est, foret
magis conspicuum. Alii à Cerere sacra-
tum inter astra volunt, vel in memo-
riam Siciliæ, quæ triangularis est : vel
Egypti, quam ambitu triangulari cin-
git Nilus. Germ. in Arat. Hyg. 2. Poët.


Astron. Constat stellis quinque, qua-
rum tres, quæ in tribus angulis A, B,
C, sunt quartæ magnitudinis : quarta
verò D in basi, ad angulum dextrum
C, & quinta E, in sinistro latere, sunt
luminis quinti. Recentiores Astronomi
sextam addunt F, in dextro medio la-
tere, quæ sexti est luminis.

352. Tertia lampada dispar, &c.] Di-
citur lampada, α : & lampas, adis.
His verbis : tertia Lampada, notat Poëta
basim Trianguli, quæ neque spatio,
quia minor : neque luce, quia clarior,
duobus lateribus est æqualis. Latera
quidem duo paria sunt spatio, sed luce
disparia. Est enim in latere dextro stella
F sexti luminis : in sinistro verò non nisi
quinti luminis stellæ sunt. German. in
Arat.

Tres illi laterum ductus, æquales
duorum

Sunt spatio, unius brevior, sed clarior
ignis.

Res patet in hac figurâ.



IV. Fig.

Pag. 48.

Conspicitur

Conspicitur paribus, Deltoton nomine fidus,
Ex simili dictum. Cepheusque & Cassiopea
355 In pœnas signata suas, juxtaque relictam
Andromedam vastos metuentem Piscis hiatus;
Expositam Ponto deflet, scopulisque relictam,
Ne veterem Perseus Cœlo quoque servet amorem,
Auxiliôque juvet, fugiendâque Gorgonis ora

seruata B.

INTERPRETATIO.

& in quo tertia fax videtur dissimilis duabus aliis aequalibus, Etcui Perseo succedunt Cepheus & Cassiopea, qua figuratur adhuc in sua supplicia; & quæ propè Andromedam derelictam, & timentem adhuc lasas fauces Piscis deplorat illam expositam mari, & alligatam rupibus; timens nimirum ne Perseus conseruet adhuc in Cœlo antiquum amorem erga illam, & ne subveniat illi in subsidium; & ne obiciat sibi

ANNOTATIONES.

353. Deltoton.] Not. v. 351.

354. Cepheus.] Andromedæ pater, de quo lib. 2. v. 29. Is autem inter astra pedibus calcit caudam interiorem Cynosuræ; medius jacet inter volumina Draconis & Cassiopeam, & Cyni caudam.

Cassiopea.] Uxor Cephei, de quâ lib. 2. v. 28. Ubi dicitur quomodo sit adhuc in pœnas signata suas. Media autem jacet inter Cepheum & Andromedam: pedes vergit ad caput Helices: caput, ad Andromedam: dorsum, ad Cepheum.

355. In pœnas, &c.] Horum 18. v. seqq. labem benè vidit Scaliger, & curavit. Alienâ quippe sede fuerant positi infra post versum 432.

356. Andromedam.] Vel Andromeden, Cephei ex Cassiopeâ natam, de quâ fusiâs lib. 5. à v. 539. ad v. 588. Capite autem tangit & regit alvum Pegæi: tangit & à tergo Triangulum: pedes ejus innituntur Perseo: brachium finistrum, quod supra Piscem Septentrionalem extendit, secatur medium Tropico Cancrî.

Piscis.] Ceti, Monstri marini, quod Neptunus miserat ad devorandam Andromedam, ut dicitur lib. 5. v. 572. Hoc autem fidus caudâ tangit effusiones aquarum Aquarii: pedes anteriores immergit aquis Eridani: capite tangit pedes Arietis: ventre, Tropicum Ca-

pricorni: Æquator secatur medium ejus collum

358. Ne.] Supl. metuens. Quasi Cassiopea adhuc in Cœlis metuat, ne id sibi contingat, quod olim contigit. Perseus quippè liberatam à se Andromedam secum duxit volentem. Neque Cepheus, ut ait Hyginus, neque Cassiopea poterunt impetrare ab Andromedâ, quin Perseus sequeretur; neque à Perseo, ut illam sibi ipsis restitueret. Metum igitur hunc Cassiopeæ benè notat Manilius, dum ait adhuc in Cœlis illam metuere, ne Perseus veterem servet amorem erga Andromedam; ne subveniat illi expositæ, liberatamque deducat, ne sibi aspicienti caput Medusæ opponat Perseus, quod in lapidem vertatur; & quod manu sustinet Perseus adhuc in Cœlis, tanquam prædam, quam fecit, & testem victoriæ, quam reportavit.

359. Gorgonis.] Medusæ. Gorgones enim tres fuere sorores, Phorci filiæ, Sthenio, Euryale, Medusa. Hæc concubitu Templum Minervæ sædavit, cujus sacrilegii pœnas ut lueret, crines ejus in serpentes mutavit Minerva, deditque, ut in lapides verterentur, quicumque eos aspexerint. Perseus autem sopitis serpentibus & Medusâ, caput hujus amputavit, quod in victoriæ suæ testimonium, in Cœlis manu sustinere fingitur. lib. 5. v. 572.

G

2250 B. P.

- 360 Sustineat, spoliūque sibi, testēmque videnti. *per / emq*
 Tunc vicina ferens nixo vestigia Tauro
 Heniochus, studio Mundūque & nomen adeptus;
 Quem primum curru volitantem Juppiter alto
 Quadrijugis conspexit equis, Cœloque sacrauit.
 365 Tum subeunt Hædi claudentes sidere Pontum
 Nubibus; & mundi nutrito Rege Capella,

INTERPRETATIO.

aspiranti timendos vultus Gorgonis, quos gerit in pradam & in testimonium suæ victoriz. Postea Heniochus sequitur, admonens pedes proximos Tauro incumben: i genibus; qui consecutus est nomen, & Galium ex

arte suā, quippè quem Juppiter vidit primum raptatum in sublimi vehiculo à quatuor equis simul junctis & donavit Cælo. Deinde Hædi subsequuntur qui ex astro suo operiunt mare nimbis; & Capra, propter Regem

ANNOTATIONES.

361. Tunc vicina, &c.] His 4. v. situm notat Aurigæ, qui non longè stat ab Ursâ majori; caput enim non longè attollit ab Arctico circulo, quâ parte pars est anterior capitis Helices. Alterum ejus pedem una stella jungit cum Tauri cornu: sinistro brachio, seu armo, dextrum tangit Persei pedem; genu dextro adjacet genibus Geminorum supra Tropicum Cancræ. Variæ sunt ejus appellationes. Auriga. Aurigator. Agitator currus. Custos Caprarum. Myrtilus. Retinens habenas. Erichtheus, seu Erichthonius. Habenifer. Habens hircum, Capellas, Hædes, Oleniam capram. Heniochus, quasi *ἡνίοχος*, habenas tenens. Scilicet videntur ibi stellæ figuram aliquam Aurigæ imitari: vel, quod verius est, res est ex fabulis repetenda. Fingunt enim hunc fuisse Erichthonium Vulcani ex Tellure natum, qui primus curru junxit equos. Fest. Avien. in Arat. & Plin. lib. 7. cap. 56. qui sic habet: *Bigas primum junxit Phrygum natio; quadrigas Erichthonius.* Virg. 3. Georg. v. 113.

Primus Erichthonium currus & quatuor ausus

Jungere equos, &c.

Alii fabulantur fuisse Myrtilum Regis Oënomai Aurigam, qui spe pretii corruptus à Pelope Herum Oënomatim unâ cum curru inter certamina cursus colliit. Qui suæ prodictionis præmium tu-

lit. Namque ab ipso Pelope postea præceps est actus in mare. Hygin. 2. Astron. Poët. Germanicus in Arat.

*— Sen Myrtons demersus in undas
 Myrtylos hunc porius species in sidera reddit. &c.*

365. Tum subeunt Hædi.] His 6. v. notat Hædorum & Capellæ situm. Hædi autem seu Capelli, duæ sunt stellæ in manu sinistrâ Aurigæ, juxta plantam dextri pedis Persei, infra Capellam. Quæ duæ stellæ quarti luminis, pluviale sunt sidus ortu & occasu. Germ. in Arat.

*Hanc Auriga humero totam gerit,
 ac manus Hædos*

Ostendit Nautis inimicum sidus in undis &c.

Virg. 9. Æneid. Quod Manilius his explicat verbis: *claudentes sidere Pontum nubibus.* Non quodd gelu constringant mare: sed quia nimbis illud involvunt.

366. Rege.] Jove, ut jam dicitur.

Capella.] Capra. Sidus est sex constans stellis: sed ejus una primæ magnitudinis dicitur illud totum sidus. Quæ una stella in sinistro est humero Aurigæ, inque medio crure dextro Capellæ. Duæ sunt minores in extremis Capræ cornibus: alia in mediâ fronte Capræ: alia in ejus pectore: alia ad extremam caudam. Tota autem Capra ascendit in humeros Aurigæ. Fabulantur autem hanc Capram fuisse Jovis nutricem, ut dicemus lib. 2. v. 30.

Cujus ab uberibus magnum ille ascendit Olympum;
 Lacte fero crescens ad fulmina, vimque tonandi.
 Hanc ergo æternis meritò sacrauit in astris
 370 Juppiter, & Cœli Cœlum mercede rependit.
 Pleiades Hyadésque, feri pars utraque Tauri,

INTERPRETATIO.

Cœli lactatum, à cuius mammis ille
 Rex Cœli euectus est ad altum Cœlum,
 ascendens à lacte ferino ad tractanda ful-
 mina, & ad potentiam tonandi. Igitur

Juppiter jure consecrauit illam inter sempi-
 terna sidera. & retulit illi Cœlum pro
 premio Cœli. Pleiades & Hyades, quæ
 sunt utraque pars Tauri ferocis. as-

ANNOTATIONES.

367. Olympum.] Cœlum, v. 178.

370. Cœli mercede.] Mallet: lactis
 mercede. Ut ipse ait Ovid Fast. 5.

Illam dari Cœlum premia lactis habet.

Quoniam nisi Juppiter lacte Capræ
 fuisset nutritus, nunquam in Cœlum
 ascendisset: sed à matre expositus, iussu
 Saturni sui patris periisset.

371. Pleiades.] Sidus est glomerabile,
 vel ante genua Tauri, ut quibusdam
 placuit; vel potius ad posteriora, hoc
 est, intra superiorem humerorum Tauri
 partem, & Arietis caudam. Quod
 signum vulgari linguâ vocant, la Poins-
 finiere. Constat autem septem aut sex
 stellis inter se conglobatis. Unde dici-
 tur Glomerabile sidus. Manii, lib. 5. v.
 521. Germ. in Arat.

Pleiades subeunt; brevis at locus oc-
 cupat omnes:

Nec faciles corni, nisi quod cœmentia
 plura

Sidera communem ostendunt ex omni-
 bus ignem.

Quoniam ex iis sex, quæ cernuntur,
 una est magnitudinis secundæ; reliquæ,
 quartæ & quintæ. Septima verò non
 apparet. Dicuntur autem Pleiades, vel
 ἀπὸ τοῦ πλεῖν, Navigare, quòd ortu suo
 primæ navigationis tempora indicent.
 Unde à Latinis Vergilia sunt dictæ, quasi
 quæ post ver aut verno tempore exo-
 nuntur. Plin. lib. 2. c. 47. Cic. in Arat.
 Servius in 1. Georg. vel Pleiades dici-
 tur à Pleione Nymphâ. Ovid. Fast. 5.

Hinc fata Pleione cum Cœlifero

Atlante

[paris.]
 Iungitur, ut fama est, Pleiadasque

Fabulantur quippe Poëtæ has septem
 stellas, septem fuisse Atlantis ex Pleione
 filias, quas in Cœlos relatas volunt,
 vel ob pietatem, vel ob castitatem. Ob
 pietatem, utpotè quæ patris calamita-
 tem perpetuo fletu sint persecutæ. Fest.
 Avien. in Arat. Ovid. Fast. 4. Ob ca-
 stitatem, utpotè quæ vim Orionis effu-
 gerint, qui eas duodecim annis fuerat
 insectatus, nec invenire potuerat. Harum
 autem nomina complexus est Fest.
 Avien. in Arat. hoc Distich.

Electra, Alcyone, Celano, Taygetéque,
 Et Sterope, Meropéque, simili forma-
 sâque Maia.

Licet autem septem fuerint Nymphæ,
 sex tamen in Cœlis cernuntur tantum
 stellæ. Alii enim volunt in Cœlis non
 lucere Meropen, quæ, cæteris sorori-
 bus cum Diis concubantibus, una mor-
 tali Sisypho nupsit. Alii verò non Me-
 ropen, sed Electram latere fabulantur;
 utpotè quæ vel Orionis, vel Solis vim
 metuens ita longè abierit, ut nusquam
 apparuerit. Quas fabulas longâ carmi-
 num serie intexuit Ovid. 4. Fast.
 Dum autem Aratus, & alii volunt
 Pleiades jacere antè genua seu pedes
 Tauri, falluntur sanè. Neque enim antè
 genua, sed in superiori humerorum
 parte Tauri sitæ sunt. Quas videre est
 in figurâ Tauri & Arietis suprâ v. 264.
 pag. 33. notatas litterâ P, infrâ cau-
 dam Arietis.

Hyades.] Alterum est sidus in Tauro,
 nimirum in fronte illius, constans stellis
 quinque; vel, ut aliis placet, septem;
 quarum duæ non apparent. Ex autem

In Boream scandunt. Hæc sunt Aquilonia signa.

Aspice nunc infra Solis surgentia cursus,

Quæ super exustas labuntur sidera terras;

375 Quæque intra gelidum Capricorni sidus, & Axe

Axym B.P.

INTERPRETATIO.

surgunt in Septentrionem. Hæc sunt signa | *riemia subter vias Solis voluntur supra*
Septentrionalia. Intuere jam signa quæ exo- | *terras torridas calore Solis: Et signa, qua*

ANNOTATIONES.

quinque stellæ sunt in ipsâ fronte Tauri, exhibentes figuram V; quarum, quæ in oculo sinistro, primæ est magnitudinis: altera in oculo dextro, tertiæ: duæ sequentes infra oculos, & quæ in ipso naso est, sunt quoque tertiæ magnitudinis. Dicuntur autem Hyades, *ante rē ūm: pluerē.* Ovid. Fast. 5.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis.

Navis quas Hyadas Græci ab imbre vocat.

Vel ab Hyante, quem mortuum defleverunt filiz Atlantis. Fabulantur enim filiz septem Atlantis ex Æthrâ, Ambrosia, Eudora, Pasitoe, Corone, Plexauris, Pitho, & Thyche, fratrem Hyanta à leone devoratum implacabili luctu flevisse, donec earum miseratione commotus Jupiter finem fletibus fecit, easque in totidem stellas commutavit. Ovid. Fast. 5. Alii volunt has ex Pherocyde Atheniensi natas Bacchum nutritisse, quas antea Dodonidas vocaverant. Hygin. 2. Astron. Poët. Dicuntur à Latinis *Sucula*, vel quia suis, seu porcellulæ figuram referunt: vel ex imperitiâ veterum, qui, ut aiunt, Cic. 2. nat. Deor. Plin. lib. 18. c. 18. c. 26. & A. Gell. lib. 13. c. 9. illas non ab ūm, *pluere*: sed ab ūes, *sues*, dixerunt.

372. *In Boream.*] In Septentrionem. Boreas enim ventus est à Septentrione flans.

Hæc sunt Aquilonia.] Septentrionalia, Aquilo quippe pariter ventus est ab Septentrione flans. Hæc enim igitur Poëta dixit de signis Aquiloniis, seu Septentrionalibus, quorum divisionem fecit, non ratione Equatoris, sed Zodiaci. Quæ quidem numero sunt tantum

viginti. 1. Helice. 2. Cynosura. 3. Draco. 4. Hercules. 5. Arctophylax. 6. Corona Borea. 7. Lyra. 8. Ophiuchus. 9. Serpens Ophiuchi. 10. Cynus. 11. Sagitta. 12. Aquila. 13. Delphinus. 14. Pegasus. 15. Andromeda. 16. Perseus. 17. Delta-ton. 18. Cepheus. 19. Cassiopea. 20. Heniochus. Sunt & alia duo signa Borealia, quorum non meminit Manilius, *Corona Berenices*, & *Equuleus*. Equuleus autem seu Equus minor aut Equi sectio jacet sub capite Pegasi; hoc est, caput Equulei lucet ante caput Pegasi: reliquum verò corporis ejus later sub Pegaso. Corona autem Berenices sita est ad caudam Leonis, supra Virginem, à tergo Bootæ, quam fabulantur filiam fuisse Ptolemæi Philadelphi, quæ vovit crines detonsuram, si pater victor ex Asiâ rediret. Catull. de Coron. Beren. 373. *Aspice nunc, &c.*] Hæc enim de signis Septentrionalibus: nunc de Austrinis.

Infra Solis cursus.] Extrà Zodiacum, versùs Austrum. Partem enim Mundi Meridionalem *deorsum depressant*: Septentrionalem verò *sublimem fecit* v. 237.

374. *Exustas.*] Quasi Meridionalis terrarum partes à Tropico Capricorni, ad Polum Antarcticum, Solis ardoribus magis sunt expositæ, quam quæ à Tropico Cancræ ad Polum Arcticum ascendunt. Id autem loquitur Poëta ex veteri, & vulgari errore. Aequali enim calore Solis temperantur hæc duæ Zonæ. 375. *Gelidum Capricorni.*] Sic lib. 2. v. 252.

Thæque tuo, Capricorne. galea contractus in astris.

Gelidum autem dixit ex vulgari usu: experitur enim quidem frigidum So-

LIBER PRIMUS.

Imo subnixum vertuntur sidera Mundum.

Cernere vicinum Geminis licet Oriona,

In magnam Cœli tendentem brachia partem,

Nec minùs extento surgentem ad sidera gressu.

380 Singula fulgentes humeros cui lumina signant;

Et tribus obliquis demissus ducitur entis.

At caput Orion excelso immerfus Olympo,

INTERPRETATIO.

circum aguntur intra frigidū signum Capricorni, & Cœlum innixum infimo Polo. Videre est Oriona proximum Geminis, expandentem brachia in latum spatium Cœli, & assurgentem ad astra cum

passu non minùs expanso. Cui singula stella notant singulos armos claros, & cui gladius pendens notatur tribus stellis ductis in transversum. Verùm Orion absconditus secundum caput in alto Cœlo,

ANNOTATIONES.

lem in signo Capricorni, non quòd frigidior in se sit Capricornus, quàm Cancer: sed quia Sol à nobis in Septentrio-
nalibus regionibus longius recessit.

Axe imo.] Australi, quo Mundus rectè inniti dicitur, cùm deprimatur infra. Scilicet habità nostræ sphaeræ ratione. At Codex Rom.

Imo subnixum vertuntur sidera Mundo.

Idem sensus: sed verba minis elegantia. Minùs enim benè dicitur Axis niti Mundo: rectè verò, Mundus Axis. Quid sit Axis Mundi diximus v. 279.

377. Cernere vicinum, &c.] His 9. v. describit Orionis situm in Cœlis. Istud autem sidus pedibus calcit Leporem ad Tropicum Capricorni: dextrâ tangit pedes Geminarum ad Tropicum Canceri, quâ clavam tenet: levâ Clypeum sustinet ad frontem Tauri: medius per pectus dividitur Equatore: ad ejus genu dextrum lucet canis Major: juxta Coharum Solstitionum assurgit: ex ejus pede sinistro exoritur Eridanus. Stellis exornatur 38. Quarum duz primi luminis lucent, altera in humero dextro, altera in sinistro pede ad Eridani initium. Secundi verò luminis sunt quatuor, quarum una lucet in humero sinistro; tres aliz in ejus cingulo, quas vulgus vocat, *les trois Roys*. Sunt & quatuor lamenis tertii, quæ gladium ejus exornant cum aliis ultimi, & quinti

luminis. Una harum quatuor lucet in manubrio gladii: duz, in capulo: quarta infra medium gladium, quasi in imâ vestium orâ, v. 381. Ejus auxem appellationes variz sunt: Arion, Hyriades, Audax, Furiosus, Sublimatus, Gigas, Bellator fortissimus, Jugula, Orion, &c. Dicitur Orion, vel à verbo *orpiu* turbo, excito, quia sidus hoc ortu suo occasusque mare turbat. Virg. 1. *Æn.* v. 559. Horat. *Od.* 10. *Epod.* Vel nomen habet à voce *orpiu*, urina, Fabulantur enim Oriona ex Jovis, Neptuni, Mercurique urinâ procreatum: primūque dictum *Urionem*: sed propter vocis turpitudinem postea, mutata litterâ, *Orionem*. Ovid. *Fast.* 5.

Hunc Hyrcus. quia sic genitus, vocat *Oriona*:
Perdidit antiquum læpera prima sonum, &c.

Is autem adultus feras insectabatur venatu: cūque jactitaret nullam esse feram, quam telo perfodere non valeret, ejus verbis indignata Terra Scorpionem genuit, cujus ictu perit ille. Ovid. *Fast.* 5. Alii aliud fabulantur apud Hyg. 2. *Astr.* Poët. Sidus autem est adeo magnum, ut ab uno Tropico ad alterum assurgat. Quippe qui proceritatis ingentis fuerit Orion in terris. Corpus enim ejus dicitur inventum in Cretâ, constans cubitis 46. Manil. lib. 5. v. 12. 382. *Immerfus*] Gemb. & Rom. Benè. Quia caput Orionis quasi immergitur

53

lumina do B. P.

papa B.

Ipsi venator Orion qui inter astra velatus est, non quasi species, quæ et hunc hanc mandor confinxit; sed ab Hebræo potius, quæ quasi dicas Cœli nomen habet; hic ut ait unus astronomus omnium lucidissimum, et hanc autem nomen habuisse ipse vocem dicitur ut quod in Arabica vocat, idem ut Padmus, Orionis stelle non multo superior, qui Phœnicis lingua in hæc iā intulit: Hæstius Orig. p. 3:

- Per tria subducto signatur lumina vultu;
 Non quod clara minus, sed quod magis illa recedant.
 385 Hoc duce per totum decurrunt sidera Mundum.
 Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
 Quâ nullum terris violentius advenit astrum,

INTERPRETATIO.

notatur per tres stellas in facie submissâ: non quod illæ stellæ sint minus lucida, sed quia longius illa distant. Sub hoc ductore signa

Australia procedunt per totum Cælum. Canicula raptata motu violento sequitur: quâ nullum sidus molestius contingit terris.

ANNOTATIONES.

alto Cœlo, nimirum sub Tropico Cancri. Scalig. Immensus.

Olympo.] Cœlo v. 178.

383. Per tria.] Tres sunt stellæ simul conglobatæ ad malam Orionis, quarum duæ sunt ultimi luminis: tertia, quarti.

Subducto vultu.] Gemb. Rom. id est, vel inclinato, & latente: vel, remoto. Caput enim ejus longè subductum latet in Cœlis. Scaliger: Subductos vultus.

384. Non quod clara minus.] Quam rationem reddit Poëta, ea non ex verâ, sed ex verisimili causâ ducitur. Revera enim tres illæ stellæ in vultu Orionis sunt minus claræ, v. 383. not. 1.

385. Hoc duce.] Sic lib. 9. v. 12. citato jam suprâ.

386. Subsequitur. Canicula, &c.] His 16. v. describit situm & affectiones Caniculæ. Canicula dicitur, Canis major: dexter: magnus: secundus: Australior. Lælaps, Sirius &c. Sirius quidem & Orion a verbo σείρειν, desiccare. Quippe hoc sidus exortu suo Solis ardores ingeminat, & messes coquit. Pers. Saty. 3.

Siccus insana Canicula messes
 Iam dudum coquit, &c.

Fest. Avien. in Arat.

Qui formidato sub nomine Sirius
 astrum

Urit, &c.

Vel à verbo σείρειν, desiccare. Ad quod etymon respiciens Manilius dedit infra, v. 397.

Color cussis que micantis

In radios.

Id autem sidus ira constituitur in Cœlis,

ut Leporem insequi videatur: caput erigit ad pedes Orionis: medius secatur Tropico Capricorni: caudâ tangit pro-ram navis Argo: Dorsum extendit ad viam Lacteam. Constat stellis 18. Quarum una & sola primi luminis lucet in ejus ore, quæ & Canicula & Sirius dicitur. Dicitur autem Canicula, vel quia in eâ Cœli parte stellæ figuram aliquam Canis imitantur: vel quia, ut ait Plin. lib. 2. c. 40. toto illo tempore, quo sidus hoc terris exoritur, canes maxime in rabiem aguntur: vel quia tunc solis ardor ita rabit, ut infano calore cuncta exurantur. Fabulantur autem hunc Canem in Cœlis collocatum à Jove, tum propter pietatem, cum propter fidelitatem. Icarus enim usum vini à Libero edoctus, eundem edocuit suos in patriam reversus. Interim pastores ebrii facti Icarum interfecerunt. Erat Icaro Canis, nomine Necora, quæ pia mortuum herum ululando deslebat. Cujus latratibus admonita Erigone Icarum filia patrem sepelivit. Canis illa dolore contabuit. Cujus ob facti pietatem est à Jove inter astra relata. Ovid. Fast. 5. Vel ob fidele ministerium. Fingunt enim hunc canem fuisse, qui Europæ custos cum Dracone datus est, Hygin. Germ. in Arat. & alijs.

387. Violentius.] Plin. lib. 2. c. 40. de Caniculæ effectis: Nam Canicula exortu accendi Solis calores quis ignorat? fervens maria, fluctuant in cellis vineæ: moventur stagna: canes in rabiem aguntur, &c. Et Virg. 16. Æn. v. 274. Homer. Iliad. 22. Fest. Avien. in Arat.

Ζανόκρην κατὰ μικρὰν
 φανείας οἰεῖται κείσθαι τὸν
 ἀστέρην, οἱ δὲ ἄλλοι Στοιχοί
 πρὸ τῶν ἀγέρων ἀγέρων ἐν
 ἑφῆρ καὶ βῆθαι: Πόλεως
 ἔσ: Πόλεως δὲ Στὴλ: γὰρ

Nec gravius cedit. Non horrens frigore surgit;
 Nec vacuum Solis fulgentem deserit orbem.
 390 Sic in utrumque movet Mundum, & contraria reddit,
 Hanc qui surgentem, primo cùm redditur ortu,
 Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,

INTERPRETATIO.

nec ullam acrius occidit: non exoritur rigens frigore: nec carens frigore relinquit globum lucidum Solis. Ita afficit Mundum in contrariam partem. & facit effectus contrarios. Qui ex alto cacumine montis Tauri observant illam exorientem, quando restituitur in primo suo exortu, prædicunt diversos

ANNOTATIONES.

388. Nec gravius cedit.] Id est, nec acrius occidit terris. Neque enim exortu solo lethifera est Canicula: sed & occasu suo. In exortu lædit quidem calore: in occasu, frigore. Unde Poëta addidit v. 390.

Sic in utrumque movet Mundum & contrariis reddit.

Quodd autem in exortu suo lædat, calorem Solis adaugens, jam constat ex dictis notâ superiori: De ejus occasu, Sic Plin. lib. 17. Et Columell. lib. 11. Occidentem Caniculam pruina gelida a frigidis metuentia excipimus. Manil. hoc versu, & sequenti:

Nec vacuum [frigore,] Solis fulgentem deserit orbem.

Et v. 399.

Nisi quod procul harena, [velut]

Frigida Carn. eo coniorque lumina
 Malè alij legunt cadit. Alii: lædit. Tò enim cadit, id est occidit, opponitur verbo advenit, id est, exoritur.

Non horrens frigore surgit.] Imò infano calore ardens exoritur. Gemb. Nec horrida frigore surgit. Sup. Caniculi.

389. Nec vacuum.] Sup. Frigore. Hoc est, non occidit Canicula vacua frigore, imò horrens frigore occidit terris. Tò enim vacuum non refertur ad Solis orbem: sed ad astrum, quod est in fine versùs 387. Sicut vox horrens quoque refertur.

Deserit, &c.] Canicula, dum oritur, conjungitur Soli; dum verò occidit, deserit Solem; hoc est recedit ab eo. Oritur autem Canicula sub finem Julii mensis; hoc est, tunc unâ cum Sole terris advenit. Quo tempore calores & æstus

Solis maximè ingeminantur. Occidit verò mente Januario sub finem, hoc est, tota procul recedit à Sole, nec cum eo ascendit suprâ Horizontem. Quo tempore frigus acerrimè pungit. Non quodd ipsa sit frigoris aut caloris majoris causa, ut rectè docet Arist. Problem. sect. 16, q. 12. & 13. Sed quoniam juxta calidissimum tempus exoritur; occidit verò juxta frigidissimum. Unde fit ut homines ejus exortu significaverint maximos æstus Solis: occasu verò, maximum frigus. Neque enim astra vim habent ad mutationem aëris, caloris, frigoris, ventorum, &c. Sed signi gratiâ assumpta sunt ad significandas ejusmodi mutationes.

390. In utrumque. Supl. Calorem & frigus, id est, in contrariam partem, vel contrarias res, & affectiones. Namque exortu suo Canicula bella facit: occasu, pacem refert, ut ait Manilius.

391. Tauri.] Taurus mons est totius Asiæ maximus, qui dicitur Taurus à vocabulo Hebræo, quod montem significat, quasi mons per antonomasiam. Cum autem longissimè producat, variarum est gentium terminus, à quibus varia sortitur nomina. Consule Plinium lib. 5. c. 25. Ex hujus autem cacumine solebant veteres astra speculari: quamquam & ex aliis montibus. Verùm hunc præ cæteris notat Poëta, vel quia altissimus: vel in honorem Arati, qui cùm Cilix esset, ad Tauri montis radices habitabat, inque verticem illius ascendebat, ut specularetur astra, de quibus præclare versibus Græcis scripsit.

vid. Ptolemyi Geograph. lib. 1
 Sect. 211:

- Eventus frugum varios, & tempora dicunt :
 Quæque valetudo veniat : concordia quanta.
 395 Bella facit pacemque refert, variæque revertens,
 Sic movet, ut vidit, Mundum, vultuque gubernat.
 Magna fides hoc posse, color cursûsque micantis
 In radios. Vix Sole minor, nisi quod procul hærens
 Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.
 400 Cætera vincuntur specie ; nec clarius astrum
 Tingitur Oceano, cælumve revisit ab undis.
 Tum Procyon, veloxque Lepus. Tum nobilis Argo,

INTERPRETATIO.

proventus fructuum. & tempora diversa : & qui morbus imminet, & quanta pax sit futura. Excitat Bella & reddit Pacem, & rediens diversè afficit Cælum eo modo, quo aspexit antea, & regit illud eodem aspectu. Color & motus illius scintillant in radios lucis, sunt magnum testimonium illam posse istud. Vix est minor Sole, nisi quod sita longius à Sole vibrat lucem gelidam ex facie glaucâ. Cætera sidera superantur ab ea in splendore : neque ullum sidus splendidius immergitur mari, vel aquis emergens redit ad Cælum. Postea subsequuntur Procyon & celer Lepus : deinde insignis Argo navis, quæ fuit tran-

ANNOTATIONES.

396. Sic movet, ut vidit, Mundum] Quanquam Petrus Gassendi docet jam nunc uno ferè mense tardiùs oriri Caniculam, ac pariter uno ferè mense, citiùs occidere, quàm Aristotelis, aut Epicuri temporibus oriebatur, ac pariter occidebat. Neque tamen æstus maximi Solis in mensem tardiores differuntur : aut frigora uno mense citiùs incipiunt.
398. Vix Sole minor, &c.] Ita Gemb. interpungit. At Scaliger : In radios vix Sole minor : sine puncto antè vix. Malè. Canicula enim dicitur vix Sole minor, hoc est, non cedere Soli, calore ac lumine. Namque maxima videtur omnium stellarum, & dum exoritur cum Sole, calores & æstus ingeminantur. Cedit autem omninò Soli, & calore, & luce, dum occidit. Tunc enim præcùl hærens à Sole, frigus augeat, ac lucem quasi frigore rigentem mittit.
399. Lumina vultu. Eleganter. Notat enim Poëta eam stellam, quæ maxima lucet in ore Caniculæ.
400. Specie.] Apparentiâ, conspectu, luce : vel, figurâ & magnitudine.
401. Tingitur Oceano.] Immergitur mari. Ex errore veterum, qui stellas, dum occidunt, in mare mergi credebant : dum verò exoriuntur, ex aquis emergere.
402. Tum Procyon, &c.] His s. v. notat situm Antecanis, Leporis, Navis Argo, & Hydræ.
- Procyon.] Græca vox ab *απο*, ante, & *κυων*, canis. Latine Antecanis, qui alio nomine dicitur Præcanis, Canis primus, Canis minor, Canis sinister, Canis Septentrionalis, Merus, Fovea, Canis Orionis, & Canicula quondam. Duplex enim in Cœlis est Canis : major & minor. De majori diximus jam suprâ v.
386. Nunc autem agitur de Minori, qui stat sub pedibus Geminorum, caudam vertit ad caput Hydræ, pedibus innititur Æquatori, quasi latrans sequitur à tergo Orionem. Duabus tantum præcipuis constat stellis, quarum altera primæ luminis, in scapulâ seu ad alvum, altera, quarti luminis, in collo lucet. Fabulantur autem hunc unum è Canibus Orionis fuisse, quem ita carum ille habuit, ut cœlesti sede carere, quàm Canis sui consuetudine privari maluerit. Hunc igitur à Diis obtinuit

In

In Cælum subducta, mari quòd prima cucurrit,
Emeritum magnis Mundum tenet acta procellis;
405 Servando Dea facta Deos, Cui proximus Anguis
Squammea dispositis imitatur lumina flammis.

periculis ven et humb. g.

INTERPRETATIO.

portata in Cælum, quia prior vagata est per mare, & quia prior fuit agitata magnis tempestatibus, possidet Cælum, quod emerita est; conservanda Divos ipsa facta est Dea. Huic vicina Hydra exhibet lucem squammosam ex stellis ad hoc ordinatis.

ANNOTATIONES.

inter sidera collocari, Alii non Orionis, sed Helenæ caniculam delicatam volunt, quam secum è Græciâ Troiam abducebat: sed accidit, ut casu ceciderit in mare juxta Eubœam Insulam, ubi submersa fuerit. Cujus interitum cum doleret Helena, impetravit à Jove, ut inter sidera collocaretur. Hygin. 2. Astron. Poët. Dicitur autem Antecanis seu Porcyon, quia exoritur antè Canem alterum, qui major est.

Lepus.] Sidus est sub pedibus Orionis, pedibus inniitur Tropico Capricorni, quasi fugiens Canem majorem versùs Eridanum currit. Stellis constat 12. quarum quatuor, luminis tertii, duæ nempe in crure posteriori: una in anteriori; & una in scapulâ. Cæteræ sunt luminis quarti, aut quinti, quæ omnes figuram Leporis aliquam imitantur. Fabulantur autem Leporem inter astra locari in memoriam Orionis, qui venator fuit insignis. Alii à Mercurio Cœlis consecratum volunt, ob ejus velocitatem. Alii aliud fabulantur. Hygin. 2. Astron. Poët.

Argo.] Vel Argos, Argo navis, Navis Jasonis, Currus volans, &c. Sidus est ingens figuram navis referens, cujus puppis tangit Tropicum Capricorni à tergo Caniculæ majoris: prora, posteriorem Centauri Austrini partem: malus extremus, Hydram juxta cordis ejus stellam: carina, circulum Antarcticum. Stellis exornatur 48. quarum præcipuæ sunt tantum 18. Inter quas una est primæ magnitudinis in remo Australi, quam *Canopus* vocant, & de qua nos supra v. 216. Fabulantur autem hanc navim esse, qua Jason cum Argonautis, id est, 4 Heroibus Theſſalis

in Colchidem navigavit ad vellus aureum rapiendum; adduntque hanc primam mari commissam, in cujus rei memoriam fuerit inter astra collocata. Quanquam non prima quidem navis, sed prima tantum longa navis. Namque teste Diod. lib. 5. c. 3. Jason primum juxta Pelium navem adificavit magnitudine atque apparatu longè majori, quam qua ad eam diem fieri consueverant. Erat enim antea navicularum usus. Alii volunt hanc non Jasonis & Argonautarum fuisse navim: sed Danaï, quæ is ex Africâ transfretavit Argos, fugiens Egypti fratris sui furorem.

404. *Mundum.*] Cælum v. 3.

405. *Dea.*] Cœlis sacrata. Cœlesti honore donata. Inter astra relata.

Deos.] Argonautas. Heroas, lib. 5. v. 13.

Et ratis Heronum, quæ nunc quoque navigat astris; &c.

Cui proximus anguis.] Hydra, quæ aliis nominibus dicitur Anguis, Coluber, Hydrus aquaticus, Furiosus, Fortis, Asina, &c. Sidus est, quod trium signorum, Cancri, Leonis & Virginis, longitudinem occupat. Caput ejus porrigitur sub Cancro ad caudam Canis minoris supra Æquatorem; juxta cor secatur ab Æquatore, & quasi infigitur malo Argo navis: caudâ caput Centauri Australis tangit: quâ parte delabitur ad Tropicum Capricorni, sustinet Craterem & Corvum, qui quasi vellicat ejus caudam. Cujus situm præclare scripsit Fest. Avien in Arat. Fabulantur hanc Hydram fuisse, quam Lerneam paludem in agro Argivo infestantem Hercules ferro & face interfecit. Ovid. Metam. 9.

406. *Flammis.*] Stellis v. 132.

M. MANIL.

H

. Et Phœbo sacer Ales. Et unâ gratus Jaccho
Crater. Et duplici Centaurus imagine fulget,
Pars hominis, tergo pectus commissus equino.

INTERPRETATIO.

Huic vicina sunt & *Avis consecrata* stans ex geminâ formâ propè illam *lu-*
Apollini ; & simul illud *Vas* , quod *cet* , pars ejus est pars hominis , & *conjun-*
est gratum Baccho ; & *Centaurus con-* clus est à vntre cum posterioribus equi.

ANNOTATIONES.

407. Et Phœbo, &c.] Apollini, v. 19.
His autem 3. v. describit situm Corvi,
Crateris, & Centauri Australis.

Ales.] Corvus, qui Apollini sacer est,
quia in ejus tutelâ fuit. Unde futura
prædicere creditur. Inde autem fabu-
lantur Corvum in Cœlum translatum,
quia missus olim ab Apolline sacra fac-
turo quæsitum aquam è fonte puram,
immemor mandati sedit in arbore, fi-
cus videns, dum maturescerent. Quibus
expletus rediit, moræ causam referens
Hydræ, quam unguibus tenens, quasi
ab eâ retardatum se innuebat, ne aquam
hauriret. In cujus mendacii memoriam
decrevit Apollo, ut Corvi, quandiu fi-
cus coquerentur in arboribus, bibere
non possent; hincque inter astra retul-
lit: sub ejus pedibus apposuit Hydræ
cujus caudam Corvus rostro vellicaret.
Ovid. Fast. 2. Fest. Avien. in Arat.
Alii volunt ab Apolline Corvum inter
astra relatum, quia cum vidisset Cor-
vus Ischyn quemdam juvenem in am-
plexu Corodinis, quam deperibat Apo-
llo, rem Apollini detulit. Sidus igitur
Corvi stat suprâ caudam Hydræ; me-
dium secatur coluro Æquinoctiorum,
Craterem inter & Virginem; stellis con-
stat 7. quarum una in rostro, altera in
pede, tertia in alæ exortu, quarta in
alâ dextrâ, tertiæ sunt magnitudinis.
Quæ verò in oculo, quartæ tantum.

Jaccho.] Baccho, qui dictus est *fac-*
chus à verbo Græco *ἱάχεσθαι*, vociferari.
Bacchæ enim, Bacchi celebrantes Or-
gia, solebant clamitare identidem re-
petentes *Εὐοὴ Βακχε*.

408. Crater.] Urna, Patera, Calix,
Poculum. Vas illud fingitur, in quo
Corvus Apollini sacra facturo regulit
aquam. Jacet inter astra in medio dorso

Hydræ, inter Æquatorem & Tropi-
cum Capricorni, sub posterioribus Leo-
nis pedibus, juxta Virginis humeros.
Constat stellis 7. quæ omnes quarti
sunt luminis.

Centaurus.] Græca vox, ἀπὸ τῆς καρ-
τῆς ταύρος, simulis agitare tauros.
Centauri enim populi fuerunt Thessa-
liæ, qui primitus tauris vehebantur,
unde *Centauri* dicti. Postea equis vecti
Hippocentauri sunt appellati. Igitur hi
cum ad flumen Peneum accessissent,
demissis equorum capitibus ad aquan-
dum, visi sunt ab insidentibus adver-
sæ ripæ, posteriorem equi habere partem,
anteriori hominis. Unde duplici sin-
guntur constare naturâ, hominis &
equi. Duplex autem in Cœlis est Cen-
taurus; alter, qui Sagittarius, inter
Zodiaci signa: alter, qui Centaurus
Austrinus, inter Australia sidera recen-
setur. De illo diximus v. 270. Hunc au-
tem fabulantur Saturni ex Philyrâ na-
tum, cognomine Chironem, artis Me-
dicæ inventorem, qui Medicinam Æs-
culapium edocuerit. Hygin. 2. Astron.
Poët. Alii *Centaurum* dictum volunt à
Centaurio, seu Centauræ herbâ, quam
in usum Medicinæ invenerat. Alii è
contrâ, Centauræam à Centauro illo
dictam arbitrantur. Dicitur & Semifer,
Minotaurus, Philyrides, Chiron, &c.
Hujus inter astra situs hic est; capite
tangit extremam Hydræ caudam; vul-
tum obvertit ad Chelas Scorpionis;
quasi ad Ortum spectans; posteriora
ejus secantur coluro Æquinoctiorum,
tenduntque ad Argo navim; pedibus in-
cumbit circulo Antartico; crura dividit
Læteus circulus à reliquo corpore;
hastam manibus tenet, quâ Lupum in-
versum transfodiat,

Spanhamius de Numis
p. 241.

- 410 Ipsius hinc Mundi Templum est, victrixque solutis
 Ara nitet sacris, vastos cum terra Gigantes,
 In Cælum furibunda tulit. Tunc Dii quoque magnos,
 Quasi vivere Deos. Dubitavit Juppiter ipse,
 Quod poterat, non posse timens, cum surgere terram,
 415 Cerneret, & verti Naturam crederet omnem:
 Montibus atque aliis aggestos crescere montes:
 Et tam vicinos fugientia sidera colles,
 Arma importantes, & ruptâ matre creatos.
 Discordes vultu, permixtâque corpora, partus,
 420 Hostiferum necdum sibi quemquam Numina nôrant,
 Si qua forent majora suis. Tunc Juppiter Aræ
 Sidera constituit, quæ nunc quoque maxima fulgent.

humide B. P.

et B.

INTERPRETATIO.

Inde sequitur Templum Cœli & Ara victrix ex sacris peractis lucet, quando Tellus furens impulit adversus Cælum immanes Gigantes. Tunc enim Dii invocare quoque magnos Deos: Juppiter ipse incertus fuit quid ageret, veritus non posse quod poterat, cum videret terram Ascendere ad Cælum, & putaret totum Universum inverti: & montes accumulatos

augescere ex aliis montibus: & astra metuentia montes ita sibi proximos, & inferentes ipsius bella, cum facti essent ex terrâ matre fractâ. Et fatus dissimiles facie, & corpora mixta ex diversis formis: Neque hactenus Dii senserant quemquam hostem sibi, utrum quadam Numina essent potentiora, quam sua. Tunc Juppiter posuit stellas Aræ, quæ modò etiam maxima lucens.

ANNOTATIONES.

410. Ipsius hinc Mundi Templum est &c.] His 12. v. notat Aræ situm, quæ jacet in Cœlis media inter Lupum, & Scorpionis caudam, stellis septem lucet. Alii nominibus dicitur Templum Cœli, Sacrarium, Altare, Focus, Ignitabulum, Capellæ Pharus, Thuribulum, vulgò l'Encensoir. Hanc autem Aram idèò Juppiter & omnis Deorum cœtus Cœlis consecrârunt, quia in eâ fœdus arctissimum percusserant, quo tempore sibi metuebant à Gigantibus bellum inferentibus. Manil. lib. 5. v. 354.

Ara ferens Thuris, stellis imitantibus ignem.

In quâ devoti quondam cecidere Gigantes.

Nec prius armavit violento fulmine dextram

Juppiter, antè Deos quàm constitit ipse sacerdos, &c.

Eamque in victoriæ monumentum inter astra posuerunt.

411. Gigantes.] Horum duo adversus Jovem superbosque Deos bella memorat Hesiodus in Theog. In priori quidem venerant tantum in auxilium Titanibus, qui Diis bellum intulerant. In secundo, quod à Typhoeo Gigante repetitum fuit, ea omnia, quæ de Gigantomachia feruntur, gesta sunt. Ovid. Fast. 5. Claudian. in Gigant. Lucan. lib. 9. &c.

418. Ruptâ matre creatos.] Montes enim, quos ad Cælum attollebant Gigantes, è terrâ avellebant.

419. Permixtâque corpora.] Pars enim posterior illorum definebat in serpentes: superior, hominis fuit. Ovid. Fast. 5.

Terra feros partus, immania monstræ Gigantes.

Edidit, ausuros in Jovis ire domum.

Mille manus illis dedit, & pro cruribus angues.

Et Claudian. in Gigant.

H ij

420: Ara: ut sunt. Nec dum Hostiferum: sed hinc scilicet. Nec dum postiferum h.

Quam propter Cetus convolvens squammea terga
 Orbibus infurgit tortis, & fluctuat alvo,
 425 Intentans morsum, similis jam jamque tenenti,
 Qualis ad expositæ fatum Cepheidos undis
 Expulit adveniēns ultrà sua littora Pontum.
 Tunc Notius piscis, venti de nomine dictus,

INTERPRETATIO.

Propè quam Aram Cetus versans dorsa
 squamosa attollit secum spiris sinuosis,
 & innatat undis ex ventre, minisans mor-
 sum, similis feræ jam jam mordenti: talis
 videtur, qualis erat olim cùm accurrens
 ad necem Cepheidos exposita fluctibus maris,
 propulsavit mare extrà ripas suas. Postea,
 piscis Notius, sic vocatus de nomine venti


ANNOTATIONES.

423. Quam propter Cetus, &c.] His
 s. v. describit Ceti situm, cujus caput
 medium Equatore dividitur, pedes an-
 teriores Tropico Capricorni innitun-
 tur & venter; caput autem ore hiantē
 vergit ad Ortum; superiori capitis parte
 tangit Arietem; caudam, quæ in piscis
 caudam definit, porrigit ad effusiones
 Aquarii; anteriori alvi parte innatat
 Eridano. Malè autem Manilius repo-
 suit illum juxtà Aram. Torus enim
 piscis Notius interjacet, parsque infe-
 rior Capricorni.

426. Fatum Cepheidos.] Mortem An-
 dromedæ filiz Cephei. v. 356.

428. Tunc Notius piscis, &c.] His s.
 v. notat piscis Notii situm. Is autem

piscis in Australi est parte Cœli, infra
 Tropicum Capricorni, sub Aquarii pedi-
 bus; aquas excipiens ore, quas ex urnâ
 effundit Aquarius: qui Notius dicitur,
 id est, Australis, à vocè Græcâ νῆν, Quippe
 qui versùs meridiem est. Dicitur
 & Piscis magnus, Piscis solitarius,
 Tertius enim est à duobus Piscibus,
 qui signum Zodiaci constituunt. Hygin.
 2. Astron. Poët. Unde, cùm alter è
 duobus Zodiaci Piscibus, qui scilicet
 os vertit ad os amphoræ Aquarii, di-
 catur etiam Australis & Notius piscis,
 ad alterius discrimen, qui os vertit ad
 Andromedam versùs Septentrionem,
 iste tertius dicitur Notius major. Res
 patet in hac figurâ.



V. Fig.

Exurgit de parte Noti; cui cuncta feruntur

430 Flexa per ingentes stellarum flumina gyros.

Alterius capiti conjungit Aquarius undas

Amnis, & in medium coeunt, & sidera miscent.

His, inter Solisque vias, Arctosque latentes,

INTERPRETATIO.

Noti, exoritur ex parte Austri; ad quem omnes effusiones aquarum inflexa per magnas spiras stellarum devolvuntur, Aquarius connectit aquas fluvii cum

capite alterius Piscis, & aquae conflunt in medium, & conjungunt stellas simul. Inter & semitas Solis, & Ur̄as occultatas infra terram ad meridiem,

ANNOTATIONES.

429. Cui cuncta.] Gemb. Benè. Excipit enim omnes aquas. Scaliger: Cui juncta. Minus eleganter. Neque enim solum tangit aquas Aquarii: sed & ore quasi haurit omnes.

430. Flumina.] Effusiones aquarum Aquarii. v. 432.

431. Alterius capiti.] Gemb. & Rom. Benè. Etenim per vocem alterius intelligit Poëta alterum minorem Piscem Australem, ut notavi v. 428. cujus capiti Aquarius admovet amphoram. Scaliger: Alterius capitis. Sed sine sensu, & ratione, ut patet. Quid enim est; *ungere undas alterius capitis*?

432. Amnis.] Effusionis aquarum v. 430. quæ instar fluvii sunt.

In medium coeunt, &c.] Supl. unda, seu effusiones aquarum, quæ decurrunt inter utrumque Piscem Australem, majorem, & minorem.

433. His inter Solisque vias.] His 4. v. monnet Poëta se hæc dicens dixisse de sideribus Australibus, quæ à Zodiaco ad Circulum Antarcticum continentur. Sunt autem ex Manilio tantum duodecim. 1. Orion. 2. Canicula. 3. Canis minor. 4. Lepus. 5. Argo navis. 6. Hydra. 7. Corvus. 8. Crater. 9. Centaurus. 10. Ara. 11. Cetus. 12. Piscis Notius. Sunt & alia tria, quorum mentionem non facit, Eridanus, Lupus, & Corona Australis.

Corona Australis lucet sub pedibus anterioribus Sagittarii, seu potius ad ejus pectus appensa, juxta caudam Scorpionis, & Aram. Lupus, qui Fera, Bestia, & Hostia dicitur, resupinus in Coelis quasi confoditur & immolatur à Centauro. Extenditur juxta Aram, protendit caput ad Scorpionem. Eri-

danus, qui & Nilus, Fluvius, Flumen, Oceanus, Padus dicitur, sidus est in Coelis longum stellarum tractum exhibens. Oritur autem ex imis pedibus Orionis, decurrit ad Cetum, inde reflectit aquas ad Leporem; à Lepore verò descendit ad Circulum Antarcticum, finiturque inter Phœnicem, & Hydram minorem, qui ad polum Antarcticum convolvitur.

Solis vias.] Zodiacum, vel Eclipticam v. 666.

Arctosque latentes.] Ur̄as Australes. Namque ex conjecturâ veteres crediderunt duas pariter inesse Ur̄as ad polum Antarcticum. Sed id ex errore putarunt. Namque, qui ex Lusitaniâ, aliisve Septentrionalibus partibus in Indias navigant ducentis abhinc annis, referunt nullas inesse stellas circa polum Antarcticum proximiores, quàm stellam, quæ primi luminis lucet in pede Centauri juxta circulum Antarcticum, quæque distat à polo Antartico grad. 28. aut circiter. Clavius in 1. cap. Sphær. Sacro-bosc. Ad hanc autem stellam pedis Centauri, nautæ cursus suos dirigunt. Unde minds certa est navigatio in illis Australibus partibus, quàm in Septentrionalibus. Quamquam recentiores Astronomi hæc 12. sidera observarunt intra polum Antarcticum, & circulum polarem Antarcticum, initio ducto à stellâ illâ pedis sinistri Centauri: quæ sunt 1. Triangulum. 2. Apus, quæ Avis est Indica. 3. Pavo. 4. Indus, sagittis armatus. 5. Grus. 6. Toncanus, qui anser est Americanus. 7. Phœnix. 8. Hydruſ. Dorado, qui piscis est. 9. Piscis volans. 10. Chamæleon. 11. Cruzero, seu crux. 12. Apes, seu Musca.

H iij

Utkin B.

Hor B. P

Axem ~~quæ~~ Mundi stridentem pondere torquent,
 435 Orbe peregrino Cælum depingitur astris,
 Quæ Notia antiqui dixerunt sidera Vates.
 Altera pars Orbis sub aquis jacet invia nobis,
 Ignoræque hominum gentes, nec transita regna,
 Commune ex uno lumen ducentia Sole,
 440 Diversas umbras, lævæque cadentia Signa,
 Et dextros ortus Cælo spectantia verso.
 Nec minor est illis Mundus, nec lumine pejor,
 Nec numerosa minus nascuntur sidera in Orbe.
 Cætera non cedunt; uno vincuntur in astro
 445 Augusto, sidus nostro quod contigit Orbi,

INTERPRETATIO.

qua volunt Axem crepitantem præ gravitate Mundi, in illo globo terrarum remoto Cælum ornatur his sideribus, qua veteres Poëta vocaverunt Signa Meridionalia. Altera pars globi terrarum inaccessa nobis deprimatur sub undis; & nationes illæ hominum nobis incognita, & regiones, ad quas non itum est, deprimuntur sub undis, qua tamen habent ab eodem Sole lucem communem cum nostrâ, & umbras diffusi-
 les nostris, & sidera occidentia ex parte sinistrâ, & aspicientia ortus dextros. Cælo scilicet inverso. Neque Cælum est minus patens, nec deterius in luce, nec pauciores stella exoriantur supra globum illum terrarum. Cuncta sidera non cedunt nostris: nisi quod superantur in uno sidere nostro Augusto Cæsare, quod astrum feliciter a.venit nostro Orbi terrarum, qui modò in Terris magnus est Cæsar, postea maximus Deus eris in Cælis.

ANNOTATIONES.

436. Notia.] Austrina, Meridionalia v. 428. not.

437. Altera pars, &c.] His 10. v. Comparationem aliquam instituit Hemisphærii Meridionalis cum nostro Septentrionali, hoc est, quod inter Zodiacum & circulos Polares utrinque intercipitur.

Invia nobis.] Nemo quippe ad usque Maniliana tempora legitur navigasse ad illas terras, quæ polo Antartico subjiciuntur. Primi antè annos 200. illuc navigasse feruntur Lusitani & Hispani.

440. Diversas umbras.] Supl. a nostris. Meridionales enim Populi sunt nobis Antiscii, id est, contrariam nobis jaciunt umbram. Nos enim ad dextram jacimus umbram, quia Sol nobis oritur ad sinistram: illi verò jaciunt ad sinistram, quia Sol illis oritur ad dextram. Veteres quippe Astronomi dexteras & sinistras partes Cæli distinxerunt, habitâ sitûs corporis seu vultûs nostri ra-

tione ad Meridiem. Nos igitur, qui citrà Zodiacum habitamus, dum Solem conspicimus, vultum convertimus ad Austrum, seu ad Meridionalem Cæli partem: Atque adeò Solis ortum ad sinistram, occasum verò ad dextram habemus. Populi autem Meridionales, qui sunt extrâ Zodiacum, dum Solem intuentur, convertunt faciem ad Boream, atque adeò Solis ortum habent ad dextram, occasum verò ad sinistram, iisque pariter sidera occidunt ad sinistram, oriunturque ad dextram, Cælo scilicet inverso.

442. Mundus. Cælum v. 3.

Nec lumine pejor.] Loquitur Poëta ex conjecturâ, quasi pares sint stellæ, & Signa paria, a Zodiaco ad utrumque circulum Polarem. Quod falsum est.

445. Augusto. Octavio Augusto Cæsare, cui Poëta admodum blanditur. Vocat illum alterum sidus, cui par nullum sit aliud in aliis terræ regionibus Au-

Cæsar nunc terris, post Cælo maximus Auctor.

Ultima, quæ Mundo semper volvuntur in imo;
Quæis innexa manent Cæli fulgentia Templa,
Nusquam in conspectum redeuntia cardine verso,
450 Sublimis speciem Mundi, similisque figuras,
Astrorum referunt; & versas frontibus Arctos
Uno distingui medias claudique Dracone

conscripta B. P.
mm B. P.

INTERPRETATIO.

Ille infima partes Cæli, quæ torquentur perpetuo in infimo Cælo, cum quibus splendentia loca Cæli sunt conjuncta, & quæ nullo tempore revertuntur in aspectum nostrum, Polo inverso, habent similitu-

dinem Cæli nostri superioris & formas siderum pares nostris: & conicimus ab exemplo ibi duas Urſas, inversas ex vultibus separari medias & circumcingi à Dracone, eò quòd facultas oculorum exhibet no-

ANNOTATIONES.

stralibus. Sic lib. 4. v. 769. de eodem Augusto.

Quod potius regat Italiam, si seligis astrum,

Quam quod cuncta regit. &c.

446. *Cæsar.*] Quasi summus Imperator, à Julio enim Cæsare primo Imperatore Romano, maximo, & potentissimo, cæteri Imperatores dicti sunt Cæsares.

Auctor.] Quasi summè potens, qualis est Deus in Cælis, qui rerum omnium est Auctor.

447. *Ultima qua Mundo &c.*] His 11. v. alteram instituit comparationem alterius Meridionalis partis, quæ intrà Polum Antàrcticum, & circulum Antàrcticum intercipitur, eum nostrà Septentrionali, quæ intrà Polum Arcticum & circulum Arcticum continetur, quasi par utrobique sit ratio, tùm stellarum, cùm Signorum. Quod pariter falsum est. v. 372. v. 373.

448. *Cæli fulgentia Templa.*] Arcus illos Cæli, qui Zodiacum inter, & circulum Polarem Antàrcticum intercipiuntur, quique stellis maximè sunt clari. His enim arcibus, seu his Cæli partibus conjungitur pars ima Cæli, quæ à circulo Antàrctico, ad Polum Antàrcticum extenditur. Itaque per *Templum Cæli* Poëta intelligit arcum aliquem Cæli. Sic lib. 2. v. 666.

Sic quacumque manent quadrato condita Templo.

Et v. 354. & lib. 5. v. 725. Vel per antonomasiam vocat hanc Cæli partem Meridionalem, *Templa Cæli*, in quâ sit Ara seu Templum, ut dictum, est v. 410.

Ipsius hinc Cæli Templum est, vixitque solutis

Ara niset sacris.

Scaliger *Signa* legendum putat. Sed sine causâ.

449. *Nusquam in conspectum, &c.*] Supl. *nostrum*, latet quippè & ima deprimitur sub terris ea Cælis pars Polaris Antàrctica, nec usquam in nostrum Hemisphærium assurgit.

450. *Sublimis &c.*] Septentrionalis, quem sublimem vocant, quia nostris incumbit capitibus, habitâ ratione Meridionalis Mundi, qui deprimitur nobis, ut dixi, v. 237.

451. *Arctos.*] Urſas, quæ eo modo convertantur, quo nostræ Septentrionales, major & minor v. 303. Falsa est opinio. Quamquam Scaliger docet ex Americo Vesputio, quatuor esse stellas circâ Polum Antàrcticum in quadrum æquilatus dispositas, quæ formam crucis imitantes, vicem Plauſtri Septentrionalis teneant. Clavius autem in cap. 1. Sph. Sacro-bosc. id fabulosum esse ait.

452. *Dracone.*] Qui duas Urſas Austri- nas complectatur, sicut Draco Septentrionalis duas nostras Urſas complectitur.

minimi autè de Augusto.
ad locum.

Hinc fassan Plutarchus
παρὶ τῶν ἑκκλησιῶν. Χρησ-
τὴν δὲ π. 763 εἰδ. Στρεφ.
δοκτ. εἰς τοὺς κύκλους
ἀρκτικές:

Hunc B.

- Credimus exemplo, quia vis fulgentia visus
 Nunc orbem Cœli vertentis sidera cursu,
 455 Cardine tam simili fultum, quàm vertice pingit.
 Hæc igitur magno divisas æthere sedes
 Signa tenent Mundi totum deducta per Orbem.
 Tu modò corporeis similes ne quære figuras,
 Omniâque æquali fulgentia membra colore;
 460 Deficiat nihil ut, vacuumque à lumine cesset.
 Non poterit Mundus sufferre incendia tanta,
 Omnia si plenis ardebunt sidera membris.
 Quidquid subduxit flammis Natura, pepercit
 Succubitura oneri: formas distinguere tantùm
 465 Contenta, & stellis ostendere sidera certis.
 Linea designat species; atque ignibus ignes
 Respondent, media extremis, atque ultima summis.
 Credantur, satis est si se non omnia celant.

et qua B. P.

Iungere B. P.

INTERPRETATIO.

blis jam illum globum Cœli rapientis suo
 motu stellas lucentes, esse aquè sustenta-
 tum, pari Axe, ac Polo. Ergo hæc sidera,
 qua sparguntur per totum globum Cœli,
 occupant locos distinctos ingenti spatio Cœli.
 Jam verò tu ne pete in sideribus formas pa-
 res formis corporeis, aut omnes artus in
 illis lucentes pari splendore, ita ut nihil
 desit, & carens sit luce. Mundus non
 posset sustinere tantos ignes, si Signa incen-
 derentur in totis & integris artubus suis.
 Omne quod Natura substraxit stellis, de-
 traxit illud, quia cessura erat oneri; satis
 habuit discernere solùm figuras Signorum,
 & notare Signa per certas stellas. Ductus
 delineat formas; & stella correspondens
 stellis, partes media exterioribus, & infi-
 ma superioribus. Ut Signa credantur esse,
 sufficit si tota non occultant se. Praesertim,
 quando luna turgescit pleno g'obo, certa quæ-

ANNOTATIONES.

453. Quia vis.] Scaliger benè. At
 Rom. Quamvis malè.

458. Tu modò corporeis. &c.] His II.
 v. monet Poëta Signa seu constellatio-
 nes non esse perfectas & totis ac inte-
 gris suis partibus absolutas formas, qua-
 les sunt illæ res corporeæ, quarum simi-
 litudinem imitantur: sed ejusmodi for-
 mas inter alstra designari tantùm certo
 stellarum numero, ac situ, ad majorem
 scientiæ fideralis facilitatem & intelli-
 gentiam.

460. Vacuumque à lumine.] Scaliger,
 benè. At Gemb.

Deficiat nihil & vacuum quò lumine
 cesset.

Quæ lectio minùs clara est.

461. Non poteris Mundus. &c.] Ex il-
 lorum opinione, qui stellas igneas, aut
 ignes esse putabant. Sic loquitur lib. 5.

ultimis versibus.

— Si pro numero vires Natura dedisset,
 Ipse suas asber flammæ sufferre ne-
 quiret,

Totus & accenso Mundus flagraret
 Olympo.

466. Linea.] Imaginarius linearum
 ductus.

Ignibus ignes.] Stellis stellæ, v. 132. 255.

467. Media extremis. &c.] Cùm enima
 Signorum species non sint membris suis
 & partibus totæ plenæ: sed aliquibus tan-
 tùm stellis certo cum situ & ordine de-
 lineentur, rectè ait partes medias respon-
 dere extremis, & infimas superioribus.
 Unde ad has Signorum species perci-
 piendas plus valet mens, quàm oculus.

468. Credantur.] Sup. ut. Gemb. Cre-
 duntur. Scaliger. Redduntur. Utrumque
 minùs benè.

Præcipuè

Præcipuè medio, cùm Luna implebitur orbe,
 470 Certa nitent Mundo cum Lunâ; conditur omne
 Stellarum vulgus, fugiunt sine nomine Signa.
 Plura liquet vacuo tùm cedere sidera Cœlo,
 Nec fallunt numero, nec parvis mixta feruntur.

Et quò clara magis possis cognoscere Signa,
 475 Non varios obitus nôrunt, variôsq;e recursus:
 Certa sed in proprias oriuntur sidera luces,
 Natalésque suos, occasûmq;e ordine servant.

Nec quicquam in tantâ magis est mirabile mole,
 Quàm ratio, & certis quòd legibus omnia parent.
 480 Nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,
 Laxiùs aut leviùs, mutatôve ordine fertur.

veron = B. P.
 git et B. P.
 licet cernere B. P.

latius B. P.

INTERPRETATIO.

dam tantùm sidera fulgent in medio Cœlo cum ipsâ Lunâ: omnis verò plebs stellarum occultatur, & sidera quæ sunt sine nomine, non cernuntur. Tunc constat multa signa fugere à Cœlo quod privatur illis, nec decipiunt jam numero, nec volvantur intermixta minimis stellis, & ut facilius quas discernere sidera lucida, ea non agnoscunt mutabiles occasus, & muta-

biles ortus: Sed ea signa immutabilia oriuntur cum suis stellis, & observant cum certo ordine suos ortus, & obitum. Neque aliquid est magis admirabile in tantâ multitudine stellarum, quàm ordo illarum & quàm quod cuncta obediunt suis iussis. Nullibi multitudo obstat sibi, nihil in ullis partibus peccat, vel movetur lentius aut citius, aut cum ordine mutabili.

ANNOTATIONES.

469. *Præcipuè medio, &c.*] His v. 5. monet Poëta signa & sidera tantùm clariora lucere & apparere in Cœlo cùm Luna suum implet discum: ceterum verò vulgus stellarum vix sub oculos cadere, quod experienciâ satis constat. Sic Aratus scripsit, quem interpretatus est Cicero his versibus.

Nam, si nocturno cognoscens tempore Cælum,

Cùm neque caligans detergit sidera nubes,

Nec pleno stellis superaret lumine Luna,

Vidisti magnum candentem serpente circum. &c.

Quod & ait Manilius lib. 5. à v. 720. ad v. 733. Malè ergò Scaliger legit & interpungit hos duos versus. [*tur orbe.*

Præcipuè, medio cum Luna implebitur

Certa nitent Mundo, cum Lunâ conditur omne. &c.

470. *Certa.*] Putà, quæ primæ, secundæ, aut tertiæ sunt magnitudinis.

471. *Stellarum vulgus.*] Stellæ nebulae. MANIL.

losæ, vel quintæ & sextæ magnitudinis, quales sunt quæ contexunt circum Lactæum.

472. *Plura liquet, &c.*] Scaliger. Nec malè. At Rom.

Plura licet vacuo tunc credere sidera Cœlo.

Obscurior hæc lectio. Quasi dicat: plura quidem sunt sidera in Cœlo, sed non cernuntur; creduntur tantùm inesse in Cœlo.

474. *Et quò clara, &c.*] His 4. v. monet certa quædam sidera, clariora scilicet, constanti luce splendere, tùm in Plenilunio, cùm in Novilunio. Quippè quæ eadem semper claritate, eodem ordine, eadêmque vice oriantur & occidunt. Secùs verò sidera minùs clara, Quod & experientia docet.

477. *Natales.*] Ortus, v. 123.

478. *Nec quicquam. &c.*] His 5. v. miratur Poëta admirabilem illam siderum vicissitudinem, & rationem, quæ certis suis legibus & ordinibus parent. Quippè sidera in Firmamento sunt fixa.

Quid tam confusum specie? Quid tam vice certum est?

Ac mihi tam præsens ratio non ulla videtur, *¶ mundus sit æternus.*

Quâ pateat Mundum divino numine verti,

485 Atque ipsum esse Deum; nec sorte coisse magistrâ,
Ut voluit credi qui primus mœnia Mundi

Seminibus struxit minimis, inque illa reduxit,

Atque his & maria, & terras, & sidera Cœli,

Ætherâque immensos fabricantem finibus orbes,

490 Solventemque alios constare; & cuncta reverti

In sua principia, & rerum mutare figuras.

¶ quis B.

INTERPRETATIO.

*Quid est adeo permixtum in specie? bitus Cœli ex minimis principiis. & redigi
Quid tamen est adeo constans in ordine? voluit illud in illa semina: & qui voluit ex
Et nullum aliud argumentum videtur illis creari & maria, & terras & stellas
mihi tam efficax, quo manifestum sit Cœ- Cœli, & inane spatium quod facit infini-
lum moveri divina potentia, & ipsum esse tos mundos in suis limitibus, & quod de-
Deum; neque coaluisse auctore casu fortuito. struit alios; & qui voluit cunctas res re-
ut voluit putari, qui primus fabricavit am- dire in sua primordia, & mutare for-*

ANNOTATIONES.

483. *Ac mihi tam præsens. &c.*] His que omnia sorte magistrâ regi, sine
32. v. ex hac certâ & immutabili lege Deorum operâ, ut dixi v. 128.

Mœnia Mundi.] Cœlos, qui suo ambitu, tamquam vallo totum Mundum circumcingunt, v. 151.

Flammiarum vallo Natura mœnia fecit.

487. *Seminibus minimis.*] Atomis, v. 128. Et Lucret. lib. 1. v. 52.

Qua nos materiem & genitalia corpora rebui.

Reddundâ in ratione. & semina rerum

Appellare suimus. & hac eadem usurpare

Corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.

488. *Atque his.*] Sup. *seminibus minimis.* Scaliger; & *queis*: benè. Vulg. *aquis*: mendosè.

489. *Æthera.*] Inane magnum, in quo, & ex quo cum Atomis, censuit Epicurus Mundos infinitos quotidie novos creari, ac alios solvi & interire.

Ita enim Lucretius eleganti carmine probat non incassum volitare infinitas atomos per Inane magnum: sed ex iis exoriri Mundos infinitos. lib. 1. v. 1042.

Deus est, qui non mutatur in ævo.

& lib. 2. vers. 115. 116. & lib. 4. v. 389.

486. *Primus. &c.*] Democritus, vel qui secutus est eum Epicurus; uterque enim docuit Cœlum & terram, cunctâque creata fuisse casu fortuito, ac temerario concursu Atomorum; eadêm-

Quis credat tantas operum sine Numine moles
 Ex minimis, cæcòque creatum fœdere Mundum?
 Si Fors ista dedit nobis, Fors ipsa gubernat.
 495 At cur dispositis vicibus consurgere Signa,
 Et velut imperio præscriptos reddere cursus
 Cerninus, ac nullis properantibus ulla relinqui?
 Cur eadem æstivas exornant sidera noctes
 Semper, & hibernas eadem? Certamque figuram
 500 Quilque dies reddit Mundo, certamque relinquit?
 Jam tum, cum Graiæ verterunt Pergama gentes,
 Arctos & Orion adversis frontibus ibant.
 Hæc contenta suos in Vertice flectere gyros?
 Ille ex diverso vertentem surgere contra
 505 Obvius, & toto semper decurrere Mundo.

INTERPRETATIO.

mas rerum. Quis putet tantas massas rerum, & Mundum ipsum factum esse ex minimis minimis, & ex temeraria concordia, sine Deo? Etenim si casus dedit nobis istas res, casus regit ipsas. Verum, quare igitur videmus sidera oriri alternis ordinibus ordinatis, & quasi ex jussu quodam peragere motus sibi confisutos, & nulla deserere retro, aliis sideribus festinantibus? Quare eadem astra illustrant perpe-

tuas noctes æstivales, & eadem noctes hyemales? Et cur quisque dies reducit Cælo certam formam siderum & relinquit certam? Præterea in illo tempore, quo populi Græci diripuerunt Troiam, Ursa & Orion ferebantur adversis vultibus. Illa satis habebat agere suos orbes in polo solo: hic verò occurrens ex contraria parte videbatur assurgere versus Ursam, qua quasi rotat illum; & ire perpetuo per Cælum integrum.

ANNOTATIONES.

493. *Minimis.*] Sup. corporibus, id est, Atomis v. 487.

494. *Fors.*] Gemb. Benè, id est, casus, quo fortuito ac temerario omnia creari voluit Epicurus. Vulg. Sors, minus benè. Sors enim pro fato potius usurpatur, cui omnia dedit Chrysippus.

500. *Mundo.*] Cælo v. 4.

501. *Jam tum.* &c.] His 7. v. probat ab exemplo sidera quæque immutabili lege & ordine decurrere in Cælis. Eodem quippe situ, & ordine decurrebant per Cælum Helice, seu major Ursa, & Orion, tempore excidii Troiani, quo jam nunc decurrunt. Eadem tunc sidera per noctes singulas observare erat, quæ jam nos observamus, &c.

Graia gentes.] Mycenæ præsertim & Argivi, quorum rex Agamemnon, & frater ejus Menelaüs, Troianis bello illato, Troiam post decemnale bellum solo æquaverunt.

Pergama.] Pergamus, i, masc. sing. Pergama, orum, plur. neutr. *Pergama*

autem arces fuere Troianæ altissimæ, à quibus alta ædificia dicta sunt *Pergama*. Verum hic sumuntur non pro ipsis arcibus Troianis solum: sed & pro ipsa Troianâ urbe.

502. *Arctos.*] Ursa, major scilicet, seu Helice, quæ circa polum Septentrionalem circumacta vergit caput & frontem ad caput & frontem Orionis. Illa enim videtur inclinari; hic verò adversus eam assurgere intra duos Tropicos; quod videre est in globis Cælestibus. De Helice v. 296.

Orion.] Sidus est primum è Meridionalibus juxta ordinem Manilii v. 385.

503. *Vertice.*] Polo Arctico.

504. *Vertentem.*] Ursam majorem, quæ quia juxta polum vertitur, ipsa videtur vertere ac rotare Cælos, cæteraque sidera. v. 277.

Cælumque. & sidera torquent.

505. *Toto Mundo.*] Scilicet Orion à Tropico Capricorni assurgit, & attollit caput ad Tropicum Cancræ. v. 377.

I ij

Sors Sors R. P.

Quos tenet (Democritus vixit
 et Epicurus) et ceteri Philo-
 sophi et maxime Stoici
 acerrimè studuerunt di-
 scere nec fieri Mundum sine
 divina ratione potuisse, nec
 constare nisi summa ratione
 regeretur: sectantur de fœde
 Rel. l. 1: Sect. 2:

M. MANILII

Temporâque obscurâ noctis deprendere Signis
 Jam poterant; Cœlumque suas distinxerat horas.
 Quot post excidium Troiæ sunt eruta regna?
 Quot capti populi? Quoties fortuna per Orbem
 510 Servitium imperiûmque tulit, variêque revertit?
 Troianos cineres in quantum oblita refovit
 Imperium? Fatis Asiæ jam Græcia pressa est.
 Sæcula dinumerare piget, quotiêsq; recurrens
 Lustravit Mundum vario Sol igneus Orbe.
 515 Omnia mortali mutantur lege creata.

INTERPRETATIO.

Et homines poterant tunc cognoscere ex sideribus tempora noctis tenebrosa; & Cœlum jam diviserat suas horas. Quot regiones fuerunt eversa post ruinam Troia? Quot Gentes vitæ? Quoties Sors intulit per orbem terrarum servitutem & dominationem, & rediit diversimodè? In quàm magnum regnum ipsa immemor sui restituit cineres Troianos? Jam nunc Græcia oppressa est ex Fatis Asia. Molestum est recensere tempora, & quoties Sol flammeus rediens illuminaverit Mundum, ipso terrarum orbe permutato. Res omnes creata variantur ex lege mortali.

ANNOTATIONES.

506. *Temporâque obscura &c.*] Troiani quippè belli tempore, primus instituisse dicitur Palamedes Eubœæ regis filius Astrologiæ peritissimus, ut ex Signis ac sideribus vigilias noctis deprehenderent homines.

508. *Quot post excidium, &c.*] His 16. v. probat à Contrariis cætera mutari, & interire in tempore; unum verò Cœlum immutabili semper cursu volitare, nec siderum ordinem ac motum variari Unde ait Cœlum, aut Deo simile, aut Deum esse, quodd in tempora non mutetur.

509. *Fortuna.*] Cujus nutu & arbitrio mala ac bona evenire credebant veteres, v. 114.

511. *Troianos cineres in quantum, &c.*] Hæc in gloriam Romanorum prædicat, qui per Æneam à Troianis originem ducentes, quasi Troianos cineres in totius orbis terrarum imperium refoverunt. Sic Virg. 6. Æn. laudat Paulum Æmilium:

Ernat illo Argos, Agamemnoniâsq; Mycenæ

Ipsûmque Æacidem, genus omnipotens Achilli, &c.

512. *Fatis Asia, &c.*] Minoris. Dum enim Romani sua in Asiam minorem arma contulerunt, totam Græciam in suam ditionem subjecerunt. Scilicet Mummius Consul Romanus Achiam vicit & Corinthum: Paulus Æmilius Macedoniam & Thessaliam, Achilles patriam, quæ Macedoniæ serviebat, &c. Unde Virg. 1. Æn. v. 287.

*Veniet lustris labentibus ætas
 Cum domus Assaraci Phthiam, claramque Mycenæ
 Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.*

Sic Tit. Livius lib. 45. 51. 52. & Justin. lib. 34. Flor. lib. 2. &c.

514. *Mundum.*] Cœlum, ut Monui v. 3. vel per Mundum, hic intellige Cœlum & terram; Universum; neque enim solum Cœlum lustrat Sol, sed & terras.

514. *Vario Orbe.*] Etenim post sæcula quædam mutantur & labuntur Imperia, æquè ac homines. Unde Florus easdem tribuit ætates Imperio Romano, quas homini vulgò tribuimus, infantiam, adolescentiam, virilem ætatem & senium, scilicet

Omnia mortali mutantur lege creata.

Nec se agnoscunt Terræ vertentibus annis
Exutas. Variant faciem per sæcula gentes.

At manet incolumis Mundus, suâque omnia servat,
Quæ nec longa dies auget, minuitque senectus.

520 Nec motus puncto currit, cursûsque fatigat:
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.

Non alium vidēre Patres, aliumvè Nepotes
Aspicient. Deus est, qui non mutatur in ævo.

Nunquam transversas Solem decurrere ad Arctos;

525 Nec mutare vias, & in Ortum vertere cursus,
Aurorâque novis nascentem ostendere terris;
Nec Lunam certos excedere luminis orbes,
Sed servare modum quo crescat, quôve recedat;

INTERPRETATIO.

Neque Regiones in sæculis revolutis agnoscunt se fuisse direptas. Nationes mutant faciem per tempora. Verùm Cælum restat integrum, & conservat cunctas res suas, quas nec diuturna dies amplificat, nec senilis ætas imminuit. Neque agitaturs movetur; & conficit cursus suos in instanti: erit idem per omnia tempora, quia fuit idem per omnia tempora. Majores nostri non viderunt

illud aliud, vel posteri videbunt aliud. Ipsum est Deus, qui non mutatur in tempore. Nunquam videbis Solem vagari ad Urſas, quæ sunt oppositæ; neque mutare iter suum, & flectere gressus versùs Orientem, & reddere Auroram exorientem regionibus insuetis. Neque Lunam ire extrâ quosdam solitos orbes lucis; sed observare certam rationem, quâ augeatur & decrescat;

ANNOTATIONES.

517. *Exutas, Variant.*] Gemb. Benè. At vulg. *Exutas variant faciem* &c. Malè. Scaliger: *Exuta variant*, &c. Nec malè.

518. *At manet incolumis Mundus.*] Cælum, quod ait esse immutabile, non solum secundum se totum; sed etiam secundum omnes ejus partes, juxta mentem Aristotelis. v. 211. 485.

520. *Nec motus puncto currit, &c.*] Id est, non incerto, aut brevi quodam temporis spatio motus suos peragit Cælum: sed certo, & stato intervallo mensurâque temporis, ita ut neque mox citius, mox tardiùs: sed eodem semper motûs tenore volvatur.

Fatigat.] Agit, agitat. Sic Virg. I. *Æn.*

— *Sociûsque fatigat,*

Præcipites vigilato viri, &c.

521. *Dense est.*] Idèò Manilio Cælum est Deus, quia sicut Deus est immutabilis; ita Cælum invariabile, & æter-

num. Sic v. 138, fecit eadem ratione totum *Universum* Deum. Et v. 211. & seqq. & alibi passim.

524. *Nunquam transversas, &c.*] His io. v. probat ab exemplo Solis, Lunæ, & siderum, omnes Cœli partes esse immutabiles: sed eodem semper tenore ac tractu se habere, atque aded non casu, sed divinâ ac æternâ ratione moveri.

Transversas... ad arctos.] Transversas vocat Urſas, vel quia adversis dorsis feruntur major & minor Urſa: vel quia loquitur Poëta, habitâ ratione non solarum Urſarum, quæ sunt circâ polum nostrum Septentrionalem; sed & aliarum, quas ab exemplo putat esse circâ polum Australem. Quod veriùs crediderim. Scilicet Sol nusquam abit extrâ Eclipticam versùs Urſas transversas, id est, versùs utrumque polum Arcticum & Antarcticum.

log R.
am B. P.
ve P.
ponto R.

Nec cadere in terram pendentia sidera Cœlo ,
 530 Sed dimensa suis consumere tempora Signis.
 Non casus opus est , magni sed Numinis ordo.
 Hæc igitur texunt æquali sidera tractu
 Ignibus , in varias Cœlum laqueantia formas.
 Altius his nihil est. Hæc sunt fastigia Mundi.
 535 Publica naturæ domus his contenta tenetur
 Finibus , amplectens pontum terrasque jacentes.
 Omnia concordi tractu veniuntque caduntque ,
 Quâ semel incubuit Cœlum , versumque resurgit.
 Ipse autem quantum convexo Mundus Olympo
 540 Obtineat spatium : quantis bis sena ferantur
 Finibus astra , docet ratio , cui nulla resistunt
 Claustra , nec immensæ moles , ceduntque recessus ,
 Omnia succumbunt , ipsum est penetrabile Cœlum.

INTERPRETATIO.

Neque stellas, quæ sunt suspensa, delabi in Cœlo in terram, sed dispensare definita tempora quæque suis sideribus. Non est officium fortuna temerariæ, sed lex magna potentia. Ergo hæc astra, quæ exornant Cœlum in diversas figuras, contextunt illud suis flammis cum æquali semper ordine. Nihil est sublimius illis. Ipsa sunt culmina Cæli. Communis domus Universi, quæ complectitur mare & terras depressas, inclusa continetur his limitibus. Omnia sidera & oriuntur, & occidunt cum ordine unanimi, eâ parte, quâ semel Cœlum ruit, & revolutum ascendit. Jam verò, ratio, cui nulla loca clausa obstant, neque ingentes obices, & cui latebra victæ cedunt, cui res cuncta succiuntur, & cui ipsum Cœlum patet, hæc ratio, inquam, edocet nos quantum intervallum Cœlum ipsum contineat in suâ parte superiori; & ad quantos terminos duodecim Signa Zodiaci extenduntur.

ANNOTATIONES.

529. *Pendentia.*] Erraticæ quidem stellæ, seu Planetæ volitant per æthera, quasi appendantur. Fixæ verò stellæ hærent immotæ in Firmamento. Quamquam & pendentes dici possunt, dum supra & infra terras feruntur motu primi Mobilis.

531. *Non casus opus est. &c.*] Gemb. Benè. At Scaliger malè interpungit.

Non casus opus est magni, sed. &c.

534. *Altius nihil est.* Quod scilicet cadat in conspectus nostros. Stellis enim altius est Firmamentum: altius Empyreum Cœlum: altius primum Mobile.

539. *Ipse autem quantum est. &c.*] His 18. v. docet Poëta quantum spatium singula quæque Zodiaci signa contineant; atque mente ac ratione immensum totius Cœli spatium mensurari posse; quippe cui recessus, ac claustra cedant. Sic ad rem Lucret. lib. 1. v. 72.

Ergo vivida vis animi pervicit & extrâ

Processit longè flammantia mania Mundi, &c.

Convexo... Olympo.] Exteriori Cœlo. Est enim in corpore sphaerico ambiente, quale est Cœlum, pars altera exterior, altera interior. Illa *convexum*: hæc *concavum* dicitur. Quamquam utrumque promiscuè usurpatur à Poëtis. Sic Virg. 2. *Æn.*

Tadet convexa tueri.

Id est, concava. Unde credibile est quoque hic accipi *convexo* pro *concavo*. Namque Poëta metitur Cœlorum ambitum & circulum, habitâ Signorum ratione, quæ in concavâ Cœli parte à nobis cernuntur.

Mundus.] Cœlum v. 3.

Olympo.] Cœlo. Olympus enim Mons est altissimus, qui quasi Cœlum vertice tangit, unde sumitur pro Cœlo.

Nam quantum à terris atque æquore Signa recedunt,
 545 Tantum bina patent: quantumque inciditur orbis
 Per medium, pars efficietur tertia gyri,
 Exiguo dirimens solidam discrimine summam.
 Summum igitur Cælum bis bina refurgit ab imo,
 Altera bis binis ut sit pars tertia Signis.

1ur B.

fugit B.

sinis B.

INTERPRETATIO.

Etenim duo signa extenduntur tantum in Cælo, quantum distant à terris & à mari: & tertia pars quaque circuli Signorum faciet tantam fecit, quantum facit linea qua dividis circulum per medium.

scilicet dividens integram summam & qualiter cum aliqua tantum differentia. Ergo supremum Cælum extollitur ab infimo, quatuor signa, ut altera tertia quæque pars Cæli detur singulis quadrinis signis.

ANNOTATIONES.

544. Nam quantum, &c.] Sic igitur Poëta metitur signorum intervalla & spatia ea, quæ in Cælis replent. Cælum, quia concavum & sphericum, circuli speciem imitatur, unde Cælum partitur in modum circuli, ut suas cuique signo partes æquas tribuat. Ducatur enim linea ab una parte circuli, ad alteram oppositam, per centrum, ea, quæ diametralis dicitur, tertia pars est, aut circiter, totius ambitus circuli. Hæc linea si media secetur, sexta pars erit ambitus circuli. Cum autem æqualia sint signa Zodiaci, & æquè latè patentia, quæque obtinent duodecimam Cælorum circuli, seu Zodiaci partem: duo verò signa, sextam: quatuor, tertiam. Igitur duo signa tantum spatii tenent in Zodiaco quanta est sexta Zodiaci pars. Sexta autem Zodiaci pars tanta est, quanta est media pars lineæ diametralis illius. Diameter enim tertia pars est circuli: semidiameter, sexta pars. Cum autem terra & mare jaceant quasi in centro Zodiaci, mediàmque quasi secent lineam diametralem, benè dicuntur signa duo tantum spatii in Cælis occupare, quantum à terrâ & mari undique signa recedunt. Recedunt enim semidiametrum Zodiaci.

545. Bina.] Duo signa simul sumpta, quæ scilicet continent sextam Zodiaci partem, quæ media pars est semidiametri Cælorum.

Quantumque inciditur orbis, &c.] Id est, quanta est linea, quæ diametraliter

transit ab unâ circuli parte, ad aliam. Ea quippe linea, ut dixi, tertia pars est ambitus, seu circumferentiæ circuli, aut circiter. Scilicet talis est illius proportio ad circumferentiam, qualis est numerus 7. ad 22. Unde benè addidit Poëta.

Exiguo dirimens solidam discrimine summam.

548. Summum igitur, &c.] Cum linea diametralis sit tertia pars circumferentiæ circuli, sanè continet spatium bis binorum, id est, quatuor signorum. Unde suprema Cæli facies recedit ab imâ Cæli parte, quatuor signis; hoc est, tantum, quantum spatii replent in Zodiaco quatuor signa.

549. Altera bis binis.] Scaliger & alii legunt altera bis sinis. &c. sed error est sanè. Sensus enim hujus versûs, & horum verborum is alius esse non potest, quam ut doceatur alteram tertiam circuli, seu Zodiaci partem, hoc est, singulas alias tertias Zodiaci partes, dari pariter singulis bis binis, hoc est, quatuor signis, licet enim vox altera sæpius ponatur pro secunda: tamen nonnunquam ponitur pro alia: alia autem pars tertia, id est, unaquæque pars tertia. Itaque una quæque pars tertia Zodiaci datur singulis bis binis, hoc est, quatuor singulis signis: ita ut tres illas partes tertias adimpleant duodecim signa. Quid clariùs? Sanè ita fuit, castigandum, binis pro senis; aliàs nullus fuisset sensus.

vid. Geronium de Bel.
 Picaia p. 294.

vid. Geronium de picaia
 Bel. lib. 4: cap. 5:

550 Sed quia per medium est Tellus suspensa profundum,
Binis à summo Signis discedit & imo.

Hinc igitur quodcumque suprâ te suspicis ipse,
Quâ per Inane meant oculi, quâque ire recusant,
Binis æquandum est Signis. Sex tanta rotundæ

555 Efficiunt orbem zonæ, quâ Signa feruntur
Bis sex æquali spatio textentia Cœlum.

INTERPRETATIO.

Verum quia terrâ pendet per medium Inane immensum, recedit à supremo Cœlo duobus signis, & ab infimo pariter duobus. Inde ergo id omne Cœli spatium, quod ipso vides suprâ te, quâ parte oculi pene-

trans per Inane. & quâ parte refugimus ire, debet æquari duobus signis. Sex tanta spatia perficiunt ambitum circuli rotundi, in quo duodecim signa, quæ exornant Cœlum pari intervallo, voluimus.

ANNOTATIONES.

550. *Profundum.*] Inane immensum. Sic lucret. lib. 1. v. 1100. lib. 6. v. 484. &c


551. *Binis à summo. &c.*] Terra quippè, ut dixi, quasi in centro Zodiaci, aut Cœli posita, recedit tantum duorum signorum spatio utrimque à Cœlo; hoc est, à supremo, & infimo Cœlo.

552. *Hinc.*] Gemb. & Rom. Benè; hæc enim voce conclusio videtur inferri de iis, quæ suprâ sunt disputata, nimirum illud spatium, quod à summo Cœlo ad terræ centrum pertinet, æquale esse spatio, quod inter duo Zodiaci signa incipitur. Ita etiam Aratus loquitur. At Scaliger: *hoc*, supl. *quodcumque*. Sed cur hæc immutatio?

553. *Quâque ire, &c.*] Scilicet, non

solum à superiori terræ parte ad supremum Cœlum: sed pariter & ab inferiori parte, vel potius à centro terræ ad inum Cœlum, quod non possunt oculi nostri pervenire.

554. *Sex tanta.*] Ita Scaliger. Benè, id enim est, sexties tantundem spatium efficit circulum Zodiaci; quod verum est. Duo quippe signa, seu duorum signorum intervalla adimplent sextam Zodiaci partem. Igitur sexties illud spatium efficit Zodiaci circulum, Quid clarius? At Jun. Bitur. *Sexante*, id est, sextâ Zodiaci parte, quæ visuali, ut vocant, illi radio responderet, qui à centro terræ ad Cœli convexum pertingit. Idem sanè sensus; sed non eadem aut æquè clara verba. Tota hæc dimensio patet in hac figurâ



Nec Mirere vagos partus eadem esse per astra;
 Et mixtum ingenti generis discrimine Fatum:
 Singula cum tantum teneant, tantoque ferantur
 560 Tempore, sex tota surgentia sidera luce.
 Restat ut æthereos fines tibi reddere cōet.
 Filæque dispositis vicibus comitantia Cœlum,
 Per quæ dirigitur Signorum flammæ ordo.
 Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton,
 565 Sexque fugit solidas à Cœli vertice partes.

varietas R.P.

INTERPRETATIO.

Neque admiretis generationes hominum
 varias fieri ex iisdem his Signis, & fa-
 tales casus hominum intermisceri tan-
 560 tā diversitate generis, cum singula Si-
 gna occupent tam magnum Cœli spa-
 tium & moveantur intra tam magnum
 tempus, scilicet sex tantum orientia per
 integrum diem. Superest ut tentem re-
 ferre tibi terminos Cœlestes, & lineas,
 quas sequuntur Cœlum ex certis ordinibus,
 & per quas series ignea Signorum distri-
 buitur. Unus est circulus versus Aquilo-
 nem, qui portat Ursam lucentē & qui rece-
 dit à polo sublimi Cœli sex gradus integros.

ANNOTATIONES.

557. Nec mirere vagos, &c.] Quasi
 partus varii, variæque hominum fata
 mutantur pro vario Signorum inter-
 vallo, ita ut unum & idem Signum
 varios edat partus, non quidem pro unâ
 & eadem, sed pro multiplici parte tem-
 poris & spatii, quod adimplet.

558. Fatum.] Id est, fatales casus v. 1.
 560. Sex tota &c.] Habitâ quidem ra-
 tione dierum ac noctium æquinoctial.

561. Restat ut æthereos, &c.] His 120.
 v. agit Poëta de variis sphaeræ circulis,
 quos ex ordine recenset, & explicat, ni-
 mirum quinque prius Parallelos, Æqua-
 torem, Tropicos duos, & duos Pola-
 res, à v. 564. ad v. 601. Deinde à v.
 601. ad v. 631. duos Coluros. Postea à
 v. 631. ad v. 664. Meridianum & Ho-
 rizontem. Denique à v. 664. ad v. 682.
 Zodiacum.

562. Dispositis vicibus, &c.] Sic v. 598.
 563. Signorum.] Non unus Zodiaci
 Signorum duodecim tantum: sed om-
 nium Cœli siderum, per quæ variis fines
 ac circuli Cœlestes delineantur.

564. Circulus ad Boream. &c.] His
 1. v. describit circulum Polarem Arcti-
 cum, qui & Borealis à Boreâ vento;
 & Septentrionalis à Septentrione; &
 Aquilonaris, ab Aquilone vento, &
 Arcticus à ἄρκτος Ἀρκτος, id est, ab Ursâ,
 dicitur. Is autem prioribus Ursæ mi-

noris pedibus describitur. Unde Poëta
 addidit: fulgentem sustinet Arcton.

565. Sexque fugit solidas, &c.] Loqui-
 tur Poëta juxta Eudoxi mentem. Is
 enim vir doctus quemlibet circulum,
 non in 360. partes seu gradus sed in 60.
 tantum est partitus. Unde credidit ac-
 docuit Polarem Arcticum circulum, à
 polo Septentrionali recedere, non 23.
 grad. & minut. 32. juxta recentiorum
 computandi rationem: sed grad. 6. tan-
 tum. Recentiores igitur partiti sunt sin-
 gulos circulos in partes seu gradus 360.
 docueruntque polarem Arcticum, pa-
 riter & Antarcticum, à polo suo rece-
 dere grad. 23. min. 32. tot scilicet gra-
 dus, quos uterque Tropicus ab Æqua-
 tore distat. Polaris enim uterque descri-
 bitur ab utroque Zodiaci polo, seu
 axis Zodiaci extremitate. Tanta est igitur
 utrinque Polaris circuli distantia ab
 utroque polo, quanta est Zodiaci obli-
 quitas ab ipso Æquatore. Proclus autem,
 Eudoxi licet compilerator, rem aliter est
 affectus; voluitque utrumque Polarem
 circulum variis describi & mutabilem,
 pro variâ mutabilique, seu majore aut
 minori elevatione poli supra Horizon-
 tem, quasi describantur circuli Polaris
 ab astris, quæ non sub terram dela-
 buntur, sed ad ipsam proximè accedunt;
 unde varietur pro vario terrarum situ.

M. MANIL.

K

- Alter ad extremi decurrens sidera Cancri;
 In quo consummat Phœbus lucemque moramque,
 Tardaque per longos circumfert lumina flexus,
 Æstivum medio nomen sibi sumit ab æstu,
 570 Temporis & titulo potitur, metâque volantis
 Solis; & extremos distinguit fervidus ætus;
 Et quinque in partes Aquilonis distat ab orbe,
 Tertius in mediâ Mundi regione locatus,
 Ingenti spirâ totum præcingit Olympum,
 575 Parte ab utrâque videns Axem: quo limite Phœbus
 Componit paribus numeris noctemque diemque,
 Veris & Autumni currens per tempora mixta,

INTERPRETATIO.

Secundus delabitur per stellas initiales Cancri, in quo Sol conficit & lumen & curationem suam, & circumportat suam lacem morantem per longos ambitus. Is circulus ducit sibi nomen ab æstu maximo, & gaudet nomine temporis illius, & termino Solis decurrentis tunc; & totus ardens terminat ultimos cursus

Solis, & recedit à circulo Borea usque ad quinque gradus. Tertius circulus est positus in mediâ parte Cæli, & circumcingit totum Cælum immenso gyro, perspicuus Axem ab utrâque parte: in quo termino Sol constituit & diem & noctem ex numeris aequalibus dum decurrit per mixta tempora Veris & Autumnii,

ANNOTATIONES.

566. *Alter ad extremi, &c.*] His 7. v. Tropicum Cancrî notat & describit, qui à Septentrione Arcticum subsequitur. Is autem Tropicus dicitur, *anno tñs æstivus*, id est, à reversione. Cum enim ad illum Sol ascendit, non plus ultra progreditur: sed ab eo recedit. Dicitur verò Tropicus Cancrî, ab eo Zodiaci Signo, quod tunc Sol occupat & decurrit, dum ad illum circulum ascendit. Dicitur & Tropicus æstivus, ab æstu seu calore Solis, qui tunc est maximus. Dicitur quoque Tropicus Solstitialis, ex eo, quod in eo Sol stare aliquatenus videtur, ut retrovertatur. Distat autem is circulus à polari Arctico grad. 5, scilicet juxta Eudoxi computandi rationem: at juxta recensentem numerandi modum distat grad. 42. min. 56.

Extremi.] Non ultimi, sed initialis. Sol enim revertitur ubi primum Cancrî priorem ingressus est gradum. *Extremus*, autem utrumque notat rei terminum, finalem & initialem.

567. *Phœbus.*] Sol v. 19.

570. *Temporis & titulo potitur, &c.*] Dicitur enim Tropicus ab eo tempore,

in quo tunc fit Solis æstivus, id est reversionis.

572. *Et quinque in partes, &c.*] Eudoxianas scilicet, ut monui v. 565.

Aquilonis ab orbe.] Id est, à circulo polari Arctico v. 564.

573. *Tertius in mediâ, &c.*] His 7. v. notat & describit Poëta Equatorem, qui & Equinoctialis circulus dicitur. Medius autem est inter Tropicos duos, cæterisque parallelis circulis major, ab utroque polo æqualiter distans, scilicet secundum Eudoxi doctrinam grad. 15. At juxta rationem computandi recentiorum & communem, grad. 90. Quem cum Sol decurrit, noctes æquat diebus, unde Equator dicitur & Equinoctialis: à Nautis vulgò *linea*, vel *linea media*. Distat verò à Tropico Cancrî seu æstivo grad. Eudoxianos 4. communes verò grad. 23. min. 32. ut monui v. 565.

574. *Olympum.*] Cælum v. 178.

575. *Axem.*] Hoc est, extremam utramque Axis partem; utrumque polum. v. 279.

metamq. B. P.

sphaera B. P.
lumine B.

Cum medium æquali distinguit limite Cælum.

Quattuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.

580 Proximus hunc ultrâ Brumalis nomine cingens

Ultima designat fugientis limina Solis,

Inviâque; obliquâ radiorum munera flammâ

Dat per iter minimum nobis: sed finibus illis,

Quos super incubuit, longâ stant tempora luce,

585 Vixque dies transit candentem extensâ per æstum.

Bisque jacet binis summotus partibus orbis.

Unus ab his superest, extremo proximus Axi

Circulus, Austrinas qui stringit & obsidet Arctos.

pariter P.

INTERPRETATIO.

quando scilicet dividit medium Cælum pari termino. Et is circulus remouet suos ductus ab æstivo circulo quattuor gradibus. Vicinus circulus, qui de nomine Brumalis dicitur, circumductus trans hunc describit extremos terminos Solis recedentis, nec patentes ultrâ: subministrat nobis per minimam viam beneficia splendoris Solis ex igne

transuerso: sed in illis regionibus, supra quas impendit ille circulus, tempora dierum manent cum diuturnâ luce, & vix dies prolata per feruidum calorem præterit. Et is circulus stat distans ab Equatore quattuor gradibus. Post hos quattuor circulos restat unus circulus, vicinus ultimo polo, qui secatur & circumcingit Ursum Meridionales.

ANNOTATIONES.

579. Quattuor & gradibus.] Eudoxianis, v. 572. 565.

Ab æstu.] Id est, ab æstivo circulo; à Tropico Cancrî v. 566.

580. Proximus hunc, &c.] His 7. v. notat & describit Manilius Tropicum Capricorni, qui Brumalis & Hibernus dicitur ex eo, quod Brumale notat Solstitium, quod in primum Capricorni gradum incidit, scilicet in diem 22. noctri Decembris. Unde illud Ovid. Fast.

Bruma noui prima est, veterisque nouissima Solis.

Tunc enim maxima Solis est ad polum Antarcticum declinatio, vixque nobis ad Septentrionem degentibus aliquid lucis ac caloris immititur, nisi ex obliquâ ejaculatione. Degentibus verò sub iis Cœli partibus dies est maximus & longissimus. Distat autem circulus iste ab Equatore grad. 4. Eudoxianis; par enim utriusque Tropici ratio; at juxta recentiorum computandi rationem distat grad. 23. min. 32. ut monui v. 565.

581. Inviâque.] Gemb. & Rom. Benè; Inuium enim illud dicitur, ultrâ quod iri non potest. Porro ultrâ Capricorni terminos Sol non recedit. At Scaliger legit & interpungit:

Inviâque obliquâ radiorum munera flammâ, &c.

Sed quid in his majoris luminis? nihil sanè.

583. Per iter.] Benè. Rom. pariter: malè.

585. Vixque dies transit, &c.] Quod enim sub Tropico Cancrî degentibus contingit, id sub Tropico Capricorni positus pariter accidit. Vix autem dies nocte clauditur nobis in æstivo Solstitio.

586. Bisque....binis. &c.] Id est, grad. 4. Eudoxianis v. 565.

587. Unus ab his, &c.] His 5. v. notat & describit circulum polarem Antarcticum, qui ex diametro opponitur Arctico, totusque nobis latet ad meridiem: dicitur Austrinus, Australis & Meridionalis circulus polaris; distâtque à polo Antartico grad. 23. minut. 32. v. 565. & à Tropico Brumali grad. 5. Eudoxianis v. 565. Idem quippe, vice versâ, de utroque polari circulo dicitur.

Extremo Axi.] Ultimo, seu remoto potius & infimo: Meridionali scilicet.

588. Austrinas Arctos.] Loquitur ex errore, ut monui v. 451. ubi agnovit Poëta duas Ursum ad polum Antarcticum, sicut ad Arcticum.

K ij

usque B. P.

Hic quoque Brumalem per partes quinque relinquit;

590 Et quantum à nostro sublimis cardine gyrus

Distat, ab adverso tantumdem proximus illi,

Sic tibi per binas vertex a vertice partes

Divisus, duplici summâ circumdat Olympum;

Et per quinque notat signantes tempora fines,

595 His eadem est via, quæ Mundo: pariterque rotantur

Inclines, sociisque ortus occasibus æquant;

Quandoquidem textu, quo totus volvitur Orbis,Fila trahunt, alti cursum comitantia Cœli;

Intervalla pari servantes limite semper,

INTERPRETATIO.

Is pariter deserit longè à se Brumalem circulum gradibus quatuor; & quantum spatii superior noster circulus Arcticus recedit à nostro polo, tantum spatii ex opposito hic Antarcticus vicinus est illi polo Australi. Atque ita pars summa Cœlorum separata per se ab alterâ parte summâ per duas partes, circumcingit totum Cœlum ex geminâ parte. & signat illud per

quinque circulos qui notant tempora. Idem iter est istis quinque circulis quod est Cœlo: & voluntur similiter non variantes, & adequant suis occasibus suos ortus, qui se mutuo consequuntur; quoniam dicunt eodem ordine, quo totum Cœlum rotatur, suas lineas quæ pariter sequuntur motum summi Cœli, observantes perpetuò suas distantias cum aequali termino.

ANNOTATIONES.

589. *Brumalem.*] Tropicum Capricorni v. 580.

Per partes quinque.] Supl. Eudoxianas, v. 572. 565. At secundum recentiore computandi rationem distat polaris circulus Antarcticus à Tropico Cancris grad. 42. min. 56.

590. *Et quantum. &c.*] Scilicet distat à polo grad. 6. Eudoxianis, sicut Arcticus, v. 565.

Sublimis gyrus.] Supl. Arcticus.

591. *Illi.*] Supl. polo extremo & remotiori, nempe Antartico.

592. *Sic tibi. &c.*] His 2. v. ait spatium illud, quod ab alterutro polo ad Æquatorem intercipitur, hoc est, lineam, quæ ab uno polo ad alterum ducitur, & in duas partes ab Æquatore interfecatur, totum adimplere Cœlum, seu potius Cœli circulum & ambitum. Ambitus enim Cœlorum est grad. 60. Eudoxianorum: ab alterutro autem polo ad Æquatorem sunt ejusmodi grad. 30. nempe à polo ad polarem circulum grad. 6. à polari ad Tropicum grad. 5. à Tropico ad Æquatorem grad. 4. At 6. 5. & 4. simul juncta fiunt 15. Jam verò ab altero polo ad Æquatorem par ratio. Unde in uno Hemispha-

rio sunt grad. 30. In altero quoque grad. 30. In toto ergo Cœli ambitu, grad. 60. continentur.

593. *Divisus.*] Supl. per Horizontem rectum.

Duplici summâ.] Supl. grad. 30. Eudoxianorum, aut verticis unius spatii duplicato.

Olympum.] Cœlum v. 178.

594. *Per quinque fines.*] Parallelos quinque circulos, quos vertex ille uterque, seu potius illa linea, quæ ab alterutro polo per utrumque verticem supra dictum ducta notat & interfecat.

Signantes tempora.] Id est, breviora, aut longiora Solis tempora, noctis scilicet & diei. Quinque enim illi paralleli circuli aliquam Solis meram designant.

596. *Inclines.*] Gemb. id est, indeclinantes, non variabiles: Sic Aratus de his circulis:

Αὐτοὶ δ' ἀπλῶς καὶ ὁμοῦ τινι ἀλλήλους

Παύτες.

At isti statim & aptati invicem

Omnes

Sic Posidonius vocat illos, indeclinantes, qui neque inclinant, neque declinant.

Sexto B. P.
circum B. P.

600 Divisusque semel fines, fortèmq; dicatam.

Sunt duo, quos recipit ductos à vertice vertex,

Inter se adversi, qui cunctos antè relatos

Sèque secant, gemino coeuntes cardine Mundi,

Transversoque polo rectum ducuntur in Axem,

605 Tempora signantes anni, Cælumque per astra

Quattuor in partes divisum mensibus æquis.

Alter ab excelso decurrens limes Olympo,

Serpentis caudam, siccās & dividit Arctos,

Et juga Chelarum medio volitantia Cælo,

Saxo P.

Gyso B.

INTERPRETATIO.

Et suos terminos semel distinctos. Et locum sibi datum. Duo superiunt circuli, quos unus polus excipit descriptos ab altero polo & qui sunt oppositi inter se mutuo, & qui intersecant omnes supra dictos circulos, & seipsos, concurrentes per duplicem polum Cæli, & qui ex opposito polo trahuntur per rectum ipsam Axē, notantes tempora anni, & Cælum distributum per Signa in quatuor partes ex aequalibus mensibus. Unus horum circulus ductus à summo Cælo, secas caudam Draconis & separat Urſas, qua non merguntur aquis, & summities Chelarum, qua vagantur per medium Cælum:

ANNOTATIONES,

601. *Sunt duo. &c.*] His 30. v. agit Poëta de duobus Coluris, Solstitiorum scilicet & Equinoctiorum. Sunt autem isti duo circuli maximi, ducti per polos Mundi, pèrque quatuor puncta Cardinalia. Dicuntur *Coluri*, quasi habeant caudam decurtatam & mutilam, quippè qui toti nusquam appareant in Sphærâ obliquâ secundum omnes suas partes, nequidem successive, ut aiunt. Ducuntur inter se adversi à polo ad polum per rectum Axem, sèque mutuo in utroque polo intersecant: alios verò parallelos quinque bis uterque ex adverso secat. Alter Solstitiorum signat duo Solstitia puncta, Cancrī & Capricorni: alter Equinoctiorum, duo Equinoctialia puncta, Arietis & libræ; quæ quatuor puncta Cardinalia dicuntur, & anni quatuor tempora signant.

602. *Antè relatos.*] Quinque parallelos.

606. *Quattuor in partes. &c.*] Duodecim quippè Zodiaci Signa quatuor in partes æquas distribuuntur per duos Coluros. Namque Colurus Equinoctiorum sex Borealia Zodiaci Signa dividit à sex Australibus; Colurus verò Solstitiorum Borealia Signa pariter ac Austr-

lia in duas partes æquales intersecat. Atque ita duodecim Signa partiuntur in quatuor partes, quarum quæque pars est trium Signorum, quibus totidem menses respondent.

607. *Alter ab excelso. &c.*] His 9. v. Colurum Equinoctiorum describit, qui per polos Mundi & puncta Equinoctialia progreditur, multa interim intersecans Signa: non autem per polos Zodiaci.

Excelso Olympo.] Polo sublimi, nempe Septentrionali, qui respectu nostri dicitur *sublimis*. Olympus enim Cælum dicitur v. 178. Poëtice autem *Polus*.

608. *Serpentis.*] Draconis, qui ad polum Septentrionalem intercingit utramque Urſam v. 305.

Siccās.] Quippe quæ nobis Oceano non tingantur, id est, non occidant v. 277.

609. *Chelarum.*] Libræ, per cujus initium transit Colurus Equinoctiorum. Chelæ enim, Græcè *χελαι*, Latine sunt brachia Scorpionis, quæ ad Libræ Signum extenduntur in Cælo: unde pro Libræ Signo usurpantur passim à Maniis.

Consurgens Helice, medium præcidit Olympum;
Discernitque diem, sextamque examinat horam,
Et paribus spatiis Occasus cernit & Ortus.

635 Hic mutans per Signa vices; seu si quis Eoos,
Seu petit Hesperios, supra se circumat orbem
Verticibus superstantem, mediumque secantem
Cælum, & diviso signantem culmine Mundum;

lumine B. P.

INTERPRETATIO.

quentes mobiles. Etenim unus attollens se ab ipsâ Helice, intersecat medium Cælum, & separat diem & librat veluti cum examine sex:am horam dici, & prospicit ortum & occasum Solis ex intervallis aequalibus. Hic circulus variat suas sta-

tiones; nam siue si aliquis proficiscitur versus Orientales, siue versus Occidentales populos, tunc describit supra se circulum qui incumbit suo capiti, & qui præcindit medium Cælum, & qui notat in vertice partito Cælum,

ANNOTATIONES.

631. *Alter ab ipsâ, &c.*] Meridianus circulus, qui per Mundi Polos, & verticem dati cujlibet loci terrarum ducitur. Equatorem ex transverso intersecat, totumque orbem terrarum in duas partes dirimit, alterâ ad Ortum, alterâ ad Occasum relictâ. Meridianus dicitur ex eo, quod cum Sol eum attingit, meridies est in eâ terrarum regione, cujus est Meridianus. Populis autem cunctis sub eodem Meridiano degentibus, tum ad Austrum, cum ad Septentrionem, simul & semel idem est meridies, in eodem scilicet Hemisphærio, quando Sol illum meridianum attingit. Duo sunt autem in meridiano puncta, quæ Arabes vocant Zenith & Nadir. Zenith punctum est in Cælo, quod directè capiti nostro aut loco, qui subjacet, supraponitur: Nadir verò punctum est, quod ex diametro oppositum infra jacet.

632. *Ab ipsâ Helice.*] Id est, à Polo Septentrionali. Helice enim major est Urâ ad ipsam polum Septentrionalem.

Medium Olympum.] Medium Cælum. Cæli punctum verticale. Olympus enim sumitur pro Cælo v. 178.

633. *Sextamque examinat horam.*] Notat meridiem. Hora namque diei sexta, meridies est. Dies enim artificialis vulgò dividitur in 12. horas; sex, antè: sexque, post meridiem.

635. *Hic mutans, &c.*] His II. v. ex-

plicat & describit peculiariter Meridianum. Horizon & Meridianus duo sunt circuli variabiles. Meridianus quidem solum pro variâ mutatione loci versus Ortum & Occasum. Horizon verò pro omnimodâ loci mutatione, siue ad Ortum & Occasum; siue ad Meridiem & Septentrionem, v. 631. Igitur infiniti possunt notari Meridiani. Quamquam Cosmographi ad faciliorem rei intelligentiam certum quemdam Meridianorum numerum definiêrunt, quia non nisi ad leucarum Gallicarum 18, intervallum mutari Meridianos deprehenderunt. Unde Proclus olim statuit 300. quos à se invicem distare voluit 300. stad. quæ milliaria Italica dant 37. $\frac{1}{2}$: leucas verò Gallicas 18. $\frac{1}{4}$: Ptolemæus autem statuit 180. qui à se distent spatio unius gradûs in Equatore. Recentiores tandem in Mappis describunt solum aut 36, qui grad. 5: aut 24, qui grad. 10: aut 12, qui grad. 15, in Equatore à se distent. Quorum primus transeat per insulas Fortunatas, quas in occidentali Oceano Canarias jam vocant. Ultimus per insulas Molucas in orientali Oceano.

Eoos.] Orientales, v. 224.

636. *Hesperios.*] Occidentales, v. 226.

638. *Culmine.*] Scaliger, benè: id est, vertice Cæli, seu puncto verticali. Vulg. *lumine*, id est, die, quem Meridianus medium secat.

Mundum. Cælum, v. 3.

Quando

Quando aliis aliud medium est, volat hora per Orbem, -

640 Cumque loco terræ Cælumque ac tempora mutat.

Atque ubi se primis attollit Phœbus ab undis,

Illis sexta manet, quos tunc premit aureus orbis.

Rursus ad Hesperios sexta est, ubi cedit in umbras.

Nos primam ac summam sextam numeramus utramque;

645 Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne.

Alterius fines si vis cognoscere gyri,

extollet B.

sæta P. undam R.P.

INTERPRETATIO.

cum aliis Meridianus est aliis gentibus, hora quoque variatur per globum terrarum, & mutat Cælum & tempora cum ipso terra loco. Et quando Sol exurgit ex primis aquis, hora sexta est illis gentibus supra quæ tunc rota aurea Solis incumbit.

Contrà, hora sexta est apud Occidentales, quando Sol recedit in tenebras. Nos autem computamus utramque illam horam sextâ, priorem & ultimam diei nostri, & tunc recipimus lucem frigidam ab remotâ flammâ Solis. Si cupis nosse terminos alterius cir-

ANNOTATIONES.

639. Aliud medium.] Alius Meridianus. Aliud medium Cælum.

Volat hora.] Sexta hora, seu meridies quoque mutatur, pro mutatione Meridiani.

641. Phœbus.] Sol v. 19.

642. Sexta. Sup. hora, id est, meridies v. 632.

Aureus orbis.] Rota aurea Solis orientis. Sol enim curru vchi fingitur. Licet igitur Sol oriens nobis meridiem non det, reddit tamen iis populis, quos tunc medius premit. Illis enim desuper medius incumbit. Pariter Sol occidens nobis, medius est iis, qui ad occasum sub eo degunt.

643. Hesperios.] Occidentales v. 226.

644. Nos primam, &c.] Nos verò, quibus Sol est oriens & Occidens, utramque illam sextam horam, non sextam pariter, sed primam & ultimam diei nostri numeramus. Loquitur Poëta de horis diei artificialis, quæ inæquales sunt, pro inæqualitate dierum: sed numero semper duodecim, sex scilicet abortu Solis ad meridiem: & sex à meridie ad occasum. Quæ igitur nobis oriente Sole prima est diei hora, ea populis, quos tunc medius Sol premit, sexta est, seu meridianâ. Pariter quæ nobis occidente Sole ultima est hora diei, ea populis, quibus tunc medius

superincumbit Sol, sexta est seu meridianâ.

646. Alterius fines, &c.] His 18. v. describit & notat Horizontem. Horizon autem Græca vox est, *Ὠρίζων*, Latine, *Terminator*, *Finitor*. Circulus est major totius Sphæræ, qui conspectam Mundi partem ab ininspectâ dirimit, hoc est superius Hemisphærium ab inferiori. Duplex autem distinguitur, alter ratione, alter sensu: Ille terram & Cælum in duas partes æquales dividere censetur, in duo scilicet Hemisphæria. Hic verò terram quoque ac Cælum in duas secat partes, sed non in partes æquas; terminatur enim visu, extenditurque tantum, quantum conspectus ferri potest; dividitque partem Mundi, quam cernimus, ab eâ, quæ nobis latet. Vix tamen determinari potest ad quantam loci distantiam extendatur. Macrobius vult ejus semidiametrum extendi tantum posse ad stadia 180. quæ leucas Gallicas communes reddunt 11. $\frac{1}{4}$: Albertus magnus ad stad. 1000. id est, ad leucas Gallicas communes 62. $\frac{1}{2}$: Proclus ad stad. 2000. Alii tantum ad stad. 500. Sed talis Horizontalem admittit tantum aspectum, cum est in terris æqua planities, pelagi tranquilla libertas, nec montium aut ædium altitudo sit impedimentum, in-

644 Hunc locum infelicitate tractant Scaliger, Salmerig, Gassendus, feliciter Petavius, var. Dissert. 1: 14. et Rabodius, Hermannus, Schellius, & cætera Polybii 5:

M. MANIL.

L

primum B.

Circumfer faciles oculos, vultumque per Orbem,
 Quidquid erit Cœlique inum, terræque supæum;
 Quâ coit ipse sibi nullo discrimine Mundus,
 650 Redditque aut recipit fulgentia sidera ponto,
 Præcingit tenui transversum limite Mundum;
 Hæc quoque per totum volitabit linea Cælum,
 Nunc tantum ad medium vergens, mediumque repente
 Orbem: nunc septem ad stellas: nunc mota sub astra,
 655 Sed quocumque vagæ tulerint vestigia plantæ,
 Has modo terrarum, nunc has gradientis ad oras,
 Semper erit novus & terris mutabitur arcus.
 Quippe aliud Cælum ostendens, aliudque relinquens;
 Dimidium regit atque refert, varioque notabit
 660 Fine, & cum visu pariter sua fila moventem,

regit vit B.P.

INTERPRETATIO.

culi, circumduc oculos liberos, & faciem circa terram, id omne, quod erit pars infima Cœli; & superior terra, quâ parte ipse Mundus conjungitur sibi sine ullâ inæqualitate, & reducit, aut excipit à mari stellas lucentes, id, inquam, omne dividis exigua lineâ Cælum per medium; Isthac autem linea discurret per omne Cælum, declinans solum, modo versus meridianum Cælum, & simul versus meridianum Orbem terrarum: modo versus Septentriones: modo versus stellas motas. Sed in quacumque locum pedes errantes hominis progredientis nunc in has, nunc in illas regiones terrarum, contulerint gressus illius, is circulus meridianus erit semper alius, & mutabitur in terris. Scilicet: cum signet aliam partem Cœli, & aliam deserat, occultat & reddit tantum dimidiam partem illius, & notabit illud diversâ lineâ & similiter hominem, qui variat suas lineas, cum ejus aspectu,

ANNOTATIONES.

quit Macrobius in Som. Scip. l. i. cap. 15. Porro Horizon ratione duplex est iterum, alter rectus, alter obliquus. Rectus transit per Mundi polos, polumque suum seu cardinem habet sub Æquatore, quem ad angulos rectos secat. Obliquus dicitur, cujus vertex ultra citràque Æquatorem incidit, quique ad angulos obliquos Æquatorem interfecat, altero Mundi polo elevato sursum, altero deorsum depresso.

651. *Mundum.*] Universum. Cælum & terram.

652. *Hæc quoque linea volitabit, &c.*] Quæ enim linea signat Horizontem, ea mutabilis ac variabilis est pro variâ mutatione loci quoquo versum, nimirum tam versus Ortum & Occasum, quam versus Meridiem & Septentrionem.

653. *Ad medium.*] Sup. Cælum, id est, ad Meridiem. Nec solum ad Meridionalem Cœli partem, sed & terræ,

id est, ad Meridiem Mundi. Unde addidit Poeta: *Mediumque repente Orbem.* Sup. terrarum. Sic v. 639. usurpavit vocem *medium*.

Quando alii: aliud medium est.

654. *Septem ad stellas.*] Ad Septentriones v. 297.

Mota sub astra.] Id est ad Ortum & Occasum. Superiori quippe versu notavit Horizontis mutationem ad Meridiem: illis vocibus *septem ad stellas*, ejusdem mutationem ad Septentrionem: his verò *mota sub astra*, signat Horizontis variationem ad Ortum & Occasum. Astra namque *mota* dicuntur tantum, quatenus feruntur ab Ortum in Occasum, aut contrâ. Hactenus autem videtur locutus de Horizonte secundum rationem, de quo supra v. 646. not.

655. *Sed quocumque, &c.*] His 9. v. explicat ac distinguit Horizontem sensu, De quo nos v. 646. not.

Hic terrestris erit, quia terræ amplectitur Orbem;
Et medium plano præcingit limite gyros,
Atque à fine trahens titulum memoratur Horizon.

In Zodiaco et
lacteo circulo
culis
665 Inter se gyros: quorum fulgentia Signa
Alter habet, per quæ Phœbus moderatur habenas;
Subsequiturque suo Solem vaga Delia curru:
Et quinque adverso luctantia sidera Mundo
Exercent varias Naturæ lege choreas.

670 Hunc tenet à summo Cancer, Capricornus ab imo:

INTERPRETATIO.

Hic circulus erit terrenus, quia circumdat globum terra, & circumdat illum medium cum lineâ, quæ in globum non arcuatur. & ducens non eni suum à termino, vocatur Horizon. Adjunge his circulis duos circulos transversos inter se, qui ducunt suas lineas in partes oppositas: Quorum

unus continet sidera lucentia, per quæ Sol regis frana equorum suorum, & Luna sedens in suo curriculo sequitur Solem: & quinque stella, quæ moventur Cælo contrario, agunt diversos motus ex ordine Naturæ. Cancer adhæret huic circulo à parte supremâ, Capricornus ab infimâ:

ANNOTATIONES.

663. *A fine trahens.*] Gemb. Benè. Horizon enim, Græcè ὁρίζων, Latine finitor est, à verbo ὁρίζω finio, termino. At vulg. atque trahens à se. Idem sanè sensus.

664. *His adde, &c.*] His 137. v. tractat & describit duos circulos obliquos in Cœlis, Zodiacum & Lacteam circum-

Obliquos.] Ita enim Zodiacum Lacteus circulus obliqua circumflexionis occursu ambiendo amplectitur, ut eum, quæ duo Tropica Signa, Capricornus & Cancer feruntur, interfecet. Macrobius, lib. 1. c. 12. in Som. Scip.

666. *Alter.*] Zodiacus. His itaque 16. prioribus vers. peculiariter tractat de Zodiaco, qui dicitur à voce Græcâ ζῶν, vita. Quippè propter motum Planetarum sub Zodiaco, cætera hæc inferiora ab eo vitam habere creduntur. Vel potius à vocabulo ζῶδιος, animal. Continet enim duodecim Signa, quæ quorundam animalium figuras imitantur. Unde & Signifer, & Signiferens dicitur; dicitur & via Solis; quia Sol sub eo vertitur, nec extrâ fines illius progreditur; dicitur & Balteus Cœlestis,

quia obliquè & in modum baltei cingit Cœlum. Ejus enim poli distant à Mundi polis grad. 23. $\frac{1}{2}$: De limitibus ejus satis abundè & clarè Poëta.

Phœbus.] Sol v. 19.

667. *Delia.*] Luna v. 131.

668. *Quinque adverso, &c.*] Quinque Planetæ, præter Solem & Lunam, Saturnus, Jupiter, Mars, Venus, & Mercurius v. 15. 805. & seqq.

670. *Hunc tenet à summo Cancer.*] Recedit enim ab Æquatore Zodiacus grad. 23. $\frac{1}{2}$: ad Septentrionem; quâ parte, quia Septentrio sublimior Cœli pars creditur v. 237, summa quoque pars est Zodiaci, quæ ad ipsum Cancrum pervenit.

Capricornus ab imo.] Contrâ pars Zodiaci infima dicitur, quæ ad Capricornum delabitur versùs Austrum. Ita enim Zodiacus obliquè statuitur, ut pars ejus media sublimior ab Æquatore ad Polum Antarcticum declinet, pertineatque hinc ad Capricornum, illinc ad Cancrum, interfecetque bis Æquatorem, semel in principio Arietis, & semel in principio Libræ. Quod præ-

clarè notat Poëta v. 2. seqq.

L ij

am is R. P.
mundus R.

adjunge alios R. P. ap. B.

Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras;
 Lanigeri & Libræ Signo sua fila secantem,
 Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis;
 Rectæque devexo fallit vestigia clivo.

675 Nec visus aciemque fugit, tantumque notari
 Mente potest, sicut cernuntur mente priores;
 Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe,
 Insignemque facit cætrato lumine Mundum:
 Et ter vicenas partes patet atque trecentas

680 In longum; bis sex lateſcit fascia partes,
 Quæ cohibet vario labentia sidera cursu.
 Alter in adversum positas succedit ad Arctos,
 Et paulum à Boreæ gyro sua fila reducit,
 Transitque inversæ per sidera Cassiopeæ,

argenti P. clatus R.P.

INTERPRETATIO.

Circulus, qui facit dies & noctes aquales, excipit illum bis, dum scilicet præscindit suas lineas in Signo Arietis & Libræ. Pariter hic circulus describitur circumductus per tres fascias; & mentitur rectas vias ex proclivitate declivi. Neque effugit oculos & acumen oculorum; potest solum observari per mentem, veluti superiores quoque circuli observantur mente: nihilominus lucet in ingenti ambitu suo

quasi Balteus steller, & reddit Calum conspicuum præ luce stellarum, qua in eo quasi contexta est: & extenditur in longitudinem trecentos & sexaginta gradus: & latitudo ejus, qua coercet stellas Errantes diverso motu, patet in duodecim gradus. Alter circulus subsequitur versus Ursas, qua sita sunt sibi ex opposito, & retrahit parumper suas lineas à circulo Boreæ, & præterit per stellas Cassiopeæ, qua vergit in caput,

ANNOTATIONES.

671. *Qui circulus aquat,*] Id est, Equator.

673. *Per tres gyros.*] Tres lineas seu fascias, quarum duæ extremæ terminos illius agunt: media verò Ecliptica dicitur, propter Eclipses, quas Sol patitur sub hac lineâ. Unus enim nusquam extrâ illam abit: cæteri verò planetæ contrâ.

677. *Balteus.*] In modum Baltei obliquus.

679. *Ter vicenas partes, &c.*] Dividitur enim Zodiacus in 360. gradus: quorum 30. tribuuntur unicuique duodecim Signorum.

680. *Bis sex lateſcit.*] Latitudo Zodiaci vulgò 12. grad. est; quia veteres animadvertenter Solem & Lunam, & Planetas alios recedere tantum 6. grad. hinc inde ab Eclipticâ. Recentiores verò latitudinem ejus fecerunt grad. 16. quia observaverunt Planetas, saltem Martem & Venerem, ab Eclipticâ recedere hinc inde grad. 8.

681. *Vario labentia, &c.*] Planetas v. 15. 805.

682. *Alter in adversum, &c.*] His reliquis 119. v. tractat Poëta de circulo Lacteo. Quas verò constellationes transeat, dixit Poëta satis clarè.

Positas.] Benè. Lacteus enim reverà assurgit ad Ursas, quas ex adverso sibi positas habet. Namque ex unâ parte Poli Arctici assurgit Lacteus circulus ad Brumalem seu Arcticum circulum; ex alterâ parte poli oppositi circâ & intrâ eundem circulum Arcticum sitæ sunt Ursæ. Unde rectè dicitur Lacteus circulus habere Ursas sibi positas in adversum. Res patet in globo Astronomico. At Gemb. *Positus.* Sup. circulus Lacteus. Minus benè.

683. *Boreæ gyro.*] Brumali, seu Polari Arctico circulo, qui Boreæ gyros dicitur à Boreâ vento, qui stat à Septentrione.

684. *Inversa, Cassiopeæ.*] Ita enim sita est in Coelis Cassiopea, ut pedes attollat ad Polum Arcticum: caput verò

- 685 Inde per obliquum descendens tangit Olorem :
 Æstivósque secat fines, Aquilámque supinam :
 Temporáque æquantem gyrum : Zonamque ferentem
 Solis equos, intrà caudam, quâ Scorpius ardet,
 Extremámque Sagittarii lævam, atque sagittam.
 690 Inde suos sinuat flexus per crura pedésque
 Centauri alterius, rursúsque ascendere Cælum
 Incipit : Argivámque ratem per aplustria summa,
 Et medium Mundi gyrum, Geminósque per ima
 Signa secans, subit Heniochum : téque, unde profectus ;
 695 Cassiopea, petens, super ipsum Persea transit.
 Orbémque ex illâ cœptum concludit in illâ.

cat B.P.

INTERPRETATIO.

Ex hoc loco delapsus per lineam obliquam tangit Cycnum : & intersecat circulos Æstivales, & Aquilam incumbentem dorso : secat & circulum, qui aquat tempora : & circulum, qui portat equos Solis, scilicet inter caudam, quâ Scorpius micat, & supremam partem sinistra Arcigenensis ; & telum illius. Ex eo loco flexit suos ductus per crura & pedes alterius Centauri : & iterum incipit assurgere versus Cælum : & intersecans navem Argo per suprema aplustria, & secans circulum medium Cæli, & Geminos per stellas inferiores illorum, pervenit ad Heniochum : & proficiens ad te, ô Cassiopea, à quâ progressus erat, transgreditur supra ipsum Perseum : & terminat circulum suum in ipsâ Cassiopeâ, à quâ fuerat incroatus,

ANNOTATIONES.

vergat deorsum, v. 354. Læteus autem circulus incipere dicitur à pedibus Cassiopeæ, & ad eisdem terminari v. 696.
 685. Olorem.] Cycnum, qui quasi intra cuneos primos Lætei circuli coërceatur, licet expansis sit alis v. 338.

686. Æstivos. fines.] Tropicum Canceri v. 566. Quem Æstivum circulum secat Læteus circulus inter caput Cycni & extremam alam dextram Aquilæ.

Aquilámque supinam.] Caput enim vergit deorsum, v. 343. Transit autem Læteus circulus per posteriores Aquilæ partes.

687. Temporáque æquantem.] Æquatorem, quem secat Læteus circulus primum inter Ganymedem & Serpentarium, quâ & ipsum secat colurus Solstitii.

Zonámque ferentem Solis equos.] Zodiacum, quem Læteus circulus secat intra pectus Sagittarii & pedem sinistrum Serpentarii non procul à caudâ Scorpionis.

689. Sagittam.] Telum, quod gerit Sagittarius.

691. Centauri alterius.] Australis scilicet v. 408. qui pedibus Læteum circulum terere videtur juxta Polarem circulum Antarcticum.

692. Argivam ratem.] Navim Argo v. 402. cujus superiores partes tangit & secat Læteus circulus.

Aplustria.] Ornamenta sunt navis, quæ in summitate mali appenduntur. Hic autem sumitur pro superiori parte Argo navis.

693. Medium mundi gyrum.] Æquatorem : quem iterum secat Læteus circulus intra Orionem & Canem minorem.

Per ima.] Per pedes Amborum Geminorum.

694. Subit Heniochum.] Aurigam, v. 362. cujus pedes ac partes posteriores quasi lambit circulus Læteus.

695. Super ipsum Persea.] Quanquam videtur Perseus includi totus intra ultimos Lætei gyri cuneos.

696. Ex illâ.] Cassiopeâ, à cujus pedibus coeperat Læteus circulus, & in quibus terminatur.

quotiens B. quoniam P.

Trésque secat medios gyros, & Signa ferentem
Partibus è binis, in quot præciditur ipse.
Nec quærendus erit, vilus incurrit in ipsos
700 Sponte suâ, sêque ipse docet, cogitque notari.
Namque in cæruleo candens nitet orbita Mundo;
Ceui missura diem subitò, Cælúmque recludens.
Ac veluti virides discernit semita campos,
Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu:
705 Inter divisas æquabilis est via partes.
Ut freta canescunt sulcum ducente carinâ,
Accipiuntque viam fluctus, spumantibus undis;
Quam tortus verso movit de gurgite vortex:
Candidus in nigro lucet sic limes Olympo,
710 Cæruleum findens ingenti lumine Mundum.
Utque suos arcus per nubila circinat Iris:

I N T E R P R E T A T I O.

Et intersecat tres circulos medios, & Signiferum, in duabus partibus, in quot scilicet ipse quoque secatur ab ipsis. Neque inveſtigandus erit oculis, incidit ultro in ipsos oculos, & ipse manifestat sese, & cogit observari. Etenim lucet in glauco Cælo, veluti rosa albescent, quæ quasi datura sit lucem protinus, & quæ parafaciunt Cælum. Et quemadmodum callis, quem rota iterans viam per rotatum continuum at-

rit, distinguit agros gramineos, & est semita aquata inter partes separatas. Et quemadmodum mare albescit, quando carina agit sulcum in aquis, & unda ex aquis spumescens iter, quod vorago sinuosa excitavit de profundo aquarum inverso: sic Lacteus circulus fulget in Cælo tenebroso, proscindens magnâ luce sub Cælum glaucum. Et sic Iris curvat suos arcus per medias nubes:

A N N O T A T I O N E S.

697. Trésque secat medios gyros.] Duos Tropicos & Equatorem, qui medii sunt Cœli circuli. Bis autem unumquemque istorum secat. Tropicum Canceri, 1. intrâ caput Cyni & Aquilam. 2. intrâ caput Tauri & pedes Geminorum. Tropicum Capricorni, 1. intrâ pectus Sagittarii & pedes Serpentarii. 2. intrâ rostrum navis Argo & dorsum Canis majoris. Equatorem, 1. intrâ Gæymedem & pectus Serpentarii. 2. intrâ dorsum Orionis & Canem minorem.
Signa ferentem.] Zodiacum v. 666. quem circulus Lacteus secat. 1. ad caput Tauri. 2. ad caput Sagittarii.

699. Nec quærendus, &c.] His 16. v. manet Poëta circum Lacteum facile sub oculos cadere cuique intraenti. Sic Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. c. 15. Circulus Lacteus solus ex omnibus subiectus est oculis: cæteris circulis magis co-

gitatione, quàm visu comprehendendis. Unde comparat illum Manilius modò tritæ viæ, quæ gramina hinc inde dividens apertè cernitur: modò viæ, quæ navi in mari vela faciente dealbescit: modò Iridi, seu arcui Cœlesti, qui præ variis suis coloribus conspicuus notatur. Ovid. 2. Metam.

— Candore notabilis ipse.

709. Candidus...limes.] Circulus Lacteus. Cur autem dicatur Candidus & Lacteus docebit Poëta v. 748.

Olympo.] Cælo v. 178.

711. Iris.] Arcus Cœlestis. Iris autem Poëtis est Dea, aut Deorum, sed Junonis præsertim, internuncia, quæ Thaumantis ex Electrà nata fingitur. Unde Cœlestis arcus dicitur Thaumantias, à verbo θαυμάζειν, mirari. Mirabilis enim est ille arcus præ mirâ colorum varietate, quâ distinguitur.

LIBER PRIMUS.

87

Sic superincumbit signato culmine limes
Candidus, & resupina facit mortalibus ora;
Dum nova per cœcam vibrantur lumina noctem;
715 Inquiruntque sacras humano pectore causas.
Num se diductis conetur solvere moles
Segminibus, rarâque labent compagine rimæ,
Admittantque novum luxato tegmine lumen?
Quid? quasi non timeant, magni cum vulnera Cœli
720 Conspiciant, feriâtque oculos injuria Mundi,
An coëat Mundus, duplicisque extrema cavernæ,
Convenient, Cœlique oras & sidera jungant?
Pérque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix,

ben: miranda: hanc dubie mlti
G:

Se = se carinae R. P.
= talis pretore R. P.
Mundi R. P.
= at Cœli R. P.
tangant R. P.
jungat R. P.

INTERPRETATIO.

ita circulus Lacteus superimpendet à vertice Cœli notato, & reddit erectos vultus hominibus, quando lux illius de novo apparet in nocte tenebrosa: Et homines perscrutantur mentis humana viribus divinas causas illius rei. Utrum ingens machina Cœlorum enitatur disjungere sese, præ partibus illorum distractis, & an fissura minetur ruinam ex levi commissurâ illâ, &

emittant terris novam lucem ex tecto Cœlorum dissoluto? Quid? Quasi homines non metuant, cum videant plagas immensi Cœli, & cum damnum Cœli percutiat oculos, utrum Cœlum bene compactum sit, & extremitates concavitas gemina Cœlorum cohæreant, & connectant stellas & extremas partes Cœli? Et num aperta cicatrix fiat per ipsas commissuras,

ANNOTATIONES.

Quamquam quatuor duntaxat præcipui colores interlucent: puniceus, qui extremus est: flavus, qui succedens; viridis, qui tertius: purpureus, qui intimus. Quod tamen in Iride primariâ solum observatur. Etenim in secundariâ, quæ aliquando & amplior & superior est, hi quatuor colores ordine inverso cernuntur. Sed de his fusiùs in Lucret. lib. 6.

713. Resupina. Eleganter. Namque ex admiratione vultum resupinant homines ad viam Lacteam inspiciendam. Arat.

715. Inquiruntque, &c. Jam varias de Arcu Cœlesti opiniones, aut fabulas relaturus est Poëta ab hoc v. 715. ad v. 802.

716. Num se diductis, &c. His II. v. primam notat sententiam Theophrasti, quitesse Macrobio in som. Scip. c. 15. circulum Lacteam dixisse compagem quâ de duobus Hemisphaeriis Cœlis sphaera solidata est; & ubi ora utrimque conveniant, notabilem claritatem videri. Quam tamen sententiam arguit potius per ironiam, quàm asserit Poëta. Videtur enim ridere veteres illos, qui ex hac compage

Cœlorum, Mundi ruinam inchoandam crediderint, aut metuerint: sive, quia malè convenient extrema Cœli, sive, quia manifesta cicatrix vulnera renovare videatur: sive, quia circulus ille Lacteus condensatus, & in nebulam aëriam coactus videatur quasi cuneus agi in ipsa Cœli fundamenta, quo scindantur. Quasi verò commissura illa ruinam Cœlorum minitetur.

717. Segminibus. Partibus, extremis, segmentis. Malè ergo Vulg. Seminibus. Compagine rimæ. Gemb. Benè. Alii, Compago ruina, Nec malè; idem enim ferè sensus, licet non eadem verba. Sed Vulg. mendosè; Compago carina. Quis enim sensus?

719. Vulnera. Scissuras, rimas, hiatus. Metaphora est.

721. Duplicisque extrema caverna. Duas Cœli partes concavas, quas Lacteus circulus hinc inde separat.

722. Jungant. Gemb. Benè. Nonnulli, tangant. Minus benè.

723. Fiat. Gemb. Benè. At vulg. jungat, malè. Neque enim duas Cœli oras jungit illa cicatrix, sed potius disjungit.

719 Quid? quasi G. Quid sibi
illi vir: mortali qui ore
supino nova lumina mirant, G:

Fissuram faciens Mundi? Stipatus, & orbis

725 Aëriam in nebulam clarâ compagine versus,

In cuneos alti cogat fundamina Cœli?

An melius manet illa fides per sæcula prisca,

Illâc Solis equos diversis cursibus îsse;

Atque aliam trivisse viam; longumque per ævum

730 Exutas sedes, incoctâque sidera flammis

Cæruleam verso speciem mutasse colore,

Infusumque loco cinerem, Mundumque sepultum;

Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,

INTERPRETATIO.

qua facias scissuram Cœli? Et num circulus ille coactus, & mutatus in nubem aëriam in illo lucido nexu, agat cuneos in fundamenta magni Cœli? Numquid melior est illa opinio in antiquis temporibus, scilicet equos Solis progressos esse variis cursibus per illam viam Lacteam; & postea cal-

casse aliud iter; & per diuturnum tempus locos illos Cœli adustos fuisse, & stellas ipsas concrematis ignibus Solis, immutasse colorem caruleum Cœli mutato quoque colore & cinerem aspersum fuisse in eâ Cœli parte, & Cælum quasi inhumatum? Fabula quoque venit ad nos à priscais temporibus,

ANNOTATIONES.

724. Orbis.] Supl. Lacteus.

725. Aëriam in nebulam.] In nebulo-
sam lucem. Tota enim illa via circuli
Lactei lucem emittit subobscuram.

726. In cuneos... cogat fundamina Cœli.]
Hypallage est, pro cogat cuneos in funda-
mina Cœli. Sic Virg. 12. Æn. v. 204.
Tellurem effundat in undas, pro effundat
undas in Tellurem. Sic dicimus, ratis tra-
dere ventos, pro, ratem tradere ventis,
&c. Horum itaque verborum sensus inde
repetendus est: Quid? quasi non ti-
meant homines num coëat Mundus: &
num circulus ille Lacteus stipatus, &
coactus in nebulam aëriam, cogat &
agat cuneos in fundamina Cœli, id est,
num findat, instar cunei, Cœlos me-
dios, unde ruina totius molis sequatur?
Neque enim hæc verba, in cuneos cogat,
possunt hic verti, condenset, comprimat.
Quis enim sensus? Quasi non timeant
homines, num stipatus Lacteus orbis in
nebulam aëriam, cogat in cuneos, id
est, condenset, ac comprimat fundamina
Cœli, hoc est, Cœlos? Imò, nullus
esset timor ille hominum. Timent enim
ne dissolvatur Cælum per illam com-
missuram. Si ergo Lacteus comprimat
Cœlos, quomodo dissolverentur? Imò
solidarentur magis.

727. An melius. &c.] His 6. v. propo-
nit secundam de circulo Lacteo opinio-
nem, quam imprimis tutatus est Me-
trodorus. Plut. 3. Plac. 1. Hi quippe an-
tumârunt hanc aliquando fuisse viam
Solis, qui diuturno sui ardore stellas
ibi ac Cœli partem illam inusserit; qui-
que mutatâ viâ inter astra Lacteam hanc
reliquerit, ut Zodiaci fasciam peragraret.

732. Mundumque sepultum.] Cælum-
que quasi cineribus persusum.

733. Fama etiam. &c.] His 15. v. ter-
tiam sententiam de circulo Lacteo, aut
fabulam potius refert, quam Ovid. 2.
Metam. eleganti carmine contexuit. Fa-
bulati sunt igitur Poëtæ Phaëthontem
Apollinis ex Clymene natum, cum sibi
Epaphus Jovis ex Io natus objecisset
falsò Sole patre gloriari, id ægrè feren-
tem, matris suavi adîsse Solem, ut cur-
rûs sui regendi vel uno die potestatem
faceret. Quod cum impetrasset, currum
Solis ascendit: sed insolito & imperito
aurigæ non obtemperantes equi, quâ
tulit impetus, demissius altiusve discun-
runt, ac præsertim illam Cœli partem
percurrunt, quam nimius Solis ardor
adussit; inde factus circulus Lacteus, &
totus arsit Mundus. Hinc autem ortam
fabulam istam docet Aristoteles lib. de

Phaëthontem

- Phaëthontem patrio curru per Signa volentem;
 735 Dum nova miratur propius spectacula Mundi,
 Et puer in Cœlo ludit, currūque superbus
 Luxuriat Mundo, cupit & maiora parente,
 Monstratasque liquisse vias, orbemque recentem
 Imposuisse Polo; nec Signa insueta tulisse
 740 Errantes nutu flammæ: currūque solutum,
 Deflexum solito cursu, curvisque quadrigis,
 Quod querimur, flammæ totum sævisse per Orbem;
 Terrarūque rogam cunctas arsisse per urbes,
 Cū vaga dispersi fluitârunt lumina currûs,
 745 Et Cœlum exustum est: luit ipse incendia Mundus,
 Et nova vicinis flagrârunt sidera flammis,

Mundi G.
 regentem B.

incensum B.

INTERPRETATIO.

Phaëthontem uetum curru paterno per sidera, dum ille admiratur propinquius n. iracula Cœli sibi incognita & veluti puer ludit in Cœlo, & sublimis currus laevis per Cœlum, & vult tentare res majores, quam pater ejus tentavit, Phaëthontem, inquam, deseruisse iter sibi ostensum à patre, & transulisse globum Solis novum in novam Cœli partem; neque stellæ, quæ non erant assuetæ ignibus Solis, sustinuisse ignes illius

vagantes huc illuc pro arbitrio; & currum Solis disiectum esse & divertisse à viâ assuetâ; & quatuor equis Solis deflexis, ignem pessimè grassatum esse per totum orbem terrarum, quod conquerimur, & pyram terrarū incensam fuisse per omnes urbes: quando ignes errantes currûs disiecti discurrerunt huc illuc, & Cœlum combustum est; ipse Mundus totus passus est flammæ; & stella nova arserunt à proximis ignibus Solis,

ANNOTATIONES.

Mundo, quodd, quo tempore currum Solis egerit Phaëthon, multæ de Cœlo ad Occasum lapsæ sunt stellæ, aut flammæ Cœlestes, quibus variæ tetrarum regiones arserunt. Mera quoque est hæc fabulæ.

734. Phaëthontem.] Vel, Phaëthontem, à verbo Græco, φαῖθον, splendens: Apollinis seu Solis filium. Ovid. 1. & 2. Metam.

737. Mundo.] Cœlo, æthere, v. 3. Parente.] Sole.

738. Monstratasque vias, &c.] Sol enim Phaëthontem edocuerat iter, quod in Cœlis sequeretur. Ovid. 2. Metam.

Ne tibi directos placeat via quinque per arcus;

Sextus in obliquum est lato curvamine lines,

Zonarūque trium continens sine, polūque

Effugis Australem juncctamque Aquilonibus Arcton.

M. MANIL.

Hæc sit iter. Manifesta rota vestigia cernes. &c.

Orbēque.] Vel, rotam currûs: vel, Solis globum, quem novum novis Cœli partibus imprudens admovit Phaëthon.

Recentem.] Scalig. Bend. Alii, regentem; mendosè. Alii, regentem, supl. Phaëthontem; durior interpretatio.

739. Polo.] Supl. Arctico. Namque ad Septentrionales partes accessit Phaëthon. Ovid. 2. Metam.

741. Quadrigis.] Sol enim quatuor tantum vehitur equis, qui sunt, Pyrois, Eois, Aëthon, & Phlegon. Ovid. 2. Metam.

742. Sævisse.] Eleganter dicitur ignis sævisse, id est, grassari, furere &c. At Gemb. sævisse, id est, sparsisse. Minus eleganter.

745. Mundus.] Cœlum & Terra, v. 514.

M

*o phni utinantha B.
vex: de ferunha G.*

Nunc quoque præteriti faciem servantia casus.
Nec mihi celanda est famæ vulgata vetustas
Mollior, è niveo lactis fluxisse liquorem
750 Pectore Reginx Divûm, Cælumque colore
Infecisse suo, Quapropter Lacteus orbis
Dicitur, & nomen causâ descendit ab ipsâ.
An major densâ stellarum turba coronâ
Contextit flammæ, & crasso lumine candet,
755 Et falgore nitet collato clarior orbis?
An fortes Animæ, dignatâque nomina Cælo
Corporibus resoluta suis, terræque remissa

I N T E R P R E T A T I O.

Et servant etiam nunc speciem excidii præteriti. Neque tacenda est mihi vulgaris antiquitas fabula, qua minus est violenta, scilicet humorem lactis defluxisse è candido sinu reginx Deorum, & tinxisse Cælum suo colore. Quamobrem vocatur Lacteus circulus, & nomen ejus ducitur ex ipsâ causâ rei. Numquid numerosior multitudo stellarum efficit illos ignes quasi præ cætu condensato. & inde circulus ille albescit ex luce spissâ, & splendor lucis ex splendore coagmentato: Numquid generosa anima. & persona, qua digna sunt Cælo, liberata è corporibus, & reddita

A N N O T A T I O N E S.

748. Nec mihi celanda &c.] His 5. v. quartam proponit opinionem de circulo Lacteo, quæ mera quoque Fabula est. finxerunt enim hanc Cæli partem Lacteam esse factam ab effusione lactis è sinu Junonis. Fabulantur enim Junonem, dum Mercurio inscia: vel, ut aliis placet, Herculi supposito dormiens lac præberet, uti rem cognovit, aut experefacta fuit, illos à mammis removisse, nec lac tamen retinuisse, sed per Cælos effudisse. Alii volunt, quo tempore Ops Saturni lapidem pro partu apposuit, jussam eam quoque lac præbere, quod profusum tinxit illam Cæli partem Lacteam. Hygin.

750. Regina Divûm.] Junoni.

751. Lacteus orbis.] Græcis dicitur γαλαξίας, sup. γάλα, id est, Lacteus circulus, à voce γάλα. lac.

753. An Major &c.] His 3. v. quintam proponit de circulo Lacteo opinionem, quæ Democriti fuit, qui rem feliciter assecutus est, dum viam Lacteam nihil aliud esse conjecit, quàm, ut ait Macrobius. i. in som. Scip. 15. Innumeras stellas, brevèsque omnes, qua spisso tractu

in unum coacta, spatiis, qua angustissima interjacent, operis, vicina sibi undique, & idè passim diffusa lucis aspergine continuum juncti luminis corpus ostendunt. Cujus rei fidem facit conspiciillum Galilei, seu usus Telescopii, quo stellæ multæ, alioquin inconspicue, cernuntur.

756. An fortes anima. &c.] His 4. v. sextam proponit de viâ Lactea opinionem, quæ tamen mera est fabula, Veteres enim Romani fabulati sunt Lacteam circumum esse sedem animarum Heroùm fortiumque virorum. Cic. som. Scip. & Ovid. i. Meta.

Hæc iter est Superis ad magni testæ Tonantis.

Unde Manilius varia citat nomina virorum tam Græcorum quàm Romanorum, aut aliorum qui hanc sedem habitent post mortem.

Nomina.] Viri noxine clari & nobiles,

757. Terraque remissa.] Ex veterum opinione, qui credebant animas è Cælo lapsas in corpora, iterum è corporibus in Cælos redituras. Macrobius. i. som.

Huc migrant ex Orbe, suumque habitantia Cælum
 760 Æthereos vivunt annos, Mundoque fruuntur?
 Atque hic Æacidas, hic & veneramur Atridas,
 Tydidemque ferum; terræque marisque triumphis
 Naturæ victorem Itachum; Pyliumque senectâ

INTERPRETATIO.

*terris ascendunt in hanc sedem, & inco-
 lentes antiquum suum Cælum vi-
 vunt annos caelestes, & possuntur
 Cælo? Et reverà ibi honoramus* Æaci nepotes, & Atræi filios, & cru-
*delem Tydidem, & Itachum victo-
 rem Universi per triumphos, quos re-
 tulit terræ & mari; & Pylium notum*

ANNOTATIONES.

15. & Cic. som. Scip. *Hinc profecti, huc revertuntur*, id est, à Cælo in Cælum.

760. *Mundoque.*] Cælo, v. 1.

761. *Æacidas.*] Achilles & Pyrrhum, quorum ille nepos, hic pronepos Æaci fuit. Achilles enim Pelei Thessaliæ regis ex Thetide Æaci filiâ natus fuit. Pyrrhus verò Achilles ex Deidamiâ Licomedis filiâ, qui & *Neoptolemus* est dictus, eò quod admodum adolescens ad reliquias Troiani belli fuerit perductus, quâ in expeditione Politem Priami filium, Priamumque interfecit. Misit & inferias Manibus patris sui Achillis Polyxenam. Achilles autem dux inter Græcos fortissimus ad bellum Troianum profectus Hectorem interemit: sed à Paride, quâ parte pedis solâ vulnerabilis erat, fuit interfectus. Uterque ob præclarè gesta Cælo fuit sacratus.

Atridas.] Agamemnonem & Menelaum Atræi filios ex Aërope. Hic Spartarum Rex Helenam Jovis ex Leda natam uxorem duxit, quam Paris Priami Regis Troianorum filius rapuit: unde exortum est Troianum bellum, quo absoluto, Troiâque expugnata Helenam recepit, domumque reduxit post errorem 8. an. in mari, Agamemnon verò Mycenarum & Argivorum Rex fuit, qui dux delectus ad bellum Troianum, multa præclarè gessit, labores pertulit multos, multâque Principum aliorum similitates. Victor tandem domum reversus, ab uxore Clytemnestrâ fuit interemptus. Uterque pariter ob præclara sua

facinora relatus est inter astra.

762. *Tydidem.*] Tydei filium, Ætoliz regem, qui cum reliquis Græcis ad bellum Troianum profectus cum Æneâ decertavit, diciturque Venerem Æneâ ferentem auxilium, ac Martem vulnerasse, Palladiumque sustulisse: Rhœsi equos cepisse, priusquam Xanthi aquam bibissent, multos reges interfecisse. Unde *ferus*, id est ferox ac fortis nuncupatur, ac in Cœlis collocatur.

763. *Itachum.*] Ulysses ex Ithacâ insulâ in Ionio mari oriundum, ejusdemque insulæ, ac Dulichii regem: facundiâ, calliditate, bellicis laboribus, ac triumphis terrâ marique nobilitatum. Namque ad Troianum bellum perductus Palladium unâ cum Diomede, custodibus cæsis, rapuit, & equos Rhœsi Thraciz regis occisi abducit: captâ Troiâ; rediturus in patriam varia per decennium expertus est maris pericula: Polyphemum Cyclopem obcæcavit: Sirenum insidias tutus evitavit: Procos omnes, qui Penelopes uxoris suæ castitati insidiabantur, interfecit. Sed à filio Telegono, patrem non agnoscente, miserè fuit occisus.

Pyliumque, &c.] Nestorem, Pyli regem, quod oppidum fuit agri Messeniaci in Occidentali tractu Peloponnesi, vel, ut Strabo scribit lib. 18. in Arcadiâ, Nestor autem jam senior ad bellum Troianum reliquos Græciæ principes comitatus tertiam agebat ætatem. Fabulantur enim eum trecentos vixisse annos, quæ tres vulgò sunt hominis ætates: primam autem agebat,

M ij

Insignem triplici ; Danaumque ad Pergama Reges ;
 765 Auroraque nigrum partum ; stirpemque Tonantis
 Rectorem Lyciæ. Nec te , Mavortia virgo ,
 Præteream ; Regesque alios , quos Græcia misit ,
 Atque Asiæ gentes , & Magni Maxima bello.
 Quique animi vires , & strictas pondere mentes

Gella B. P.

INTERPRETATIO.

extrigeminâ senectute ; & principes Græcorum anit arces Troianas ; & atrum filium Auroræ ; & regem Lyciæ , qui fuit progenies Jovis tonantis. Neque prætermittam te , ô generosa virgo in bellis : ne-

que alios principes , quos Græcia tulit , & quos regiones Asiæ & regio maxima ex bello Alexandri magni , tulerunt. Sunt & ibi viri sapientes , qui habuerunt vires ingenii , & animos constri-

ANNOTATIONES.

cùm Hercules Pylum urbem expugnavit : secundam egit ab hac obsidione ad bellum Troianum : Tertiam , cùm ad Troianum bellum est profectus. Nestor apud Ovid. 12. Met.

— Vixi

Annos bis centum , nunc tertia vivitur aetas.

764. Danaum.] Pro Danaorum , id est , Græcorum Argivorum , qui Danaï dicti sunt à rege suo Danao.

Pergama.] Troianas arces , Troiam. v. 501.

765. Aurora partum.] Memnonem , Auroræ filium , quem nigrum vocat Poëta , quia Æthiops , & Æthiopum rex fuit. Hesiod. in Theog. Is autem cùm opem Troianis adversus Græcos tulit , ab Achille fuit interfectus. Cujus corpus cùm igne cremaretur , in avem mutatum fabulantur , eque rogo multas alias aves evolasse , quas Memnonias dixerunt , quæ singulis annis circa illius sepulchrum acriter inter se pugnantes duci suo videntur parentare. Ovid. 13. Metam.

766. Rectorem Lyciæ.] Sarpedonem , Jovis ex Leodamiâ natum , teste Hom. Iliad. 6. At ex Herod. in Polym. Jovis ex Europâ filium , fratremque Minois. Fuit autem Lyciæ rex , quæ regio est in Asia minori , Priamo tulit opem adversus Græcos , sed juxta Simoëntem fluvium interfectus est à Patroclo. Virg. 4. En.

Mavortia Virgo. [Penthesilea , Amazonum regina , virgo bellatrix , quæ venit Troianis in auxilium adversus Græcos , multaque præclare gessit. Virg. 1. Æn. v. 494. & Justin. lib. 2. c. 4. 768. Asiæ.] Supl. minoris , cujus reges ferè omnes ad Troiani venerant in auxilium partim Græcis , partim Troianis ; & quæ regio est notissima.

Magni Maxima bello.] Jun. Bitur. Cujus veræ lectionis vestigium habent Rom. & Vulg. Magno Maxima bello. Itaque Magni , sup. Alexandri : Maxima , supl. regio ; id est , Macedonia , quæ non unius Græciæ , sed & totius orbis terrarum regio maxima dicta est ob Alexandri Magni tot ac tanta bella , quibus eam nobilitavit. Ludit quippè Poëta in vocibus Magni , & Maxima ; reverà enim loquitur jam de regionibus Asiæ minoris & Græciæ , quæ magnos viros tulerunt. Quæ autem majorem virum tulit , quàm Macedonia , quæ Alexandrum magnum habuit ? At Scaliger : Magno maxima Pella. Alexandri mater , juxta illud Juven. Satyr. 10.

Unus Pello juveni non sufficit Orbis. Verùm quæ constructio verborum istorum , Magno maxima Pella ? Deinde loquitur Poëta non de mulieribus , sed de regionibus ac gentibus , quæ viros claros tulerunt.

169. Strictas pondere.] Sic lib. 5. v. 106.

— Strictos nec crede Catones.

Hoc est , autoritate graves : severos

770 Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis
Census erat; iustusque Solon; fortisque Lycurgus;
Æthereusque Plato; & qui fabricaverat illum,
Damnatusque suas melius damnavit Athenas.

Rector Perfidis & victor strarat qui classibus æquor.

775 Romanique viri, quorum jam maxima turba est;
Tarquinioque minus Reges; & Horatia proles,

ton B.

INTERPRETATIO.

Hos gravitate, in quibus ipsis scilicet summa severitas erat; sunt & Solon aquus & generosus Lycurgus; & divinus Plato; & is, qui instituerat sum, & qui damnatus ab Athenis con- *damnavit iustis suas Athenas. Et dominator Perfidis, qui cooperuerat mare navibus, Sunt & viri Romani quorum jam maximus est numerus; & reges Romani præter unum Tarquinium; & progenies Horatia,*

ANNOTATIONES.

censores. Unde addit Poëta: *Quibus omnis in ipsis census erat.* Namque per vocem *census*, notat severitatem, ac gravitatem Cenſoris; quæ virorum sapientum sunt opes. Unde Bias unus de septem Græciæ sapientibus dictitabat: *omnia mecum porto*, dum cæteri cives ex incendio suas opes auferrebant, ille vero vacuis manibus abibat.

771. *Solon.*] Unus de Græciæ sapientibus, patriâ Salaminus, qui leges æquissimas Atheniensibus dedit. Just. lib. 2. cap. 7.

Lycurgus.] Nobilis ille Spartiata, Eumoni Lacedæmonum regis frater, cui in regnum successit, ignarus uxorem à fratre Eumono gravidam esse relictam. Quod ubi recevit, deposito regis nomine, Prodicum, id est, tutoris nomen assumpsit, regique adulto regnum restituit. Cum autem vidisset civitatem Spartanam pessimè institutam, leges condidit sanctissimas, quas dum observaverunt Lacedæmonii, nemini servièrunt. Just. lib. 3. c. 3.

772. *Plato.*] Philosophus insignis, Academiz princeps, Atheniensis patriâ, qui propter summam doctrinam *Divini* nomen adeptus, & inter sidera relatus.

Qui fabricaverat illum &c.] Socrates, qui Platonem edocuit.

773. *Damnatus que &c.*] Socrates enim Atheniensis, cum Amyi cuiusdam divitiarum risisset, ab ipso fuit accusatus, quod de Diis malè sentiret. Interroga-

tus ergo à iudicibus pro more, quas ipse pœnas meruisse fateretur, respondit: *ut in Prytæneo alar ex publico.* Prytæneum autem locus erat Athenis in arce dignissimus, ubi de publico alebantur, qui de Rep. benè meriti erant. Cic. 1. de Orat. Quo responso indignati iudices decreverunt, ut cicutâ potâ vitam amitteret. Juven. Sat. 4.

— *Sorbisio tollit quem dira cicutæ.*

Damnavit Athenas.] Etenim dum vixit, cives suos Athenienses mordicus arguit, quos libidinibus & flagitiis inquietari non passus est impunè.

774. *Perfidis & Victor.*] Xerxes, ut visum est Scaligero. Vel Themistocles. Neque enim Xerxes Perfidis victor fuit, cujus à patre relictæ rex fuit. Themistocles autem Persas navali prælio apud Salaminem devicit, cum ipsius suâ Athenienses, Athenis relictis, sese navibus commississent. Corn. in ejus vitâ, & Plut. Deinde non nisi de Græcis, & Romanis hic mentionem fecit Poëta.

775. *Romani que &c.*] Haec de istis 14. v. superioribus, de viris Græcis insignioribus: nunc his 28. v. seqq. de Romanis.

776. *Tarquinioque minus. &c.*] Gemb. Benè; id est, Reges omnes Romani, uno minus Tarquinio, hoc est, præter Tarquinium, quem propter superbiam suam ita de Coelo, sicut de regno expulerunt. Malè ergo Rom. *Tarquinioque minus*; & alii, *Tarquinioque nimis*;

M iij

Tota acies partis: necnon & Scævola truncō

Nobilior; majorque viris & Clælia virgo:

Et Romana gerens, quæ textit, mœnia Cocles:

780 Et commilitio volacris Corvinus adeptus

Et spolia & nomen, qui gestat in alite Phœbum:

Et Jove qui meruit Cœlum, Romamque Camillus

Servando posuit: Brutusque à Rege receptæ

INTERPRETATIO.

qua fuit tota cohors partis Romanæ; est & militiâ suâ affectus est exuvias & nomen
ibi quoque Scævola, qui factus est insignior ex alitis, qui portat Apollinam sub formâ avis;
corpore mutilato; est & virgo Clælia fortior & Camillus, qui Cœlo donatus est à Jove,
viris; est & Horatius Cocles gerens muros & qui condidit Romam conservando illam;
Romanos, quos protexit: & Corvinus, qui Brutus fundator ejusdem Romæ, dum

ANNOTATIONES.

Tarquinius autem ille cognomento superbus, septimus & ultimus Romanorum rex fuit Flor. & Tit. Liv. lib. 1.

Horatia proles.] Tres Horatii, fratres trigemini, qui cum trigeminis fratribus Curiatis decertarunt, pro totâ utriusque aciei parte. Horatii pro Romanis, Curatii pro Albanis, lib. 4. v. 37.

777. Tota acies partis.] Scaliger, nec male, ut ex dictis superiori annotatione pater. At Gemb. Tota acies partis: quasi unius partis tres illi fratres fuerint tota acies Romanorum. Vulg. verò mendosè: tota acies pontis. Jam enim infra. v. 779. loquetur Poëta de Horatio Coclite, qui pontem Romanorum adversus Hetruscos unus tutatus est.

Scævola.] Q. Mutii cognomen, quod affectus est ex quo sibi dextram, quæ in Porfennâ rege occidendo erraverat, exussisset, unde sinistra solâ utebatur, quam Græci *ἐκείνη* vocant, Tit. Liv. l. 2.

778. Clælia.] Nobilis virgo Romana, quæ cum aliis virginibus obses data Porfennæ Hetruscorum regi, deceptis custodibus, incolumis Romam per medium Tyberim tranavit, Virg. 8. Æn. v. 651. & Tit. Liv. lib. 1. & 2.

779. Cocles.] Horatius ille, qui solus in extremo ponte remoratus est Tarchiniorum, Hetruscorum, & Porfennæ regis impetum in Romanos, donec pontis tergo solveretur à Romanis; quo interitio, ut erat armatus, in Tyberim insiliit, & ad suos tranavit. Quod factus, inquit Dion. Halic. lib. 5. illi immortalem gloriam comparavit. Confes-

sim enim Romani eum coronatum celebrantes in urbem retulerunt, ut unum de Heroibus; ac tota urbana turba effundebatur, cupiens, dum adhuc superstes esset, ejus vultum postremò videre, & Tit. Liv. lib. 16. Virg. Æn. 7. v. 649. Porro is fuit mos Romanorum, ut murali coronâ donaretur, qui urbem salvam fecerat armis aut consilio. Unde hæc coronâ murali & Romanâ donatus est Horatius Cocles, lib. 4. v. 32.

780. Commilitio.] Militiâ. Just. lib. 5. Corvinus.] M. Valerius, cognomine Corvinus, à Corvo, qui in ejus galeâ confedit, dum singulari certamine cum Gallo Senonum, seu Gallorum duce fortissimo pugnaret, Tit. Liv. lib. 7. Corvus autem sacer est Phœbo, seu Apollini, ut dixi v. 467. Unde addidit Poëta: qui gestat in alite Phœbum.

782. Camillus.] L. Furius Romanus clarissimus, qui Gallos à Capitolio arcuit, quod Jovi sacratum erat, & Templum: quique Romam iterum condidisse dicitur, quia servavit eam, Unde & alter Romulus, dictus est. Vetus toto decennio obsessos per cuniculos cepit. Gallos Senones, Româ ab iis captâ & direptâ, Capitolique obfesso, auro pendendo intentos, incantos oppressit. Hos iterum, Dictator factus, ad Anienem fluvium superavit, Plut. & Tit. Liv.

783. Brutus.] L. Junius, qui, regibus exactis, civitatēque in libertatem vindicant, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est consul, Tit. Liv. lib. 2. & Virg. Æn. 1. v. 217.

fazans ferox B.P. qui P.B.
cum militia B.P.

quem gessit in alite, Phœbi G.

van: Parlas G.

Conditor; & Pyrrhi per bella Papyrius ultor;
 785 Fabricius Curiusque pares: & tertia palma
 Marcellus: Cossusque prior de Rege necato:
 Certantesque Deū votis, similisque triumphis:

Decy B.

INTERPRETATIO.

eam liberavit à Rege; & Papyrius vinctum Pyrrhi in bellis; Fabricius & Curius, qui similis fuerunt frugalitate; & Marcellus, qui tertius retulit palmam de Rege interfecto; & Cossus, qui primus retulerat eam; & Decii, qui pugnautes pares fuerunt in votis & vi-

ANNOTATIONES.

784. *Pyrrhi.*] Epirotarum Regis, qui cum de imperio totius Orbis cogitaret, Romanosque potentissimos videret, consultum adiit Apollinem de futuri belli adversus Romanos eventu, idque ambigui responsū retulit:

Aio te. Facida, Romanos vincere posse.

Quod cum sibi dictum putaret, Tarentinis in auxilium venit contra Romanos, de quibus bis quidem triumphavit: sed iterum reverſus Samnitibus in auxilium, debellatus est à Papyrio; tandemque pulsus ex Italiâ à Consule Mario, Plutarch.

Papyrius.] An pater, an filius? Vir dum constat, Uterque enim triumphavit de Samnitibus, quibus in auxilium venerat Pyrrhus. Tit. Liv. lib. 9. & 10.

785. *Fabricius Curiusque.*] Qui fortitudine ac frugalitate pares fuisse dicuntur. Fabricius enim frugalitatis exemplum fuit apud Romanos, patellam tantum & salinum ex argento, colendorum Deorum causâ, domi servans. Sicut in bellis, ita in muneribus se præstitit invictum. Samnites quippè devicit, eorumque muera, ac minas, quibus eum corrupere conati sunt, fortiter sprevit. Plutarch. Curius autem nec impari fuit frugalitate aut animi fortitudine. Ingens enim auri pondus pariter sprevit, quod ipsi Samnites obtulerant, ut ab illis statet; responditque se malle imperare locupletibus populis, quam locupletem fieri. Pyrrhum devicit: de quo Sabinis triumphavit.

Tertia palma Marcellus.] M. Claudius Marcellus, qui tertius apud Romanos, rege hostium propria manu in-

terfecto, spolia opima retulit. Tres enim tantum apud Romanos ejusmodi spolia retulerunt, teste Plut. in Rom. Primus, Romulus, necato Acrone. Secundus, Cornelius Cossus, interfecto Tolumno Hetruscorum rege. Tertius, M. Claudius Marcellus, interempto Britomaro, vel, ut aliis placet, Viridomaro Gallorum rege. Post quem nemo alius. Scilicet spolia opima sunt ea, qua Jovi feruntur ab duce, qui hostium regem, ducimus propria manu occidit. Tit. Liv. lib. 1. & 4. Plutarchus tamen in Marcell. docet ea esse opima spolia, quæ detrahuntur in ipsâ acie, & prima. Jovi autem ferebantur vel curru, vel humeris victoris; Unde dictus Jupiter Feretrius, Propert. lib. 4. eleg. 11.

Nunc spolia in templo tria condita, causa Feretri.

Omne quod certo dux ferit ante Deum.

Seu quia victa suis humeris hac arma ferebant.

Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis &c.

Sic Virg. 6. Æn. v. 855. & seqq. de Marcello.

786. *Cossus.*] Cornelius Cossus, qui secundus, ut jam monebam, opima spolia tulit. Unus autem, quod prætermiseram; Romulus pedes tulit ea spolia: Marcellus verò & Cossus, curru transportaverunt ea. Plut. in Rom.

787. *Decii.*] Decii, pater scilicet & filius, qui ambo pro patriâ se devoverunt: Pater quidem in bello Latino, aut Albano: filius, in bello Gallico, Tit. Liv. lib. 3. & 10.

Invictusque morâ Fabius : victorque necati

Livius Hasdrubalis sociò per bella Nerone :

790 Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum.

Pompeiusque Orbis domitor, per tresque triumphos

Antè Deum Princeps ; & censu Tullius oris

Emeritus Cœlum ; & Claudia magna propago ;

Emiliaque domus procures ; clarique Metelli ;

INTERPRETATIO.

Horii ; & Fabius invictus suâ cunctatione ; & Livius, qui cum collegâ suo Nerone victor fuit Hasdrubalis, quem interfecerunt in bellis : & duo duces Scipiones ; qui fuerunt una perniciës Carthaginis. Et Pompeius qui domuit orbem terrarum, & qui propter tres triumphos, quos egit, Imperator fuit antè Deum Cæsarem ; & Tullius, qui facultate sua lingua meruit Cœlum ; & magna progenies Claudia ; & magnates familia Emilia ; & insignes Metelli ;

ANNOTATIONES.

788. *Fabius.*] Quintus Fabius Maximus, qui adversus Hannibalem missus à Romanis, noluit cum eo acie instructâ configere, ne territorium jam militem suum exultanti hosti objiceret : sed cunctando remoratus est ita prudenter pugnam, ut impetum Hannibalis eluserit. Hinc dictus, *cunctator* ; cujus dimicare, vincere fuit. Val. Max. c. 7. & Virg. 6. *Æn.*

— *Tu maximus ille es* [rem. *Unus qui nobis cunctando restituit*]
789. *Livius.*] Salinator cognominatus, qui cum Claudio Nerone factus Consul an. V. C. 547. Hasdrubalem Hannibalis fratrem in ipsâ delevit Italiâ. Tit. Liv. lib. 3. Decad. 7.

Hasdrubalis.] Qui gener fuit Amilcaris, frater sororius Hannibalis, & natione Pœnus.

Nerone.] Claudio Salinatore, ut monui supra.

790. *Scipiada.*] Duo Scipiones Africanæ, major & minor. Ille Corneli Scipionis ; hic Lucii Emili Pauli filius. Ille victis in Hispaniâ Pœnis, novâque Carthagine captâ, trajecit in Afriam, antiquâque Carthaginem Imperii Romani vetricalem reddidit : hic ipsam veterem Carthaginem unâ cum Numantiâ evertit. Inde ambo dicti *Africani*. Dicebantur autem *Scipiones*, major quidem à patre Cornelio Scipione : minor à filio majoris Africanæ, à quo fuit adoptatus.

Fatum Carthaginis unum.] Sic Virg. 6. *Æn.* v. 844.

— *Ant geminos, duo fulmina belli*
Scipiadas, cladem Lybia, &c.

Et Lucret. lib. 3. v. 1048.

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror.

791. *Pompeius*] Magnus, Julii Cæsaris gener, à quo tamen superatus est in campis Pharsalicis. Lucan.

Tresque triumphos.] Pompeius enim semel de Jarbâ rege : iterum de Mithridate : tertio de Aristobulo Judæorum rege triumphavit. Propter quostriumphos sacratus est Cœlis.

792. *Antè Deum.*] Antè J. Cæsarem, quem Romani *Deum* fecerant vivum ac mortuum. Diod. Sueton. &c. Pompeius autem tres suprâ dictos egit triumphos, ante quàm J. Cæsar de ipso triumphasset, ac Romanorum Imperator factus esset.

Tullius.] M. Tullius Cicero, qui apud Latinos princeps Oratorum fuit.

793. *Claudia.*] Familia Appii Claudii, qui dum Sabinis imperavit dictus est *Clausus* : Romæ verò, quo se contulit, *Claudius*. Tit. Liv. lib. 2. Virg. 7. *Æn.* v. 766.

Ecce Sabinorum prisce de sanguine magnum

Agmen agens Clausus, &c.

794. *Emiliaque domus procures.*] Inter quos eminuerunt MamerCUS Ænilius dictator, qui de Fidenatibus triumphavit, teste Tit. Liv. lib. 4. Et Paulus Æmilius, qui Macedoniam & Thessaliam in Romanorum potestatem subegit, quique, ut ait Virg. 6. *Æn.* v. 840.

Es

Cor. P.
Sane veni: color; Alioqui con-
ven, color, vos Causi
q:

LIBER PRIMUS.

795 Et Cato Fortunæ victor; matrisque sub armis
Miles Agrippa suæ; Venerisque ab origine proles
Julia descendit Cælo; Cælumque replevit,
Quod regit Augustus socio per Signa Tonante;
Cernit & in cœtu Divum magnūque Quirinum.

800 Altiūs ætherei quàm candet circulus orbis,
Illa Deūm sedes: hæc illi proxima Divūm,
Qui virtute suā similes vestigia tangunt.

INTERPRETATIO.

& Cato domitor Fortuna; & Agrippa qui miles fuit sub armis matris suæ; & progenies Julia, quæ ex stirpe Veneris venit & Cælo, replevit postea Cælum, quod Augustus ipse gubernat unâ cum Jove tonante inter astra; & videt in societate

Heroiū magnū & diviniū Quirinum. Superius autem quàm circulus gyræ Cælestis albescit, illa sedes, quæ ibi est, domus est Deorum: hæc verò sedes, quæ infra vicina est illi, domus est Heroiū, qui virtute suâ pares facti Diis, tangunt pedes illorum.

ANNOTATIONES.

Ultus avos Troia, Templa & temerata Minerva, &c.

Horat. 1. Carm. od. 12.

Metelli.] Qui licet plebei, victoriis tamen & Magistratibus clari fuerunt. Puta Cæciliū Metellum, qui Pontifex maximus Palladium Troiâ Romam advectum ab incendio substravit, & de Poenis triumphavit. Puta Metellum illum, qui fatis ac rebus urgentibus, filiam immolaturus adduxit, ut classis Romanæ, quam adversus Pœnos & Siculos parabat, ventos adversos placaret ex mandato Caii Julii vatis. Plut.

795. Cato.] Uticensis nempe, qui post Pharsalicam cladem reliquias Pompeiani exercitus contraxit; quique, devictis Scipione, Afranio, & Juba à C. Julio Cæsare, Uticæ in urbe sese gladio percussit. Horat. 1. Car. od. 12. & 2. od. 1.

796. Agrippa.] Marcus Agrippa de gente Vipsianorum, Augusti gener & amicus, qui puer adhuc, quique militiæ rudimenta nonnisi sub matre suâ posuerat, insignis tamen miles fuit in navali pugna contra Pompeium. Virg. 8. Æn. v. 683. Sed quæ fuerit mater ejus, vix constat. Scaliger suspicatur Octaviam. At non mater, sed focrus ejus fuit; etenim duxerat in uxorem Juliam Augusti filiam ex Scriboniâ, ut tradit Dion. Halic. & Petav. rat. temp. 1. p. lib. 4. cap. 1.

Venerisque ab &c.] Etenim Gens Julia dicitur oriunda à Venere. Julius enim

M. MANIL.

Cæsar ab Julio Æneæ filio ex Venere dicebatur oriri. Virg. 1. Æn. v. 29. & seqq. Lucret. lib. 1. v. 1. Quod autem inter astra relatus fuerit J. Cæsar, nemini ignotum est. Horat. 1. Car. od. 12.

— Micat inter omnes

Julium suus, velut inter ignes
Luna minores.

Et Virg. Ecl. 9. & Æn. 8. v. 681.

798. Quod regit Augustus, &c.] Augusto Cæsari blanditur Poëta, quem vult adhuc vivum unâ cum Jove tonante inter astra imperium Universi tenere. Quasi non unus Jupiter domineatur astris. Sic Horat. 1. car. od. 12.

799. Quirinum.] Romulum, qui inter Deos relatus est. Ovid. Fast. 2.

Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino, &c.

801. Deūm.] Deorum magnorum. Duplex igitur est sedes Deorum: altera in viâ Lactæ: altera supra viam Lacteam. Illa sedes est magnorum Deorum: hæc minorum, quos Divos & Heroas vocamus, id est, qui neque Dii sunt, neque homines, sed utrumque simul, ut ait Lucian. 3. mort. Quam quoque diversam sedem bellè distinxit Ovid. 1. Met. Lucretius autem lib. 5. v. 147. & seqq. noluit Cælum esse sedem ac domicilium Deorum.

Divūm.] Divorum, id est, Heroiū, minorum Deorum, ut dixi, qui virtute ac præclarè factis proximè accedunt ad magnos Deos.

N

92
vid an non huc faciunt illa
Virg: Georg l: 3
Equitē docuere sub armis
insillare solo — vid: vero
salmatij nat in Troia: Pollion
p: 323. sub idgac In: apud Moni
qua B. lin ac Virg:

fastigia

Spanhemius de Nummis
p: 63

795 Matris &c. Excecit
Interpres hic locus, qui tam
mibi videtur comitū explicari
posse hoc modo; Veneris
Æneæ mater Armis quæ a
Vulcano imptroaverat Natū
sui induit; Agrippa postea
Mater (quocumq; illa hunc
fuit) Deum etiam filium
ornavit Armis; post, Mater
sub armis.

Hic B. P.

Ac prius incipiam stellis quam reddere vires ;

Signorumque canam fatalia carmine jura ,

805 Implenda est Mundi facies , corpusque per omne

Quidquid ubique nitet , (vigeat quandoque ,) notandum est ,

Sunt alia adverso pignantia sidera Mundo ,

Quæ Cælum terramque inter volitantia pendent ,

Saturni , Jovis , & Martis , Solisque ; sub illis

810 Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus ,

INTERPRETATIO.

Sed antequam aggrediar adscribere sideribus cunctis suas virtutes , & cantem versibus leges fatales siderum , omnis conspectus Cæli est adimplendus , & observandum est illud omne , quod lucet ubique in toto corpore illius , si modo habeat vi-

res aliquas . Sunt igitur alia stella qualibet contraria motu Cæli & qua discurrentes suspenduntur inter Cælum & terram , quæ sunt stellæ Saturni , Jovis , & Martis , & Solis ; infra istas Mercurius , positus inter Venerem & Lunam , movetur ,

ANNOTATIONES.

803. *Ac prius incipiam , &c.*] His 122. v. reliquis agit Poëta de Planetis , ac meteoris ignitis.

807. *Sunt alia adverso , &c.*] His 5. v. notat septem esse stellæ erraticas , quos Planetas vocant : Saturnum , Jovem , Martem , Solem , Venerem , Mercurium & Lunam ; qui adverso Cælo moventur , ut docui v. 15. & quorum alii aliis superiores sunt in æthere , seu in fluido Planetarum Cælo ; unde alii aliis citius aut tardius cursus suos absolvunt , ut jam notabitur.

809. *Saturni.*] Saturnus Planeta nomen habet à Saturno Deorum antiquissimo : supremum inter ceteros occupat locum ; periodumque suam non nisi post an. 30. aut circiter absolvit : circa terram veluti circa centrum suum movetur : unica olim credita est stella ; Galileus tamen ope telescopii sui observavit illum tribus constare stellis , quarum major media esset , minores verò duæ ad utrumque latum quasi satellites aut comites adessent . Quæ tres stellæ figuram oblongam instar olivæ oculis exhibere sibi visæ sunt . Verùm Christianus Hugenius ope telescopii novi novam hujusce Planetæ figuram ac variam quidem observavit , an. 1656 . Conspexit igitur vir ille perspicax Saturnum cum brachiis utrimque secundum lineam rectam extentis ,

quorum extremitates modò teretes , modò verò acutiores apparuerunt , & quæ veluti duas ansas imitarentur . Postea observavit , quæ duo sibi visæ sunt brachia ad utrumque latum disci seu corporis sphaerici Saturni , quasi circulum adimplere , qui totum Saturni corpus seu discum circumcingeret , quique modò oblongus , modò sibi conjunctus , modò latius extensus cerneretur , pro vario motu illius Planetæ , varioque illius aspectu . Nos unam hujusmodi figuram curavimus hic apponi , ex qua ceteras dignoscere facile est : vel consulendum systema Saturnium Christiani Hugenii , qui varias omnes , quas hujusce Planetæ observavit , figuras excudi curavit in libello suo . Præterea , modò non circulum , sed quasi duos globos lucidos circa discum Saturni vidit , & ab eo distinctos non multum : modò ad utramque circuli oblongi extremitatem eisdem globulos duos hinc inde conspexit : modò aliam figuram sibi apparuisse testatur . Res fuit notatu dignissima . Figuram apposuimus pag. seq. Fig. 7.

Jovis.] Jupiter Planeta , qui proximum à Saturno tenet locum , dictus à Jove Deo Optimo Maximo . Cursum peragit post an. 12. circa terram tantam circa centrum circumvolvitur ; unica est stella , quæ quatuor tamen adstantes stellæ habet , quas *Jovis* sç-

tellites vocant. In disco Jovis duæ Zonæ cernuntur ope telescopii, quæ modò propius, modò longius à se distant, sed cætero corpore Jovis magis candidæ. Hugen. *System. Saturn.*

Mavis.] Mass Planeta volvitur infrâ Jovem, à Marte Deo nomen habet: cursum absolvit 2. an. aut circiter, hoc est post an. 1. & dies 322. movetur circa terram, veluti circa centrum suum. Unica est stella. Pariter in disco Martis Zona seu fascia subobscurior cernitur, quæ media est in ejus corpore, mediâque disci partem aut circiter occupat. Hugenius in *System. Saturn.* Citâ Martem nulli comites.

Solis.] Sol medium inter Planetas locum occupat: circa terram movetur: cursum absolvit an. 1. id est, diebus 365. hor. 5. & minut. ferè 49. In disco similiter Solis licet perlucido maculæ tamen observantur.

810. *Mercurius.*] Planeta est à Mercurio Deorum nuntio dictus: volvitur inter Venerem & Lunam, sed circa Solem tanquam circa centrum suum: periodum suam absolvit diebus 80. Circâ Mercurium nulli satellites seu comites circumferuntur.

Venerem.] Stella Veneris Solem inter & Mercurium movetur: periodum ab-

solvit mensibus 9. Dicitur & stella *Jovionis: Hesperus; Vesper; Lucifer &c.* sed de his v. 177. Apparet autem maxima, quia, Lunâ exceptâ, omnium est infima: movetur circa Solem: circa Venerem nulli comites visuntur circumferri, *Lunâque.*] Planetam omnium infimum; qui circa terram movetur, absolvitque periodum suam diebus 27. & horis ferè 8. Dicitur à Poëtis, forðr Phœbi, à quo lumen mutuatur: Diana: filia Hyperionis &c. In disco Lunæ plures visuntur maculæ. His autem sex versibus periodus motûs cujusque Planetæ continetur.

Annis triginta Saturnus conficit orbem:

Signiferum absolvit duodenis Juppiter annis:


Mense quater seno trux circuit astra Gradivus:

Curriculum Titan bis senis mensibus implet:

Conficit atque Venus totidem: totidem quodque Stilbon:

Omnem mense polum Phæbe nocturna pererrat.

In hac autem figurâ 8. descripsimus characteres Planetarum, quibus vulgò signantur.



VIII. Fig.

Pag. 99.

Sunt etiam raræ fortis natalis, euntes
 Protinus & raptim, Subitas candescere flammæ
 Aëra per liquidum, tractosque perire Cometæ
 Rara per ingentes videntur sæcula motus.
 815 Sive quod, ingenitum terrâ spirante vaporem,
 Humidior siccâ superatur spiritus aurâ:
 Nubila cum longo cessant depulsa sereno,
 Et Solis radiis arefcit torridus aër,
 Aptæ alimenta sibi demissus corripit ignis,
 820 Materiâque sui deprendit flammâ rapacem,

arde = B.

capacem B. P.

INTERPRETATIO.

Sunt quoque ignes, qui sunt natura tenuis, in eâ generatur, vapor humidior quàm ex-
 qui generantur, & transcurrunt illic & halatio arida vincitur: & tunc, quando
 cum impetu. Sæcula, non omnia quidem, vi-
 derunt ignes repentinos albescere per fluidum
 aëra, & Cometæ subito evanescere, qui
 per longos cursus protracti fuerant. Si
 quia, tellure emittente exhalationem, qua
 materiam, qua facili concipit illum,

ANNOTATIONES.

811. *Sunt etiam.* &c.] Supl. ignes, qui naturæ sunt rara, id est, tenuioris, nec solidæ, ac permanentis. Loquitur autem de Meteoris ignitis, quæ in æthere & aëre gignuntur: sed quæ protinus prætereunt & evanescunt, v. 823. & seqq.

813. *Cometæ.*] Cometa genus est meteoris igniti, quod in exemplum adducit Poeta, ut ostendat non diuturna esse meteora, cum breviter abeant ipsi Cometæ. Namque ut ait Plin. lib. 2. c. 2. Brevissimum, quo cernuntur Cometa, spatium septem dierum est annotatum: longissimum autem, octoginta. Et Senec. 7. nat. 21. Sex mensibus hic Cometa, quem nos principatu Neronis latissimo vidimus, spectandum se præbuit. Qui visi sunt Parisiis annis 1475. 1577. 1618. 1664. & 1665. sex mensibus, aut hebdomadis viginti duabus: vel ut plurimum per tres menses visi sunt.

815. *Sive quod.* &c.] His 6. v. primam reddit causam Cometarum ex mente Aristotelis, qui lib. 1. meteor. c. 7. docet Cometam nihil aliud esse, quàm exhalationem calidam & siccam, quæ suprà aërem eversa, & in eam re-

gionem perveniens, in quâ est æthereuma, id est, congenæ materies, illig ex motione superiorum corporum accendatur, luceat, ac motionem accipiat: & si cui fortasse stellæ sit supposita illa exhalatio, tum ipsi comam seu crines affingat, tum motum ejus imitetur. Nec unus Aristoteles id sentit: sed plerique Stoicorum, ut ait Seneca lib. 7. c. 20. & Chaldæi, & Xenophanes, qui tamen non exhalationem, sed nubem accensam esse voluit, teste Plut. 3. plac. 2. Huc spectat pariter quod Strabo apud Plut. citatum, existimat non ignem esse, sed siderum lucem nube densâ coercitam: & quod Heraclitus ait, esse nubem sublimem sublimi luce illustratam.

819. *Demissus.*] Ignis enim ille descendit vel à Sole: vel ab astris: vel ab igne æthereo, vaporemque in aëris supremam regionem, ut aiunt, eversum, accendit, unde nascantur Cometæ. Aut saltem accenduntur Cometæ, & cætera ignita meteora per antiperistatium.

820. *Materiam, rapacem.*] Nimirum exhalationem terræ sicciorē, & calidiorē, quæ in æthera eversa ignem, corripit.

Et quia non solidum est corpus, sed rara vagantur
Principia aurarum, volucrique simillima fumo,
In breve vivit opus, cœptoque incendia sine
Subsistunt pariterque cadunt fulgente Cometâ.

825 Quod nisi vicinos agerent occalibus ortus,
Et tam parva forent accensis tempora flammis,
Alter nocte dies esset, Cœlûmque rediret,
Immersum & somno totum deprnderet Orbem,

830 Tum quia non unâ specie dispergitur omnis
Aridior terræque vapor comprehenditur igne,
Diversas quoque per facies accensa feruntur
Lumina, quæ subitis existunt nata tenebris.

Nam modò ceu longi fluitent de vertice crines,
Flamma comas imitata volat, tenuisque capillus
835 Diffusos radiis ardentibus explicat ignes,

INTERPRETATIO.

Et quia materia non est dura: sed sunt tantum minima semina exhalationum, quæ volitant, & quæ sunt simillima levi fumo. idèd Cometâ durat in breve tempus: & ignes existunt simul & pereunt. cum Cometâ fulgeat tantum inchoato jam intuitu suo. Quod si ignes illi non habeant initia proxima suis finibus, & si diuturnitates illorum non essent admodum breves, postquam illi ignes sunt accensi, dies alter foret de nocte, Cœlum reverteretur, & re-

periret omnem orbem terrarum sepultum sopore. Deinde quia tota exhalatio terra scior. quàm par est, non distribuitur in unum solum genus meteori, nec corrigitur unâ solâ flammâ, hinc fit ut ignes accensi & exorti in repentinis noctibus, abeant pariter in varias figuras. Etenim nunc, quasi prolixi capilli volitent de summo capite, ignis ille referens similitudinem capillorum fluitat & pauci crines effundunt passim flammâs, quæ dispergantur in radios fulgentes.

ANNOTATIONES.

821. Et quia non solidum, &c.] His 8. v. probat Cometâs diuturnos esse non posse, nec semper permanere, cum ex vaporibus accendantur, quæ rare sunt ac tenues, similesque fumo. Deinde arguit absurditatem, quæ inde sequeretur, nempe diem fore perpetuum, ac lucem sempiternam; cum aliquando ita maximè fulgeant meteora illa ignita, ut diei lucem imitentur.

827. Alter. Gemb. Bene, ut ex ipsâ interpretatione patet. At Rom. Alius, id est, profundus. Minus bene.

829. Tum quia &c.] His 4. v. monet ignes illos de nocte in aëre accensos in varias abire species, ac figuras, quas ex ordine recenset.

833. Nam modò. &c.] His 5. v. duplicem distinguit Cometarum speciem; alteram Crinitorum: alteram Barbatorum. Cometâ Crinitus dicitur, qui hinc inde circum, seu in orbem, emittit ignes

suos instar capillorum è vertice capitis effusorum. Barbarus verò, qui radios suæ lucis in unam tantum partem diffundit, in modum barbæ prolixioris. Hi duo verè Cometæ appellantur ab Aristotele: cætera enim ignita meteora ad hos duos referri possunt. Namque Cometâ Discens, qui sub formâ disci visitur: Pisthetes, qui sub figurâ dolii: Hippens, qui sub equinis júbis, celeriter motis & in orbem euntibus, ad primam Cometarum speciem referuntur. Acontius autem, qui sub jaculi formâ: Xiphias, qui sub nitore gladii: Ceratias, qui sub cornu specie: Lampantius, qui faciem ardentem imitatur, ad ipsam Barbari Cometæ speciem revocantur. In omni autem Cometâ duo notantur, caput & cauda. Caput, globus est anterior, qui constanter rotundus est: cauda, crines sunt, qui in longum ducti funduntur retrò.

N iij

Immersum R.P.
Javertam G:

223 Cy: capis, in India
fine: ut calo fini adieu.
Salust: fine iniquum ingre
Dixerat mare; balum quo
incipiant et ipse. Dixerat:
G:

824 Ophimi Ven: cadunt
fulgentes, Cometæ:

facies crinibus B.P.

passor aut sparsor G:

vis signis tur B.P.

crantij B.P.

jaculantur B.P.

Nunc prior hæc species dispersis ignibus exit,
Et globus ardentis sequitur sub imagine barbæ,
Interdum æquali laterum compagine ductus
Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.

- 840 Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis
Procero distenta utero; parvosque capillos
Mentitur parvos ignis glomeratus in orbes.
Hirta figuratur tremulo sub lumine messis:
Lampadas & fissas ramosos fundit in ignes.
845 Præcipites stellæ passimque volare videntur;
Cum vaga per liquidum scintillant lumina Mundum:
Et tenues longis jaculantur crinibus ignes,

INTERPRETATIO.

Modò hac prima figura exoritur cum flammis dispersis, & globus exurgit sub similitudine barbæ fulgentis. Aliquando globus ille conformatus in similem comisturam laterum, reddit vel trabem quadrangulam, vel columnam oblongam. Imò etiam, ignibus illis turgentibus, adæquat cados distentos in ingentes alvos: & flamma coacta in parvos globos effingit parvos capillos. Vel etiam spica hirsuta effingitur sub luce micanti. Et ignis spargit facies quæ finduntur in ramosas flammæ. Et stella cadentes cernuntur ubique volitare, quando ignes discurrentes per aëra fluidum micant: & flammæ rara vibrantur cum prolixis capillis,

ANNOTATIONES.

838. Interdum æquali, &c.] His 2. v. alia duo meteoia ignita notat, Trabem, & Columnam. *Trabs* dicitur, quia in modum trabis quadratæ effingitur, qualem olim vidit Anaxagoras, ut tradit Seneca. *Columna*, quia in modum teretis columnæ lucet; qualis apparuit anno 1024. ut testatur Cedrenus.

840. Quinetiam tumidis, &c.] His 3. v. notat *Pisihetem* Cometam, qui sub formâ doli apparer.

841. Parvosque capillos.] Rom. Benè, omnia enim Cometarum genera quasi capillitium aliquod emittunt, illudque majus aut minus pro suâ specie. Cometa quippè dicitur à voce Græcâ *κῶμη*, comâ, v. 834.

Flamma comas imitatur volat, tenuesque capillos.

Quamquam Gemb. habet: *Parthosque capillos*. Fortè quia Parthi olim omnes comati. Undè cum ægrotanti Vespasiano nuntiatum esset Cometam in aëre apparere, id portentum voluit à se eludere,

dum non ad se, qui calvus erat, sed ad regem Parthorum, qui comatus, pertinere respondit. Dio. in Vesp. Prior tam lectio mihi magis arridet.

843. Hirta, &c.] His 2. v. notat dubia meteoia genera, *Spicam* ardentem, & *Facem*. Illa hirsutæ spicæ speciem imitatur: hæc facies ardentis figuram.

Figuratur.] Scal. benè. At Rom. *Figurantes*, mendosè.

845. *Præcipites stella.*] His 5. v. designat meteorum illud, quod vulgò *stella cadens* dicitur. Plinius autem lib. 2. c. 8. docet *stellas cadentes* nihil aliud esse, quàm aliquid humoris liquidi ignitum, ex astris decidens propter abundantiam illius: sicut ex lucernâ decidit aliquid olei accensi. Reverà stellæ non sunt: sed, ut ait Arist. 1. meteor. si exhalationis longitudines per partes exiguas & frequentes, æqualisve latitudinis & magnitudinis, sparsæ fuerint, stellæ fiunt, quæ videntur profluere. Virg. 1. Geor. v. 365.

847 vsm: Et tenues longis jaculantur crinibus ignes
Excurrentq; Polum—

urunt B. P.

- Exiliuntque procul volucres imitata sagittas;
 Arida cum gracili tenuatur semita filo.
 §50 Sunt autem cunctis permixti partibus ignes;
 Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes;
 Et penetrant terras, Ætnamque minantur Olympo;
 Et calidas reddunt ipsas in fontibus undas;
 Ac silice in dura, viridique in cortice sedem
 §55 Inveniunt, cum sylva sibi collisa crematur.
 Ignibus usque adeo Natura est omnis abundans.
 Ne mirere faces subitas erumpere Cælo;
 Aërâque accensum flammis lucere coruscis,
 Arida complexum spirantis semina terræ,
 §60 Quæ volucer pascens ignis sequiturque fugitque;
 Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen

*Ætna, imitantur Olympo:**Ætna, minantur Olympo.*

INTERPRETATIO.

Exiliunt longe passim illæ flammæ referentes similitudinem volucrum sagittarum, quando scilicet via exsiccata minuitur in lineam exilem. Porro sunt ignes dispersi in omnibus partibus Universi, sunt qui excurrentes fulmina continentur in tumidis nubibus; & sunt, qui continentur intus in terris & minantur Cælo. Ætna: sunt quoque qui reddunt aquas calidas in ipsis fontibus; sunt & qui reperiunt locum in rigido saxo, & in viridante cortice arbo-

rum, quando scilicet nemus contritum ad se invicem comburitur. Usque adeo totum Universum plenum est ignibus! Igitur noli admirari lampadas repentinas exilire de Cælo, & æthera inflammatum ignibus micantibus ardere, quippe qui recipiat siccas exhalationes, quas terra emitit & quas flamma velox, nutriendi sese ex illis, & arripit avida, & relinquit; siquidem cernere est coruscationes, quæ emittunt lucem micantem

ANNOTATIONES.

§48. Exiliuntque.] Gemb. benè; procul enim profluunt illæ stellæ cadentes; sive sursum, sive deorsum, sive ad dextram, sive ad sinistram, aut quoquo versum ferantur; velocisque sagittas imitantur. At Scal. exurguntque: minds benè. Rom. exurguntque: malè.

§50. Sunt autem.] His 13. v. rationem aliquam reddit, cur meteora illa ignem in æthere, aère, ac nubibus corripiant. Quippe quia ignes sunt in æthere, aère, ac nubibus, sicut & in cæteris Universi partibus. Loquitur autem ex mente Hippasii & Heracliti, qui Mundum ex igne, tanquam ex semine ac primo principio exortum voluerunt, v. 132. supra.

Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes,

Quæ Mundi fecere oculos, habitantque per omne, &c.

Et Lucret. lib. 6. v. 245. & seqq.

§51. Fabricantes fulmina.] v. 134.

§52. Ætnamque minantur Olympo.] Sic castigo; Gemb. habet, minatur: malè. Rom. & Vulg. imitatur: pessimè. Benè autem, Ætnamque minantur Olympo: Supl. ignes, qui terras penetrant, quique Cælo minantur Ætnam. Ætna quippe mons est Siciliæ, qui perpetuum ignem evomit ac eructat in aërem, quasi Cælos incensurus. Claud. de monte Ætna.

Nunc movet indigenas nimbos, piceæque gravatum,

Ecdat nube diem nunc motibus astræ laceffit, &c.

Sed de variis flammæ Ætnæ causis agemus in 6. lib. L. icret. v. 630. & seqq. Olympo.] Cælo v. 178.

§57. Faces.] Omne meteorum ignitum genus.

§59. Semina terra. Exhalationes & vapores terræ, quibus, velut alimentis, Cometæ pascuntur in æthere, v. 815. & seqq.

in volucres B.P.

Imbribus in mediis ; & Cælum fulmine ruptum ;

Sivè igitur ratio præbentis semina terræ ,

Involvens ignes potuit generare Cometas :

865 Sivè illas Natura faces ob juncta creavit

Sidera , per tenues Cælo lucentia flammæ :

Seu trahit ad semet rapido Titanius æstu ,

INTERPRETATIO.

in mediis nimbis ; & Cælum ipsum , quod formavit illas lampadas ex stellis simul frangitur fulmine. Ergo sivè natura terra junctis & lucentibus in Cælo propter exiguos ignes : sivè globus Solaris per talorem suum rapacem attrahit ad seipsum , suppeditantis alimenta , complexa flammæ

ANNOTATIONES.

861. Cælum.] Æthera , aërem , aur nubes aërias potius , quas fulminis ignis frangit , ut deorsum in terras erumpat. Lucret. lib. 6. v. 199.

———— & ignes ,

Semina convolvunt è nubibus atque ita cogunt ,

Multa rotantque cavis flammam formacibus intus ,

Donec diversâ fulserunt nube corusci , &c.

863. Sivè igitur . &c.] His 9. v. varias Philosophorum opiniones refert de verâ Cometarum causâ ac materiâ. Duobus prioribus vers. repetit sententiam Aristotelis , quam supra proposuerat v. 815.

864. Involvens ignes.] Scal. Benè. At Rom. In volucres ignes. Malè. Vulg. Cur volucres ignes. Mendosè.

Possit.] Gemb. Benè. Scal. Possit. minùs eleganter.

865. Sivè illas Natura , &c.] His 2. v. Democriti & Anaxagoræ de Cometis sententia notatur , qui , testibus Aristotele 7. meteor. Plutarch. 3. plac. 6. & Laërt. lib. 2. docuerunt Cometas nihil aliud esse , quàm Planetarum , seu erraticarum stellarum duarum vel plurium vulgò non apparentium σύμφασιν , coapparitionem , & σύνοδον , congressum ; aut ἀντίλαμψιν , reflexum fulgorem ; vulgò resplendescensiam , ut ita dicam , Planetarum , aut stellarum illarum erraticarum , seu inter se , seu cum stellis fixis ; & ferè eo modo , quo speculis multis lucem in se invicem reflectentibus , nescio quid stellæ simile videtur. Sic

enim rem explicat Seneca c. 19. Zeno noster in illâ sententiâ est. Congruere judicat stellas , & radios inter se committere ; hæc societate luminis existere imaginem stellæ longioris , &c.

Ob juncta.] Gemb. Benè , ut ex dictis patet. Vulg. Objuncta. Mendosè. Scal. Ob cuncta. Malè omninò.

867. Seu trahit , &c.] His 5. v. tertia de Cometis sententia continetur , quæ fuit Diogenis , Apollonii Myndii , Senecæ , & Chaldæorum. Senec. cap. 22. & 27. Plutarch. 3. plac. c. 13. De quorum sententiâ Stobæus hæc habet Ecl. Phys. Præter planetas vulgò apparentes , alias esse stellas , quæ aliquandiu quidem inconspicua sint , quoniam sursum præcùl à nobis feruntur ; interdum verò appareant , facta scilicet humiles (& sic ad universa delata) tuncque Cometa ab iis vocantur , qui stellas esse nesciunt. Videri porro evanescere cùm ætheris profunditatem , ut pisces maris fundum , subeuntes , in regionem suam sursum referuntur. Ita fuisse homines testatur Plinius , qui hæc sidera perpetuo esse credens , suoque ambitu ire , sed non nisi relicta à Sole cerni. Unde ut ait Seneca cap. 22. reponenda inter opera æterna Natura. Rem autem præclarâ comparatione explicat Manilius. Sicut enim Mercurii , aut Veneris Planeta modò cernitur , modò subducitur oculis nostris , prout sub radiis Solis , aut præcùl ab iis lucet : ita variz illæ stellæ per regionem ætheream diversimodè discurrunt , modò cernuntur , modò fugiunt oculos , prout magis aut minùs

Involvitque

Involviturque suo flammantes igne Cometas;
 Ac modo demittit, sicut Cyllenius orbis,
 870 Et Venus, accenso cum ducit vespere noctem,
 Sæpe micant, falluntque oculos, rursusque revivunt;
 Seu Deus instantis fati, miseratus in Orbem
 Signa per affectus Cœlique incendia mittit.
 Numquam futilibus concanduit ignibus æther;

Sæpe micant B.
= vultus B. P.
ex = B.

INTERPRETATIO.

at infert secum Cometas accensos ex igne suo, & nunc rejicit illos à se; veluti globus Cyllenius, & Venus, quando ipsa inducit tenebras noctis vespere incenso, sæpe lucens, & decipiunt visus nostros;

& iterum redeunt. Si vero Deus commotus fatali casu, qui imminet Orbi terrarum, dat signa illius casus per has affectiones, & per hos ignes Cœli. Etenim nusquam æther arsit ignibus inutilibus,

ANNOTATIONES.

accedunt ad Solem, aut ab eò recedunt, quasi lumen reflexum non emittant, nisi ab uno Sole acceptum.

Titanus.] Sup. orbis, quæ vox tertio sequenti versu ponitur. Titanus autem orbis, id est, Sol, qui Titan dictus est vel à verbo Græco *τῆτις*, ostendo, quippe qui radios lucis suæ per totum Universum extendat ac diffundat: vel à Fabulis, quibus fingitur Titan Solis pater. Titan enim primus creditur Solis motum observasse ac demonstrasse. *Paulan. in Corinth.*

869. *Cyllenius orbis.*] Mercurii Planeta. Mercurius enim dictus est *Cyllenius*, à Cyllene monte, in quo natus est, v. 33.

870. *Venus.*] Veneris Planeta, v. 177. 310.

871. *Sæpe micant falluntque oculos.*] Uterque enim Planeta, Mercurius & Venus, cum circa Solem volvantur, quod propius ad eum accedunt, nusquam cernuntur, sed in ipsis Solis radiis quasi involvuntur: ubi verò ab eo recesserunt eosque demisit Sol, tunc micant & conspiciuntur. Hinc fit, quia Mercurii Planeta propius ad Solem accedit, ut vix alicui fuerit conspicuus.

872. *Seu Deus, &c.*] His 48. v. quartam, quæ vulgi est, de Cometis opinionem refert. Vulgus enim credit Cometas à Deo creati in aëre, ut nobis signa sint calamitatum, ac fatalium eventuum, quos Cœlum terris ac mor-

talibus minatur. Unde Manilius ait Cometas signa esse sterilitatis agrorum, morborum, ac pestis, qualis olim populata est Athenienses: & bellorum, tum exterorum, tum civilium, quale fuit bellum Pharsalicum, Asiaticum, & Siculum servile. Sed quàm vana sit hæc opinio, jam docebimus.

873. *Affectus.*] Affectiones, id est, alterationes, mutationes &c. Gallicè, *disposition, changement dans le Ciel*, Cic. de Fat. & i. Divin.

874. *Numquam futilibus, &c.*] Sic Claud. de bello Get.

Et nunquam Cælo spectatum impund Cometam.

Vulgus igitur existimat à Cometis creati sterilitates agrorum, famem, pestem, bella, principum interitus, cladem, cæteraque similia: sed quàm vana sit hæc opinio, imò quàm nulla sit ratio, patet vel ex eo uno, quod, nullo etiam prælucente Cometâ per aëra, nihilominus hæc omnia mala terris contingant. Deinde quod aliis regionibus, aut hominibus malum creditur accidisse, id aliis terræ partibus aut populis salutare bonum vertitur. Quid ergo Cometas lethales, diros, ac timendos dicimus potius, quàm salutare, benignos, ac amabiles? Præterea, quod à Deo dentur ad aliquid significandum, non inficior: sed interim undenam constat id ita fieri? Præclare Seneca lib. 1. c. 1. Ergo tu in tantis erroribus es

M. MANIL.

O.

875 Squalidâque elusi deplorant arva Coloni,
 Et steriles inter sulcos defessus arator
 Ad juga mœrentes cogit frustrata juvencos,
 Aut gravibus morbis, & lentâ corpora tabe
 Corripit exustis lethalis flamma medullis,
 880 Tabentésque rapit populos; totâsque per urbes,
 Publica succensis peraguntur fata sepulchris,
 Qualis Erichtheos pestis populata colonos
 Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
 Alter in alterius labens cùm fata ruebat,
 885 Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant;

olim
 pestis

INTERPRETATIO.

⊗ Agricola frustr. si conquerruntur agros
 vastatos; ⊗ agricola fatigatus inter sul-
 cos infacundos; jungit tristes tanvos ad
 juga jam frustra imposita. Vel ille ignis
 mortifer cruciat corpora hominum morbis
 atrocibus ⊗ languidâ lue, medullis intus
 adustis, ⊗ enecat gentes languidâ morbo;

⊗ publica funera sunt, tumulis accensis
 per omnes civitates. Cujusmodi fuit pesti-
 lentia, qua abripiens civēs Erichtheos so-
 pelivis priasas Athenas per funera, quæ
 fiebant tempore pacis, quando unus cade-
 bat in morsem alterius. Nec locus erat
 scientia medicæ, nec preces erant utiles;

ANNOTATIONES.

ut existimes Deos mortium signa pramit-
 tere, ⊗ quicquam esse in terris tam ma-
 gnum, quod perire Mundus sciat? Pre-
 clarius Manilius infra v. 903.

Sepè domi culpa est. Nescimus cre-
 dere Cælo.

881. Fata.] Interius, funera; v. 1.

882. Qualis Erichtheos. &c.] His 9.
 v. breviter describit pestilentiam illam,
 quæ olim totas Athenas populata est:
 cujus Thucydides lib. 2. cap. 9. longam
 instituit narrationem, quàmque Lucre-
 tius lib. 6. ult. 144. v. eleganter comple-
 xus est. Tanta autem fuit illa pestis, ut
 neque tot hominum interitus uspiam
 accidisse memoretur, inquit, Thucyd.

Erichtheos.] Athenienses, qui Brich-
 thei, & Erichthonii dicti sunt ab Eri-
 theo quarto Athenarum rege.

883. Extulit.] Verbum funebre. Ef-
 ferri enim, aut efferri cadaver, dicitur
 cùm cadaver sepelitur, aut funus cele-
 bratur. Efferrî quippè est quasi extra
 urbem ferri. Veteres enim corpora se-
 peliebant extra urbem, nisi eorum,
 qui gessissent magistratus: honestiores
 tamen circa vias. Unde frequenter Epi-
 taphia ad viasores diriguntur.

Athenas.] Urbem Græciæ celeberrî-
 nam. Athenas autem dixit, pro Athe-
 niensibus, civitatem pro civibus, v. 243.

884. Fata.] Interitum, mortem; v. 1.
 885. Nec locus artis erat medicæ,] Lu-
 cret. lib. 6. v. 1224.

Nec ratio remediî communis certa
 Thucyd. cit. Ἐθνησιν τὴν οἰκίαν ἀμύσειν,
 οἱ τὴν καὶ παρὰ τὸν πόρον ἐν κατέστη
 ἰαμα, ὡς εἰπὴν, ὁ πρὸς ἀποσφύριτας
 ἀφελῆν, id est moriebantur autem aliis
 incuriâ, alii etiam cùm studiosè curarentur:
 nullumque ferè certum fuit remedium,
 quod adhibuit profuerit.

Nec vota valebant.] Thucyd. ὅσα τὴν
 πόλιν ἱερὰς ἰκάνουσιν, ἢ μαντοίαις, καὶ
 τοῖς τοῖς ἐχρήσαντο πάντα ἀνφελῆ
 ἦ. Θεοδωτὸς τὴν αὐτὴν ἀπίσταν. ὡς
 καὶ κατὰ νικητὰς. Id est, Omnes etiam
 supplicationes ad Tempia factæ, & omnis
 opera, quæ aut in oraculis sciscitandis, aut
 in aliis hujusmodi rebus, usi fuerant, hac
 omnia nullius usui erant: tandemque victi
 magnitudine mali hac missa fecerunt. Lucr.

Nec jam religio Divum, nec Numina
 magni
 Pendebantur, enim præsens dolor ex-
 superabat.

per funera pacis
 ut apud Juvenalem sat. 4.
 v. 107 plures de pace triumphos.
 v. lib. 2. v. 589 Pacis etiam,

Cesserat officium morbis, & funera deerant
Mortibus, & lacrimæ. Fessus defecerat ignis;
Et coacervatis ardebant corpora membris.
Ac tanto quondam populo vix contigit hæres.

890 Talia significant lucentes sæpè Cometæ.
Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur
Ardentes sine fine rogos, cum Mundus, & ipsa
Ægrotet Natura novum sortita sepulchrum.

Quin & bella canunt ignes, subitòsque tumultus,
895 Et clandestinis surgentia fraudibus arma.
Externas modò pergentes ut fœdere rupto
Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,
Infecitque trium legionum sanguine campos,

INTERPRETATIO.

remedium deerat morbis; & exequia & lacrima deerant funeribus. Ignis rogorum defatigatus cessaverat, & corpora cremabantur cum omnibus corporibus collectis in unum. Et vix superstes fuit hæres huic genti, qua olim tam numerosa fuit. Cometa fulgentes portendunt plerumque ejusmodi mala. Interitus sequuntur flammæ istas Cæli, & minitantur

terris pyras perpetuò accensas, siquidem jam Universum & tota Natura nacta recentem tumulum languescit. Imò etiam faces Cœli prædicunt bella, & repentinas seditiones, & bella quæ exoriuntur ex dolis secretis. Sicut nuper, quando pæce violatâ à populis exteris, ferox Germania abstulit ducem Varum, & tinxit agros suos cruce trium legionum Romanarum,

ANNOTATIONES.

886. Funera deerant, &c. Luctet. lib. 6. v. 1276.

Nec mos ille sepultura remanebat in urbe,

Quo prius hic populus semper consuevit humari.

Perturbatus enim totus strepidabas, & unus

Quisque suum pro te consortem mœstus humabat.

Scilicet, teste Thucydide, in rogam alienum eos antevertentes, qui exstruxerant, alii suum cadaver imponebant, facèsque subdebant: alii, cum aliud cadaver combureretur, suo insuper injecto, discedebant, &c.

891. Funera cum facibus &c.] Fata & interitus comitantur Cometæ. His 3. v. iterum notat fatales Cometarum effectus, non uni aut alteri terrarum regioni: sed & toti Universo. Quasi futuri sint in Cœlis Cometæ antè extremum Mundi interitum ex igne. Sanè videtur hæc excerptisse è sacris codicibus. Luc. c. 21. Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium, &c.

893. Natura.] Mundus, Universum, v. 164.

894. Quin & bella canunt, &c.] His 8. v. docet Cometæ præsertim etiam portendere bellorum clades, Regnorum everfiones, ac principum interitus. Tibull. lib. 2. Eleg. 5.

— Belli mala signa Cometæ. Sil. lib. 4.

Regnorum everfor rubuit lethale Cometæ.

In cujus rei fidem Manilius notat bellum, quod Varus Quintilius Romanus, Galliæ Cisalpinæ præfectus sub Augusto Germanus intulit, in quo cecidit ipse, cæsarque sunt tres Legionæ Romanæ. Quod quidem bellum multi Cometæ in aëre visi præcesserant.

897. Germania.] Regio Europæ notissima, Allemagne.

Varum.] Q. Varum, ut monui, qui ab Arminio Germanorum Cheruscorum, hoc est, Transrhenorum duce cæsus est, & cujus ope Virgilius olim amissos recuperavit agros, unde laudes ejus prosequitur Eclog. 6. Horatius verò 1. Carm. od. 24. mortem ejusdem deflet.

Τε ἐλαδε βαρὺνα Διὸς ῥέβρις ἑ: 56:

ἄι τε κορυφαὶ τῶν Ἀλπεων τῶς

συμπληρώκεται ἔτι Ἀλλήλας Arserunt toto passim minitancia Mundo
ἡ κίονας τρεῖς πυρώδεις, 900 Lumina, & ipsa tulit bellum Natura per ignes;
ἀνγκέναι ἔδωξαν· ἡ δ' ὕβρις Opposuitque suas vires, finemque minata est.
φλεγόμενα ἔδωκε: ἡ δ' αὖτις Sæpe domi culpa est. Nescimus credere Cælo.

ἡ κορυφαὶ συχνοὶ ἄμα Civiles etiam motus, cognatæque bella
κατεφαινοντο, ἡ δ' ὄρατα 905 Significant. Nec plura aliàs incendia Mundus
ἄπ' Ἀρκίς φερόμενα, πρὸς τὰ Sustinuit, quàm cùm ducibus jurata cruentis
τῶν Ρωμαίων στρατόντα Arma Philippæos implerunt agmine campos,
προστίπειν ἔδωκε:

M. MANILII

INTERPRETATIO.

faces minaces fulserunt ubique in toto Cælo, & ipsa Natura insulis bellum istud per suas flammæ in Cælo, & objicit suas vires, & minata est exitium extremum. Neque admireris istas fatales clades hominum, ac rerum, Etenim plerumque causa ignorantix hujus nobis est domestica. Neque enim scimus fidere Cælo. Cometæ portentant etiam seditiones civiles, & bella domestica. Neque Cælum prætulit olim plures ignes, quàm cùm bella jurata inter duces sanguinarios impleverunt exercitu agros

ANNOTATIONES.

900. *Natura.*] Mundus, Universum, v. 194.

902. *Nec mirere, &c.*] His 2. v. Epiphonemata est, quo Poëta monet lectorem ne miretur si cladum ac fatalium eventuum, quos sequuntur Cometæ, causa lateat sibi, cùm ipsa sua ignorantia in causâ sit; quippè qui Cælorum, ac siderum vires ac jura non satis pernoscat. Quia igitur causas Cometarum ignoramus, in vanas ac fabulosas cogitationes abimus. En quod ait:

Sæpe domi culpa est. Nescimus credere Cælo.

904. *Civiles etiam motus. &c.*] His 16. v. docet non exteriorum modò: sed & civilium bellorum signa esse Cometæ. In cujus rei argumentum tria dat exempla. 1. Civilis belli, quod ex unâ parte M. Brutus & Cassius, J. Cæsaris interfectores: ex alterâ parte Augustus, Antonius & Lepidus excitaverunt; & quo apud campos Philippæos Brutus & Cassius cæsi sunt. 2. Belli civilis Aëtiatici, quo Augustus apud Aëtium navali pugna devicit Antonium & Cleopatram. 3. Belli civilis Siculi, quo Sext. Pompeius, Pompei magni filius, navali quoque prælio superatus est ab Augusto, qui armis & viribus fervoribus usus est, quos undique sibi in auxilium convocataverat. hæc autem præsertim memorat

bella in laudem Augusti, cui suum hoc opus dedicat, ut monui v. 7.

906. *Quàm cùm &c.*] His 6. v. primum civile bellum notat, quod multi diri Cometæ, multaque prodigia præcesserunt: De quibus contule Virg. 1. Georg. à v. 463, ad v. 497. Hujus enim belli futuri signa dederunt aër per volucrum importunos cantus: terra per canum obscenorum latratus, per pecudum insolitas voces, per vomitus flammæ ætæ &c. Mare per insolentes tempestates &c. Cælum per Solis defectum, ac Cometarum apparitiones. Namque ut ait Virg. citatus:

Non aliàs Cælo ceciderunt plura sereno

Fulgura: nec diri toties arsere Cometa, &c.

Ducibus.] Putà Augusto, Antonio & Lepido, qui datâ dexterâ juraverant in Cassii & Bruti cladem, ut J. Cæsaris necem ulciscerentur.

907. *Philippæos....campos.*] Qui sunt juxta Philipporum urbem. Philippi, orum, plural. urbs fuit dicta ab instauratore Philippo Macedonum rege. Priùs enim dicta est *Crenide*: deinde *Datos*: demùm *Philippi*. Appian. lib. 4. civ. De situ autem, ubi hæc urbs, ambigunt scriptores, Florus, Ovidius, & Servius eam adscribunt Theſſaliæ.

Vix etiam siccâ miles Romanus arenâ
 Ossa virûm, lacerôsque priûs superastitit artus ;
 910 Imperiûmque suis conflixit viribus ipsum ,
 Përque Patris Pater Augustus vestigia vicit.
 Necdum finis erat, restabant Actia bella ,

INTERPRETATIO.

Philippenses. Vix quoque exsiccatus erat campus, cum miles Romanus stetit super ossa, & super membra hominum, quæ antea ibidem delaniata fuerant, & ipsum Imperium Romanum pugnavit contrâ suas vires, & pater Augustus victor suis per semitas patris Julii Cæsaris. Neque adhuc finis erat bellorum, bella Actiaca supererant.

ANNOTATIONES.

Plinius & Mela in Thraciâ constituunt. Stephanus & Ptolemæus, & S. Lucas Act. 16. in Macedoniâ : sed videndum in hoc discrimine an duo sint Philippi, & an regiones istæ diversæ, unius fortasse Macedoniæ nomine comprehensæ occasionem dederint scriptoribus abeundi in diversa. Quidquid sit, hoc unum constat apud Poëtâs, Ovidium, Virgilium, & Manilium, iisdem Philippis utrumque bellum Philippicum adscripsisse. Ovid. 15. Met.

Emathiam iterum madefient ca. e. Philippi.

Virg. 1. Georg. v. 489.

Ergo inter sese paribus concurreret telis Romanas acies iterum vidère Philippi &c.

Manil. jam infra v. 908. & 909. Quamquam si rem strictè velis capere, ut bene notavit Clarian annot. in lib. 1. Lucani, campi Pharsalici. qui Pompeio fuerunt exitiales, longè absunt à campis Philippicis, qui Bruto & Cassio fuerunt exitiales. Scilicet Pharsalus urbs erat Thessaliæ juxta quam campi Pharsalici jacebant : Philippi, urbs erat Macedoniæ, juxta quam erant campi Philippici. Macedonia autem Thessaliæ adjacet, adeoque latè olim extendebatur, ut Thessaliam, Thraciam, ac Dalmatiam illius nomine comprehenderint Poëtæ. Undè, qui locus visus est primum difficilis, intelligi facillè potest, cum tamen primum bellum in Pharsalici seu Thessalici : secundum in Philippicis, seu Macedonicis campis confectum fuerit.

908. *Vix etiam, &c.*] Quæ obscurioribus verbis his 2. v. dixit Manilius, eadem clarioribus Virg. 1. Georg. v. 490.

Romanas acies iterum vidère Philippi. Nec fuit insignum Superis bis sanguine nostro [campos.

Emathiam & latos Hami pinguescere
 Vix igitur campi Philippenses exsiccati erant sanguine civium Romanorum effuso per J. Cæsarem & Pompeium olim, cum jam iterum miles Romanus in iisdem campis stetit, supra ossa & supra membra virorum priûs lacerorum, ut jam iterum quoque suo sanguine campos eosdem madefaceret, pugnantibus inter se Bruto, & Cassio ex unâ parte : & Augusto, Antonio, & Lepido ex alterâ parte.

910. *Imperium.*] Romanum.

911. *Perque patris, &c.*] Notat victoriam, quam Augustus Julii Cæsaris vestigia secutus reportavit in iisdem campis, quibus antea J. Cæsar ex Pompeio victor fuerat.

Patris.] J. Cæsaris ; qui O. Augusti pater fuit, non quidem naturâ : sed judicio & voluntate, ut monui v. 9.

Augustus.] O. Augustus, Romanorum secundus Imperator, qui cum Lepido & Antonio, in campis Philippicis Cassium & Brutum devicit, Julique Cæsaris necem nece ultus est.

912. *Necdum finis erat, &c.*] His 5. v. alterum civile bellum notat, Actiacum scilicet, quod primum secutum est, quodque pariter Augustus consecit, dum necem J. Cæsaris ulciscere;

O iiij

Dotali commissa acie, repetitaque rerum
 Alea, & in ponto quaesitus rector Olympi,
 915 Fœmineum fortita jugum cùm pompa pependit,
 Atque ipsa Iliaco certarunt fulmina listro.

INTERPRETATIO.

qua illata fuerunt per pugnam factam in mari, quando pugna illa magnifica est
 dotem mulieris; & fors rerum iterum tenta
 nata muliebri mandatum, suspensa
 rata est, & perquisitus est rector Caeli in ipso inter undas, & ipsa fulmina belli pu-

ANNOTATIONES.

tur, Porro quinque bella civilia secuta sunt mortem J. Cæsaris, 1. Philippense, 2. Actiacum, 3. Siculum, 4. Mutinense 5. Perusinum. Hæc duo posteriora non memorat hic Poëta. Primum, retulit jam supra. Secundum relaturus est infra, v. 917. Jam Actiacum explicat, quod Augustus gessit & confecit contra Antonium & Cleopatram, apud Actium, Epiri Promontorium, in quo urbs erat ejusdem nominis, quam restituit Augustus, & à victoriâ suâ nominavit Nicopolim, inque eâ ludos quinquennales instituit in honorem Apollinis, cui Actium sacrum erat. Virg. 8. Æn. à v. 675, ad v. 731. hanc navalem pugnam describit.

913. *Dotali commissa acie.*] Hoc enim bellum susceptum est propter mulierem; Antonius nimirum, repudiata primùm Fulviâ uxore, duxit Octaviam Augusti filiam: sed, hæc quoque repudiata, Cleopatram Ægypti Reginam duxit in matrimonio, eique in dotem ausus est polliceri Romanum Imperium. Itaque bellum adversus Romanos suscepit dotis gratiâ: sed ab Augusto devictus est navali pugna apud Actium.

Repetitaque rerum Alea.] Gemb. Eleganter: alludit enim Poëta ad primam Pharsalicam pugnam Pompeium inter ac Cæsarem, quâ jacta est rerum alea; hoc est, quâ de totius orbis terrarum Imperio certatum est. Similiter in hæc Actiaticâ pugna iterum pugnatum est de totius orbis Imperio, Augustus enim in Occidente: Antonius in Oriente regnabat; quorum alterutro devicto, rerum potiretur alter necesse fuit. Quæsitus est igitur in ponto, hoc est, in illo navali prælio, quis foret rector Olympi, Augustus, an Antonius: id est, quis, Jove socio Cœlos regeret, ut ait Poëta: v. 797.

Cœlumque replevit, Quod regit Augustus socio per Signa Tonante.

Adulatoria sanè verba. Sic lib. 5. v. 52. *Actiacòque sinus inter suspensus utrimque Orbis, & in ponto Cœli Fortuna natabit.*

914. *Olympi.*] Cœli, v. 178.

915. *Fœmineum jugum.*] Jussit Cleopatraz, Jusserrat quippè Antonius, ut legiones parerent Cleopatraz. Unde Virg. 7. Æn. v. 696.

Regina in mediis patrio vocat agmina listro.

Pompa.] Certamen magnificum; pugna superba. Superbus quippè fuit utrimque ille belli apparatus. Omne autem spectaculum solemne, aut certamen, dicitur *Pompa*. Ovid. 3. Æn. Elog. 2. Cic. *De petit. Consul.*

Rependit.] A verbo *pendo*, quod hic absolute sumitur, id est, quasi *suspensa natabit*.

Bellum quippè navale benè dicitur *pendens*. Sic Manilius hoc explicat lib. 4. v. 288.

Navales etiam pugnas, pendencia bella

Astrubunt, Pelagique infectos sanguine fluctus.

Et lib. 5. v. 52.

Actiacòque sinus inter suspensus utrimque Orbis, & in ponto Cœli fortuna natabit.

Malè ergo vulg. & Rom. *rependit.*

916. *Ipsa fulmina.*], Mars & Bellona;

Restabant profugo servilia milite bella,
 Cum patrios armis imitatus filius hostes
 Equora Pompeius cepit defensa parenti.
 910 Sed satis hoc Fatis/Jam bella quiescant,
 Atque adamanteis Discordia cincta carenis

fuerat B.
 vincit B.

INTERPRETATIO.

gnârunt audito crepitaculo Isiaci. Bella servorum cum militibus fugis suis supererant, quando Pompeius filius armis secutus exemplum hostium patris sui occupavit maria. qua pater eius olim tutatus erat. Sed hoc sufficiat de fatalibus eventibus. Jam nunc arma cessent nobis, & Discordia constricta vinctis adamantis, & inclusa

ANNOTATIONES.

quæ duo sunt belli fulmina, quæque pro utraq; acie pugnabant, ut ait Virg. de hoc prælio Æn. 8. v. 700.

—Savis medio in certamine
 Mavors.

Calatus ferro, tristisque ex athere
 Dira,

Et scissâ gaudens vadit Discordia
 pallâ.

Quam cum sanguineo sequitur Bello-
 na flagello, &c.

Isiaci sistro.] Ægyptiaco crepitaculo, sistrum peculiare fuit instrumentum musicum Ægyptiorum, quod Isis Ægyptiorum Dea credita in dexterâ gestare dicebatur; quæque sacerdotes Ægypti utebantur inter Isidi sacra faciendâ. Quod autem musicum esset instrumentum, satis indicavit Prudentius, 2. Symm. nomine Symphonia.

Fluctibus Actiacis signum Symphonia
 belli

Ægypto dederat, clangebat buccina
 contra.

Non autem corneum, sed æneum erat, ut ait Tibull.

Quid tua nunc Isis tibi Delia, quid
 mihi prosunt

Illa tuâ toties ara repulsa manu,

Eleganter autem Poëta sistrum Ægyptiacum notat, quo crepitante tota Ægyptus contra Italiam certabat; imò Dii Ægyptii adversus Romanos Deos. Prop. Eleg. 11. lib. 3. de Cleopatrá,

Ausa Jovi nostro latrantem opponere
 Anubim.

Et Tyberim Nili cogere ferre minas.
 917. Restabant servilia bella, &c.] His

3. v. notat tertium civile bellum, quod Augustus confecit, quodque secutum est Cometæ & prodigia, quæ Pharsalicam primam & secundam pugnam præcesserant. Dictum est servile bellum, quia servos omnes, ac profugos undique ad arma sua convocavit Augustus adversus Pompeium Pompeii magni filium, quem apud Siciliam navali pugná devicit. Unde & Siculum bellum pariter dictum est. Vell. lib. 2. c. 77. & 81.

918. Imitatus... patrios hostes.] J. Cæsarem, qui occupaverat maria, quæ Pompeius magnus defendebat, ac turbabatur præoccupata.

919. Pompeius.] Sextus Pompeius, Pompeii magni filius.

Pater.] Pompeio magno, qui pater fuit Sexti Pompeii.

920. Fatis.] Fatalibus rebus ac eventibus, puta bello, cladibus, nece principum, &c.

921. Atque adamanteis Discordia &c.] Alludit Poëta ad Jani Templum, quod ab Augusto clausum est tertiâ & ultimâ vice. 1. Enim regnante Numâ. 2. Post bellum Punicum secundum. 3. Post bellum Actiacum ab Augusto confectum, clausum est Jani Templum; quod tempore belli perpetuò patebat, tempore verò pacis claudebatur. Intus autem Discordia, quæ belli furor est, catenis constricta fingeatur. Virg. 1. Æn. v. 297.

—Dira ferro & compagibus
 arctis [pius intus,
 Claudentur belli porta : furor im-

quæ non dapsit vel vindicta
 armis ac ductu Patris sui
 Mære infestare piraticis
 sed laxis : Patriculus l. 2
 cap. 43:

*Æternos habeat frēnos in carcere clausa.
 Sit pater invictus patriæ, sit Roma sub illo:
 Cūmq̃ue Deum Cælo dederit, non quærat in Orbe!*

INTERPRETATIO.

in custodiâ, habeat frēnos sempiternos, jam illum ut Deum in Cælum, ne qua-
Pater Patria sit insuperabilis, Roma sub- *rat cum jam in orbe terrarum.*
jecta sit illi: & quoniam Roma retulit

ANNOTATIONES.

Sæva sedens super arma, & centum *Roma sub illo.] Id est, Romani pareant*
vinculus ahenis *semper Augusto.*
Post tergum nodis, fremet horridus *924. Deum Cælo dederit, &c.] Vivum*
ore cruento &c. *enim adhuc Augustum inter Deorum*
 923. *Pater Patria,] Augustus v. 7.* *numerus retulerant Romani, v. 9.*



M. MANIL:



M.
MANILII
ASTRONOMICON.

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.



PRÆFATUS pauca Manilius de variis Argumentis, quæ sibi alii ex aliis Poëtæ tractanda sumpserunt: novamque, & à nemine antè cantatam materiam aggressurum se professus, I. sidera quæque in suum quodque genus, inque suas quasque varias species partitur; scilicet, in masculina & fœminina: in humana & ferina: in bina & biformia: in averfa & directa: in diurna & nocturna: in terrestria & aquosa, inque ambigua: in fœcunda & sterilia, inque communia: in currentia & stantia: inque denique fessa & jacentia, II. varias eorumdem siderum configurationes, quos Astrologi diversos aspectus vocant, eleganti admodum carmine instruit, docetque pariter quæ, quòtve sint Trigona: quæ, quòtve Quadrata: quæ, quòtve Hexagona; & quæ cujusque generis dextra, sinistræve dicantur. III. Signat ea Signa, quæ conjuncta, quæ disparia, quæve sunt opposita; necnon sub quibus Signis singula corporis humani membra sint in tutelâ. Notat etiam quæ Signa dicantur sese audientia; quæ sese videntia; quæ amicantia, & quæ inimica. IV. contrarias & amicantes, ut aiunt, Signorum configura-

M. MANIL.

P

tiones similiter adornat. Planetarum deinde varios aspectus ac terminos in Signis longo carmine prosequitur & notat. V, his omnibus animadversis, explicat duodecima, quæ Græci vocant Dodecatemoria Signorum, ac Planetarum. VI. varias Cardinum ac locorum intermediarum rationes perquirat; effectusque ac dignitates singulorum distinguit & enumerat. VII. denique duodecim cœlestium Domorum censum agit, ac earundem titulorum & tutelarum: certisque Domibus suum quemque proprium Planetam adscribit,



*In Manlij Porta Astronomicon libro primus finit
ad Octavianum Augustum incipit secundus.*

MARCI MANILII

ASTRONOMICON.

LIBER SECUNDUS.



A x i m u s Iliacæ gentis certamina Vates;
Et quinquaginta Regum Regémque patrémque;
Hectoreámque facem: tutámque sub Hectore Troiam;
Errorémque ducis totidem, quot vicerat, annis

INTERPRETATIO.

M Aximus ille Poëta, cui sua patria abstulit jura, quæ poscebat ab eâ, dum offerebat vicissim ei alia jura, & ex cuius ore omnis posteritas Poëtarum hausit copiosas aquas ad effundendos versus: & ex cuius jure minus opibus ipsa facta dives, ausa est de-

ANNOTATIONES.

1. **Iliaca.**] Troianæ. Troia namque dicta fuit Ilium, vel Ilium, aut Ilios, ab Ilo Trois filio, qui pater Laomedontis fuit, quique Troiam vel primus condidit, vel à Dardano prius extructam restauravit. Hom. Iliad. 20. Virg. Æn. 8. ut monui lib. 1. v. 501.

Vates.] Homerus, Poëta Græcus, qui 163. an. post bellum Troianum floruit, quique duo carminum opera conscripsit, alterum de bello Troiano, quod *Ilias*: alterum de Ulyssis erroribus, quod *Odyssæa* inscribitur, Cujus utriusque argumenta breviter Manilius memorat; Iliados quidem 3. v. prioribus: Odyssææ verò, 3. v. seqq.

2. **Regémque patrémque.**] Sup. Priamum, qui Troianorum rex fuit, & qui ex legitimis uxoribus filios 50. suscepserat, quos Poëta *Reges* vocat, ad est, *Duces*. Hom. Iliad. 6. & ultimo lib. Virg. Æn. 2. v. 503.

Quinquaginta illi Thalami, spes tanta nepotum, &c.

3. **Hectoreámque facem.**] Ignem ab Hectore in naves Græcorum injectum. Hom. Iliad. 15. & 16. & Virg. 2. Æn. v. 276. de Hectore: vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes, &c. Propert. 23. Eleg. 8.

Fervere & Hectoreâ Dorica castra fac.

Malè ergo Gemb. & Rom.

Hectoreámque fecit, &c.

Quid enim est *facere Troiam Hectoream*? an *fortissimam*, ut explicat Jun. Bit. ? Durior sanè interpretatio.

Tutámque sub Hectore Troiam.] Scilicet hospite Hectore Troiano, Priami ex Hecubâ nato, Troia non potuit expugnari: sic enim in fatis erat. Hom. Iliad. 22. De Troiâ diximus lib. 1. v. 501. & supra v. 1.

4. **Errorémque ducis.** &c.] Ulyssis, qui, Troiâ expugnatâ, decem annis, quot scilicet antè Troiam pugnaverat, per mare erravit reversurus in patriam, variâque expertus est pericula ob læsæ Minervæ iram. Hom. lib. 9. Odyss.

Quot vicerat.] Gemb. eleganter. Quia reverâ pugnâvit Ulysses cum victoriâ in bello Troiano. Sic Cæsar apud Luc. lib. 1. suos milites alloquitur.

Bellorum o Socii, qui mille pericula Martis

Mecum, ait, experti, decimo jam vincitis anno.

At minùs benè Rom. *Quod fecerat.* Mendosè vulg. *quem fecerat*

P ij

facit B.
vid. Vossii ad
Saturn. p. 285.

*hæc res ita personis lib.
De Off. 3. Oct. 26. Ili vero
non modo cum hostibus, verum
etiam cum fluctibus, id quod
fuit, dimicare molim fuit
&c.*

Instantis bello, geminata per agmina ponto;
Ultimâque in patriâ, captisque penatibus, arma;
Ore sacro cecinit, patriâ & cui jura petenti,
Dum dabat, eripuit: cuiusque ex ore profusus

INTERPRETATIO.

vivare magnum fluvium in exiguos rivulos; ille, inquam, Poëta cantavit ore divino bellâ gentis Troiana; & principem ejusdem gentis, qui pariter genitor fuit quinquaginta ducum; & ignem ab Hectore missum; & Troiam securam sub ipso Hectore incolumi: & longo itineris cursus ductoris Ulyssis per

ANNOTATIONES.

5. *Instantis bello, &c.*] Sup. Ducis, seu Ulyssis. Ita Castigandum. Benè enim dicitur, *dux instans bello*: minùs eleganter, *error instans ponto*. Malè ergò Scaliger:

Instantem, belli geminata per agmina, ponto.

Scilicet, *instantem*, sup. errorem.

Geminata per agmina ponto.] Rectè; namque Ulysses bis in mari & per mare exercitum eduxit in expeditionem: semel, cum ad Troiam venit: iterùm cum, expugnata Troiâ, per mare cum fociis annos decem erravit, bellâque gessit adversus Ciconas populos, & Polyphemum. Hom. Odys. 9.

6. *Captisque penatibus.*] *Ædibusque occupatis*. Proci nempe, absente Ulyssè, Penelopes uxoris, castitati insidias paraturi domum occupaverant, opesque invaserant. Quod ipsa queritur per litteras apud Ulysssem. Ovid. 1. Epist. ad Ulyss.

Inque tuâ regnant, nullis prohibentibus, aulâ;

Viscera nostra, tuâ lacerantur opes.

Penates quippè Dii credebantur domestici, qui pro domo usurpantur à Poëtis. Virg. 2. *Æn.* v. 514. Et 8. v. 123.

Ac nostris succedo penatibus hospes. id est, *ædibus, domibus*. Unde alii Penates domestici, qui domus: alii patrii qui urbium: alii magni qui regnorum ac provinciarum: alii parvi qui & domus curam agebant. Virg. *Æn.* 4. v. 21. 5. v. 62. 8. v. 543. Macrobius lib. 3. Satur. 14.

7. *Patria & cui, &c.*] Ita castigan-

dum & ratio, & ordo, & sensus verborum postulat. 1. enim quis nescit ex Herod. de vitâ Homeri, Homerum luminibus captum *hujusmodi proposuisse conditionem Cumis*, si publicè eum alere vellent, civitatem Cumanorum celeberrimam suis carminibus redditurum? Verùm cum id justum alimentum Senatus-consulto per Prætorum denunciato denegassent, hæc indignatione commotus Homerus, Cumis ad Phocæam secessit, imprecans interim Cumanis, *neminem unquam fore clarum Poëtam, qui tam stupidos celebraret*. Ratio igitur postulat ut legamus, *Patriâ & cui, &c.* Siquidem Homero patria sua eripuit *jura*, id est, justum alimentum, quod ab eâ poscebat tum jure humanitatis, quia cæcus & Cumanus: tum jure mercedis, quia vicissim alia rependebat *jura*, nempe carmina, quibus Cumanos celebraret. 2. Id satis innuit ordo verborum & sensus: *& cui patria, &c.* Et ex *cujus ore*, &c. Et ex *cujus bonis* &c. Quod ex ipsâ interpretatione patet. Malè ergò Scaliger, *Patriam qui & jura, &c.* Quasi verò hæc verba non ad Homerum, sed ad Ulysssem sint referenda. Scilicet quasi Homerus in scribendo suo carmine eripuit *jura & patriam Ulyssi*, dum eidem dabat; quippè qui, inquit ille, Ulysssem inducat in *Odysseâ redeuntem in patriam*, & in sua *jura patriâ*. Nec mirum si nec verba, nec Manilli mentem assecutus est vir aliquin perspicax. Error enim inest in omnibus Codd. namque vulg. habet: *Patriam qui jura petenti*. Rom. *Patriam atque jura petentem*. Gemb. *Patriâ qua*

id. Eurib. prop. Evang.
p. 134 Skyp. dit.

- Omnia posteritas latentes in carmina duxit,
 10 Annemque in tenues ausa est deducere rivos
 Unius fecunda bonis. Sed proximus illi
 Hesiodus memorat Divos, Divumque parentes:
 Et Chaos enixum terras: Orbemque sub illo
 Infantem: primum titubantia sidera corpus:
 15 Titanas juvisse Senis cunabula Magni:

di B.

et B.

= nasq. est Jovis et B.

INTERPRETATIO.

totidem annos, quot pugnaverat cum vi-
 ctoria, dum scilicet iterum bellum age-
 ret in mari cum copiis quas iterum duxit:
 & extrema bella ejusdem ductoris in sua
 patria & in suis adibus, quas proci oc-
 cupaverant. Sed Hesiodus, qui non multo
 inferior fuit illi, narrat Deos & genito-
 res Deorum: & Chaos, quod peperit ter-
 ras: & Mundum quasi nascentem adhuc
 ex ipso Chao: & duas stellas Erraticas,
 qua fuerunt primum opus Coeli: narrat
 Titanas adjuvisse cunas longavi senis:

ANNOTATIONES.

jura petenti. Quibus in omnibus nullus
 est sensus.

9. Latentes.] Metaphora est. Vocat ver-
 sus Homeri latentes, id est, aquas, ex
 quibus ceteri Poetae, quasi ex fontibus,
 suos versus hauerunt. Sic de eodem
 Homero Ovid. 1. trist.

Cujus

Vatum Pieris ora rigantur aquis.

11. Proximus illi Hesiodus.] Alter Poeta
 Graecus, Homero quidem aetate poste-
 rior, sed imitationis laude non inferior.
 Proximus illi, id est, secundus post
 Homerum. Hesiodus autem triplex car-
 men conscripsit. 1. Theogoniam, quae de
 Diis Deorumque originibus agit, & de
 aliis rebus, quarum argumenta brevi-
 ter memorat Manilius his 7. v. prioribus:
 2. Opera & dies, id est, librum,
 qui inscribitur Opera & dies, cujus
 quoque libri praecipua argumenta laudat
 Manilius 6. v. istis, Quinetiam rursus,
 &c. 3. Scutum Herculis, de quo tamen
 libro silet hic Manilius, sed qui pugnam
 Herculis cum Cygno continet.

13. Chaos enixum terras, &c.] Rudem &
 inordinatam materiam congeriem, quam
 Hesiodus in Theog. vocat, confusam
 unitatem, inque profundum patentem,
 ex qua cetera sunt orta, sed imprimis
 terra. Sic Ovid 1. Met.

Aniè mare & terras, & quod tegit
 omnia Caelum,

Unus erat toto Natura vultus in
 Quem dixere Chaos, &c.

Manil. lib. 1. v. 125. & not.

14. Infantem.] Nascentem.

Titubantia sidera.] Solem & Lunam,
 quae stellae sunt erraticae, vagantes, &
 titubantes, primumque Coeli opus, or-
 tum ex Hyperione & Thia. Hesiod.
 Theog.

Θείαδ' ἠελίου μέγαν, λαμπρὰν
 Σελήνην

Γένεθ' ἰσχυροῦς ἑσπέρου & ἐν
 φιλόπῳ.

Thia vero Solemque magnum, lucen-
 temque Lunam

Genuit, congressa cum Hyperione in
 amore.

15. Titanas juvisse senis, &c.] Vulg.
 & Rom. Recte quidem ad mentem He-
 siodi. Hic enim in Theog. Titanum
 contra Saturnios bellum ac pugnam
 100. v. & amplius describit. Ortum au-
 tem erat illud bellum de natalium an-
 tecessione Titanem inter & Saturnum,
 ad imperium totius Universi. Titan igitur
 se natu majorem aiebat, ut Imperium
 Universi obtineret, quod sibi Sa-
 turnus vendicabat. Titanes autem opera
 tulerunt suo seniori Titani adversus
 Saturnum & Saturnios. Haec verbo
 ad verbum leguntur apud Hesiod. in
 Theog. Haec eadem loquitur Poeta
 noster:

Titanas juvisse senis cunabula magni.

Per cunabula, intellige aetatem prove-
 ctiores, quam Titan obtendebat Sa-
 turno. Per Senis magni, intellige Ti-

P iiij

non tanta Poeta sed et Phi-
 losophi multa habebant
 Haec: vid: longin. Bd.
 13:

vid: longin. Edit Poly
 p. 57:

Et sub fratre viri nomen, sine fratre, parentis!
 Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum:
 Omniaque immenso volitantia Numina Mundo.
 Quinetiam ruris cultus, legesque rogavit,
 20 Militiamque soli. Quos colles Bacchus amaret:
 Quos fecunda Ceres campos: quod Bacchus utrumque:

INTERPRETATIO.

narrat & nomen mariti illius, qui frater fuit suæ uxoris; & nomen uxoris, qua genitrix fuit sine ope fratris. narrat & Bacchum bis natum esse de corpore paterno: narrat & omnes divinitates, qua vagantur per immensum Cælum; Præterea idem conscripsit culturam & præcepta agrorum, & exercitium colenda terra. Quos scilicet colles Bacchus amaret; quos agros Ceres fertilis ama-

ANNOTATIONES.

tanis senioris, qui Saturno fuit major natu. At Scaliger:

Titanasque senes, Jovis & cunabula magni.

Nec aliena lectio. Hesiodus enim de hisce rebus agit in suâ Theog. Miror autem id unum maxime, quod Scaliger Manilium arguat hic aliud egisse, dum Hesiodi Theogoniæ argumentum contexuit: quasi ne verbum quidem Hesiodus haberet de Titanibus, deque Jovis ortu. Sanè & Jovis ortum: & Titanum originem, & pugnam adversus Saturnios longo carmine cecinit in Theog. suâ Hesiodus.

16. Sub fratre viri nomen.] Jovem, qui & conjux & frater fuit Junonis. Hesiod. in Theog. Et Virg. 1. Æn.

Ast ego qua Divum incedo, Jovisque Et soror & conjux.

17. Sine fratre parentis. Junonem, quem Hesiodus, interprete Lilio Giraldo, scripsit in Theog. Vulcanum solam, sine mariti ope, peperisse. [amore, Juno Vulcanum nulli commixta in Edidit, &c.

Cui suffragantur Bovinus Mombricitus alter Hesiodi Theogoniæ interpres:

Sic quoque nulli commixta libidine Juno,

Te, Vulcane, tulit.

Hi autem sunt versus Hesiodi in Theog.:

Ἡνδε ἤρασαν καὶ τὸν ἐν φιλοπῆνι μύησιν

Γέννατο, καὶ ζαῦσθον, καὶ ἔριον
 ὃν ἔρασαν.

Juno Vulcanum amoris indulgens

Peperit, & vires intendit, & contendit cum marito.

Sic hos versus interpretati sunt citati interpretes. Sic Apollonius in Argonaut. & Lucianus Dialog. de sacrif. fabulantur Junonem sine ope Jovis peperisse Vulcanum. Sic quoque Manilius est explicandus ad Hesiodi mentem. At Ovid. Fast. 5. fingit Junonem non Vulcanum sed Martem sine ope Jovis enixam esse, unâ scilicet auctore Florâ.

17. Atque iterum Bacchum.] Quem bis genitum de Jove fabulantur: semel ex Semele: iterum ex Jovis femore. Semele namque gravida ex Jove, cum Junonis dolo id muneris à Jove petisset, ut talis secum, qualis cum Junone foret, unâ saltem nocte concubaret, fulmineum Jovis ignem ferre non valens, fuit combusta. Puer autem ex utero demptus, in femore Jovis est inclusus, donec maturo tempore Jupiter eum fuerit enixus. Ovid. 2. Metam. Sed ne verbum quidem apud Hesiod. in Theog. de hoc secundo Bacchi ortu ex Jovis femore: hæc enim solam de natalibus Bacchi habet:

Σεμὴν τέκε φάειμον ὄϊον.
 Semele peperit clarum virum.

18. Mundo.] Cælo lib. 1. v. 3.

19. Ruris cultus.] Agriculturam. Hesiodus princeps omnium de Agriculturâ præcepit. Plin. lib. 18. c. 24. & lib. 14. c. 1.

20. Bacchus.] Vitis. Quia enim Bacchus primus vini ac vitis usum peperisse creditur, idè passim à Poëtis pro

lib. 2. B. P.

quod B.
 quod B.

Sine parte viri nomen
 sine parte parentis
 11:5: Sine fratre parentis. Junonem, quem
 Hesiodus, interprete Lilio Giraldo,
 scripsit in Theog. Vulcanum solam,
 sine mariti ope, peperisse. [amore,
 Juno Vulcanum nulli commixta in
 Edidit, &c.
 Cui suffragantur Bovinus Mombricitus
 alter Hesiodi Theogoniæ interpres:
 Sic quoque nulli commixta libidine
 Juno,
 Te, Vulcane, tulit.
 Hi autem sunt versus Hesiodi in Theog.:

vid. Gal. notas ad Hist. Post.
 Scriptorum p. 8.

18: volitantia Numina, vid. Platonis
 Timon p. 1054:

Atque arbuſta vagis eſſent quòd adultera pomis :
Sylvarúmque Deos, ſacratáque numina Nymphas :
Pacis opus, magnos Naturæ condit in uſus.

25. Aſtrorum varias quidam dixere figuras,
Signáque diſſuſo paſſim labentia Cœlo,
In proprium cuiuſque genus, cauſasque tulere :
Perſea & Andromedæ pœnas ; matrémque dolentem ;

= 22 B. P.

INTERPRETATIO.

set : quodnam utrumque Bacchus ama-
ret : & cur arbores adulterata eſſent ex
varius pomis : narrat etiam Deos ſylva-
rum, & Nymphas, quæ ſunt divini-
tates ſacra : conſcribit ſanè hoc opus
pacis, ad magnas utilitates totius Uni-
verſi. Nonnulli Poëta cecinerunt diverſas
formas ſilicet, & retulerunt ſtellas va-
gantes ubique in immenſo Cælo in
ſuam cuiuſque ſpeciem, & in ſuas cau-
ſas. Cecinerunt Perſeum, & ſuplicia An-
dromedæ ; & genitricem illius mœrentem ;

ANNOTATIONES.

vite aut vino uſurpatur. Virg. 1. Æn.
v. 219. & alibi.

21. Ceres.] Seges, fruges, triticum :
Ceres enim dea frugum paſſim à Poëtis
ſumitur pro frugibus. Virg. 1. Georg.
v. 297 & alibi.

22. Adultera, &c.] Loquitur
de arboribus inſitis, quæ quia aliæ
aliis inſertæ dicuntur adulterinos fru-
ctus edere. Quamquam ſi de arbori-
bus frugiferis loquitur, melius dixiſ-
ſet Pomaria, quam arbuſta. Namque
ex Colum. lib. de arb. & Plin. lib. 17.
c. 2. Arbuſta ſunt loca arboribus non fru-
giferis ſeu & oleâ exceptis, ad vites ſu-
ſtinendas conſita in quibus poma non gi-
gnuntur.

Unde rectius dixiſſet Poëta :

Atque arbuſta vagis eſſent quòd
adulta racemis.

Quamquam Heſiodus in lib. opera &
diebus docet modum inferendarum arbo-
rum & vitium. Sic Plin. lib. 17. c. 15.

23. Sylvarúmque deos.] Faunos ac Sa-
tyros, quorum originem tradit Heſiod.
in Theog.

Nymphas.] Quarum aliæ Naiades quæ
fontium ac fluminum : aliæ Nereides,
quæ maris : aliæ Oreades, quæ montium :
aliæ Dryades, quæ Sylvarum : aliæ Na-
pææ, quæ convallium deæ creditæ ſunt.
Quarum omnium longum cenſum agit
Heſiod. in Theog.

24. Natura.] Univerſi, lib. 1. v. 206.

25. Aſtrorum varias quidam, &c.]

Putà Aratus & Eratoſthenes, qui ſtellas
& cometas cum ſuis cauſis & fabulis
conſcripſerunt.

26. Signa...labentia.] Planetas, aut
cometas.

27. In proprium.] Scal. id eſt, in ſuas
ſpecies, formas, & figuras, quas vulgò
conſtellationes dicimus. Ita legendum
poſtulat ordo & ratio verborum, Si-
gnáque diſſuſo...tulere. Alii, improprium,
quæſi alienas ſpecies, ſeu Metamorpho-
ſes. Minus benè. Aratus autem varias
ſignorum ſpecies ſeu figuras, & cau-
ſas carmine Græco cecinit.

28. Perſea.] Jovis ex Danaë natum ;
qui Palladis, aut ut aliis placet, Poli-
deſtis regis Seriphi juſſu, Meduſæ ca-
put amputavit : qui Gorgonis capite
oſtenſo Atlantem in montem ejuſdem
nominis mutavit : qui Andromedam
Cephei ex Caſſiopeâ filiam è faucibus
Ceti liberauit : qui Acrifiſum avum in
regnum reſtituit : qui Perſiam & Perſas
ſuo de nomine dixit : qui denique unâ
cum uxore Andromedâ, ſoceróque
Cepheo in Cælum eſt relatus : cujus ſi-
tum inter aſtra notavimus lib. 1. v. 350.

Andromeda pœnas.] Lib. 1. v. 355.

Matrémque dolentem] Caſſiopeam
Andromedæ matrem, quæ filiz miſe-
ram ſortem adhuc in Cœlis videtur
deſlere, lib. 1. v. 354. Expansis enim
adhuc brachiis figuratur quaſi ſedens
in ſede, quam ſiliquaſtrum vocant ſeu
Thronum regium : Germ. in Arat :

Solventemque patrem : raptamque Lycaone natam :
 30 Officioque Jovis Cynosuram ; lacte Capellam ;
 Et furto Cyncum ; pietate ad sidera ductam

INTERPRETATIO.

Genitorem ejus qui liberat eam ; pter officium , quod reddidit Jovi ; Capram ,
 filiam Lycaonis translatam ad astra ; propter lac ; Olorem . propter fur-
 Cynosuram raptum in Cœlos pro- tum ; Erigonen raptam inter stellas.

ANNOTATIONES.

*Sic tendit palmas , seu placatura
 relictam ,
 Andromedam , merita non justa
 piacula matris , &c.*

29. *Solventemque patrem.*] Cepheum ,
 Andromedæ patrem , qui quidem non
 ope aut manu propriâ filiam liberavit :
 sed quia ope Persei solvit eam , dum
 cum Perseo convenit de filiz connu-
 bio , si liberaverit eam è faucibus Ceti.
 Sic lib. 5. v. 638. de Perseo :

*Solvitque harentem vinculis de rupe
 puellam , &c.*

At Jun. Bit. per *solventem* intelligi vult
moerentem , quasi *solventem* sup. moero-
 re , aut dolore. Scaliger , *solantem*. Quasi
 verò Cepheus solatus sit filiam mari
 expositam. Sanè prima nostra interpre-
 tatio sana est & germana.

Lycaone natam.] Calistum , quæ olim
 Lycaonis filia fuit , postea verò in Ursam
 majorem mutata , & in Cœlos rapta.
 lib. 1. v. 296. Fabulantur autem hanc
 unam è Jovis nutricibus fuisse , in Idæ
 monte : cujus officii memor Jupiter
 eam inter astra retulit. Alii fingunt Ca-
 listum fuisse Lycaonis filiam , Dianæ
 comitem , quam quia gravidam ex Jove
 mutavit in ursam : cujus filius Arcas in-
 ter venandum cum eam pro ferâ per-
 cussisset , utriusque miseratione ductus
 Jupiter eos inter astra transtulit. Quo
 beneficio indignata Juno Thetis Occa-
 ni uxorem , nutricemque suam roga-
 vit , ne utrumque usquam in mare si-
 neret descendere. Ovid. 2. Met. Man.
 lib. 5. v. 696. Situm ejus inter astra
 notavimus lib. 1. v. 296. Lycaon autem
 Arcadiæ rex fuit crudelissimus , quem
 Jupiter idèd mutavit in lupum , vel quia
 Aram sibi sacratam in Lycæo monte

foedererat , ut ait Pausanias : vel quia
 Jovem ipsum noctu dormientem in
 domo suâ conatus fuerit occidere : vel
 quia Molossorum ex obûdibus unum
 iugulatum , partimque asum , partim-
 que elixum Jovi in epulas apposuerit.
 Ovid. 1. Met.

30. *Officioque Jovis Cynosuram.*] Alte-
 ram Jovis nutricem , cujus beneficii
 memor Jupiter eam quoque inter astra
 retulit , inque minorem Ursam muta-
 vit. lib. 1. v. 299. Sunt qui hanc eam-
 dem asserunt fuisse Calistum Lycaonis
 filiam , quam ab Jove compressam Juno
 indignata mutavit in minorem Ursam.

Lacte Capellam.] Capram , quæ Jovi
 lac præbuit. Huic autem nomen fuit
 Aëx , vel Amalthea. Unde Amaltheum
 cornu , seu cornu abundantiz. Fregit
 quippe sibi cornu illa capella , quod
 recentibus herbis cinxit , plenumque
 pomis tulit ad Jovem. In cujus benefi-
 cii memoriam , ubi Jupiter Cœlo po-
 titus est , & nutricem & nutricis cornu
 inter astra retulit. Hyg. & Ovid. Fast. 5.

*Sidera nutricem , nutricis fertile cornu
 Fecit , quod domina nunc quoque
 nomen habet &c.*

Et Manil. lib. 1. v. 366.

*Cuius ab uberibus magnus ille ascen-
 dit Olympum ,*

*Lacte fero crescens ad fulmina , vim-
 que tonandi.*

*Hanc ergò æternis merito sacra vitæ
 in astris*

*Juppiter , & Cæli Cælum mercede re-
 pendit.*

31. *Furto Cyncum.*] Idèd quippè transla-
 tus est Olor in Cœlum , quia formam
 ejus indutus Jupiter Leda potitus est :
 lib. 1. v. 337.

Erigonen ;

Erigonen; ictūque Nepam; spoliūque Leonem;
Et morſu Cancrum; Piſces Cythereide verſā;

INTERPRETATIO.

propter pietatem ſuam : & Scorpionem . | propter pellem ſuam : & Cancrum , propter
propter vulnus , quod infixit : & Leonem . | morſum ; & Piſces propter Venerem mutatam

ANNOTATIONES.

32. *Erigonen.*] Virginem , quod Virginis eſt Signum , lib. 1. v. 266. Heſiodus in Theog. fabulatur hanc fuiſſe Jovis ex Themide filiam. Aratus verò Aſtræi ex Aurorâ natam , quam veteres aureo ſæculo ſub nomine Juſtitiz vel Aſtrææ colebant , & Ovid. 1. Met. Alii volunt fuiſſe Fortunam : alii denique Icarî filiam , quæ , patre amiſſo , ſe ſuſpendio necavit , cujus pietatis ergo fuit Cælo collocata. Buchan. 3. Sphær.

Sive piam Liber , cum ſleret ſata parentis ,

Impoſuit Cælo Erigonen , &c.

Cæteras idem Poëta de eodem Virginis Signo fabulas ibidem fuiſſe memorat.

Ictūque Nepam.] Scorpionem , lib. 1. v. 268. Quem idè fabulati ſunt inter aſtra relatum , quòd Orionem ictu necaverit , Dianæ & Latonæ impuſu. Orion quippe venator inſignis jaſtitabat ſe apud Dianam & Latonam poſſe ſe interficere quidquid ex ſeiſâ ortum terra gereret. Quibus verbis indignata Tellus ſubjecit Scorpionem , qui Oriona ictu necaverit : utriusque autem vires , Scorpionis & Orionis , miratus Jupiter , utrumque retulit inter aſtra. Scorpion autem duplex conſtituit Signum , Libræ , & Scorpionis : illud , brachiis ſeu Chelis ; hoc , caudâ. Ovid. 1. Met.

Eſt locus in geminos ubi brachia concavat arcus

Scorpii , & Caudâ , flexiſque utrimque lacertis ,

Porrigit in ſpatium Signorum membra duorum :

Buchan. lib. 3. Sphær. Manil. lib. 1. v. 268.

Spoliūque Leonem.] Lib. 1. v. 266. Sunt autem qui fabulati ſunt Leonem inter aſtra collocatum beneficio Junonis , eo quòd virtute cæteras beſtias ſuperet.

M. MANIL.

Alii verò in memoriam victoriæ , quàm Hercules retulit de illo Leone ferociſſimo , qui in Nemeâ ſylvâ degens totam regionem , quæ eſt inter Argos & Thebas , devaſtabat. Quem Leonem cum ineratis interfeciſſet Hercules , pellem ei eripuit , quam poſtea induit , & cum quâ ad cætera certamina accedere ſolebat. Unde Manil. *Spoliūque Leonem.*

33. *Morſu Cancrum.*] Lib. 1. v. 266. Hunc à Junone inter aſtra relatum ſingunt Poëtæ , quòd ab Hercule ſit interfectus , cujus pedem morſu arripuit , dum adverſus Hydram decertaret. Germ. in Arat. Buch. 3. Sphær. Alii verò fabulantur quòd Jupiter , forſè cum ad Bagradæ fluvii ripas Garamantidem Nympham conſpexiſſet , quæ pedes in eo ſumine ablueret , ejus amore captus tentavit eam ſecum cogere ad ſacra Veneris peragenda. Illa verò ſe in fugam conſecit : ſed inter currendum Cancer ejus calcaneum momordit , ac ne fugeret impedit. Cuius beneficii memor Jupiter Cancrum inter aſtra retulit.

Piſces Cythereide verſâ.] Lib. 1. v. 273. Fabulantur autem idè Piſces inter Signa Zodiaci referri , quia Venus in Piſcent mutata eſt unâ cum filio ſuo Cupidine. Scilicet cum olim metu Typhonis gigantis Dii Deæque omnes fugerent , varias ſinguli Dii ſingulæque Deæ formas induerunt : Venus tunc forte ad Euphrates ripam inambulabat , ſubitique periculi metu territa hoc unum ſalutis effugium ſibi excogitavit , ut in Piſcem mutata ſe in ſtumen immergeret. In cuius rei memoriam hoc Piſcium Signum inter aſtra eſſe voluit. Venus autem dicta eſt Cythereis , ab inſulâ Cytheris , quæ eſt contrâ Cretam , in quam ferunt primum conchâ marinâ vectam Venerem. Vel à Cytherâ Cypri urbe , quæ Veneri

- Lanigerum victo ducentem sidera ponto.
 35 Cæteraque ex variis pendentia calibus astra;
 Æthera per summum voluerunt fixa revolve.
 Quorum carminibus nihil est nisi fabula Cælum;
 Terraque composuit Cælum, quæ pendet ab illo,
 Quinetiam pecorum ritus, & Pana sonantem

INTERPRETATIO.

in ipsos; & Arietem, qui dux est Signorum propter mare, quod superavit natando. Et voluerunt alias stellas, quæ appensa sunt in Cælo, propter diversas causas, circummagi tamen immobiliter per supremum æthera. Quorum Poëtarum versibus Cælum nihil est aliud, quam fabula. & terra conflavit Cælum, quæ tamen pendet ab illo. Imò etiam Poëta ille, qui natus est à terrâ Siculâ, canit

ANNOTATIONES.

fuit sacrata, infrâ v. 439. & 920. Hujus autem Signi appellationes variz sunt: Pisces, Piscium fidus, Piscis gemellus, Proles Dercia, Derce, Derceto, Dercetis, Dea Syria, Veneris mater, Venus & Cupido, &c. Inde autem nomen Piscibus datum huic Zodiaci Signo, vel quia stellæ in eâ Cœli parte figuram aliquam Piscium imitantur: vel quia Sole has Cœli partes tenente, frequentes aquæ cadunt, quibus omnia innascentur: vel ob fabulas suprà relatas.

34. *Lanigerum victo* &c. Lib. I. v. 262. Fabulantur enim Arietem idem inter Signa censerit, quodd Hellepontum transaverit. Scilicet Phryxus & Helle Athamantis regis proles, cum novercæ odium ac invidiam sustinere non possent, sed ab eâ timerent, decreverunt ad Colchos proficisci. Itaque domo paternâ egressi nocte quâdam, aurei velleris Arietem secum abduxerunt, & ad eas Ponti angustias pervenerunt, quod hodie Constantinopolis fretum dicitur; ibique consensu Ariete mare trajicere conantur: sed accidit ut Helle ceciderit in mare, cui nomen Helleponti fecit: Phryxus verb salvus ad Colchos pervenit unâ cum Ariete, quem Diis immolavit, ejusque vellus aureum in Templo asservatum est, donec illuc profecti Argonautæ illud abstulerunt. Dii ergo, ut sibi gratam victimam testarentur, Arietis Signum inter astra notari curaverunt. Hyg. 2. Astr. Poët. Buch. 3. Sphæz. Est autem istud Signum

primum inter Zodiaci signa. Unde ait Poëta: *ducentem sidera*. & lib. I. v. 262. 263.

36. *Æthera per summum.* Per supremum æthera, id est, per Cælum.

38. *Terræque composuit Cælum, &c.* Dum scilicet illi Poëtæ Cælum variis figuris animalium terrestrium exornant per sidera. Quid autem ridiculum magis, quàm quodd terra, quæ pendet à Cælo in suo exortu, moderamine, & interitu, pepererit tamen Cælum, id est, Cælum suis terrenis figuris adornaverit? Sic tamen Hesiod. in Theog.

Γαῖα δὲ τοῖς ἀστέροις κοῖον ἔδωκεν
 ἰσθὶν ἑαυτῇ

Οὐρανὸν ἀσπόμενα. Id est.

Terra autem primum quidem genuit par sibi.

Cælum stellis ornatum &c.

Haftenus autem his 38. v. de variis argumentis, quæ tractaverunt Homerus, Hesiodus, Aratus, & alii Poëtæ nonnulli.

39. *Quinetiam pecorum ritus, &c.* His 4. v. notat Poëta, quas res carmine tractaverit Theocritus, Syracusis in Sicilia natus. Is enim scripsit Græca Idyllia genere Bucolico, quæ hodie manibus teruntur, quæque olim Virgilius aut imitatus est, aut Latinè potius interpretatus est, ut ipse ait Eclog. 6.

Prima Syracusio dignata est ludere versis

Nostri, nec erubuit sylvas habitare Thales.

- 40 In Calamos Siculâ memorat tellure creatus:
 Nec Sylvis sylvestre canit : pérque horrida motus
 Rura ferit dulces : Musâque inducit in auras.
 Ecce alius pictas volucres ; & bella ferarum :
 Ille venenatos angues : hic nata per herbas
 45 Fata refert , vitâque suâ radice ferentes.
 Quinetiam tenebris immersum in Tartara natum

= m n = R.

INTERPRETATIO.

modos tractandarum pecudum ; & Pana
 cantantem ad fistulas ; neque cantat in
 in sylvis rem omnino sylvestrem : sed &
 seminat tumultus gratos , per agrestes cam-
 pos : & introducit Musam ex nemoribus
 in apertum aëra. En alter Poëta me-

morat aves discolors , & pugnas bellua-
 rum : alius narrat serpentes veneficos : alius
 mortes , quæ per herbas acciderunt , &
 narrat pariter herbas quæ dant vitam
 per suas radices. Imò etiam sunt Poëtæ,
 qui deducunt ex tenebris in lucem illum ,

ANNOTATIONES.

Theocritus ergo cecinit ritus pecorum ;
 Pana Deoique sylvestres ; bella quoque
 cecinit in agris , ut jam notabitur.

39. *Pana sonantem in calamos.*] Pan
 enim sylvarum , ac Pastorum Deus ,
 Faunorumque , ac Satyrorum & Agre-
 stium deorum princeps , fistulæ primus
 inventor fingitur. Virg. 2. Eclog.

*Pan primus calamos cerâ conjungere
 plures*

*Instituit ; Pan curas oves , oviumque
 magistros. &c.*

Unde Paan, id est , rythmus ; quod
 carmen in fistulas & calamos cantatur.
 Cujus tamen generis duplex fuit car-
 men , alterum enim , quod Marti sa-
 crum erat , ante pugnam cantari so-
 lebat : alterum quod sacrum erat Apol-
 lini , adeptâ victoriâ tantum canebatur.
 Thucyd. lib. 4. Agathias lib. 2.

40. *Siculâ tellure creatus.*] Theocri-
 tus Syracusis in Sicilia natus , qui flo-
 ruat regnante Ptolemæo Lagi filio.

41. *Pérque horrida motus Rura ferit
 dulces. &c.* Ita interpungit Scaliger :
 At Rom. & vulg. *Pérque horrida motus
 Rura ferit : dulces. &c.* Rectè autem
 Scaliger ita interpungit , ut noter Ma-
 nilium voluisse à Theocrito non solum
 res sylvestres in sylvis cantatas : sed
 & bella grata per horridos agros , id
 est , per sylvas esse cantata. Scilicet
 Bucolico licet carmine , grato quidem
 & dulci , pugnas tamen cecinit. Quale

est illud Idyllion. 23. in quo pugnam
 Pollucis cum Amyco Bebriciorum rege ,
 sylvestri quidem avenâ , sed dulci cantu
 modulatus est.

42. *Musâque induxit in auras.*] Id
 est , non in solis sylvis suam coërcuit
 Musam : sed aliquando eam eduxit in
 apertos campos , & in res non sylve-
 stres cantandas.

43. *Ecco alius. &c.*] His 3. v. notat
 illos Poëtæ , qui de volucris , de
 bellis ferarum , de veneficis serpenti-
 bus , deque herbis venenatis & salu-
 tiferis scripserunt. Puta Æmilium Ma-
 crum Veronensem , qui tempore Au-
 gusti libros scripsit de avibus , serpen-
 tibus , & herbis. Ovid. 4. Trist. Eleg. 9.

*Sepè suas volucres legit mihi grandior
 avo.*

*Quaque nocet serpens , quæ juvat
 herba , Maec.*

Et lib. 2. de Pont. Epist. 10. ad ipsum
 Macrum.

45. *Fata.*] Mortes , lib. 1. v. 1.

46. *Quinetiam tenebris. &c.*] His 3.
 v. notat eos Poëtæ , qui de Inferis ,
 Inferorumque Umbris , seu Dæmoni-
 bus evocandis scripserunt.

Immersum in Tartara natum.] Sic ca-
 stigo ex Vulg. & Rom. addendo parti-
 culam in. Itaque per natum in Tartara
 intelligit Poëta Dæmonem , seu Plu-
 tonem ipsum. Quis enim nescit eos ,
 qui Necromantiam profitentur , ex In-

Qij

vid. *Pollicis*
de Pollicis
 p. 227.

vid. *Scaligeri de Emblematibus* p.
 171.

In lucem de nocte vocant, Orbemque revolvunt
Interiùs versum, Naturæ fœdere rupto,

Omne genus rerum doctæ cecinere sorores:

50 Omnis ad accessus Heliconis semita trita est;
Et jam confusi manant de fontibus amnes,
Nec capiunt haustum, turbamque ad nota ruentem;

Integra quæramus rorantes prata per herbas,
Undamque occultis meditantem murmur in antris,

55 Quam neque durato gustârint ore volucres,
Ipse nec æthereo Phœbus libaverit igne,
Nostra loquar. Nulli Vatum debemus orfa.

Nec furtum, sed opus veniet, soloque volamus ^{nostroq}
In Cælum curru: privâ rate pellimus undas,

INTERPRETATIO.

qui natus ad Inferos involvitur tenebris; & aperit globum terrarum, quem intrinsecus evertunt, dum dissolvunt leges Universi. Doctæ sorores cantaverunt omne genus rerum; omnis via, quæ ducit ad aditus Heliconis, attrita est; & jam fluvii permixti defluunt ex fontibus, neque continent aquas, quæ hauriuntur, nec multitudinem Poëtarum, quæ ruit ad res sibi cognitæ. At nos investigemus inter herbas madidas rore, prata, quæ sint intacta, & aquam, quæ edat strepitum in speluncis absconditis, quam nec aves delibaverint duro suo rostro, neque Sol ipse contigerit flammâ suâ aëriâ. Dicam itaque res nostras: nemini Poëtarum debemus nostra dicta, Neque opus, quod surget nobis, erit latrocinium, sed opus nostrum, ascendimus in Cælum nostro proprio curriculo: pulsamus aquas nostrâ propriâ navî.

ANNOTATIONES.

feris Plutonem Dæmonisque omnes carminibus suis & incantamentis deducere? lib. 1. v. 93. 94. 95. At Scalliger legit: *Immersum Tartaron ætron*. Continens pro contento, Inferos pro Dæmonibus Tartarus autem, i, masc. in sing. Tartara, orum, neut. in plur. locus est Inferorum profundissimus, in quo fontes plethuntur. Virg. 6. Æn. v. 578. 608. &c.

48. *Natura fœdere rupto.* Legibus Universi fractis. Ea enim Naturæ lex est, ut qui ad Inferos deprimuntur, ibi maneat, nec mortales in terris inturbent.

49. *Omne genus &c.* His 4. v. monet nihil intactum esse à Poëtis.

Doctæ sorores. Musæ, quæ novem finguntur filiz Jovis ex Mnemosyne, scientiarum, sed cantûs præsertim & carminis præsides.

50. *Heliconis.* Montis sacri Musis, lib. 1. v. 4.

51. *Et jam confusi manant, &c.*

Quæ his 2. v. dixit, ea per metaphoram eleganter explicat: alluditque ad ea quæ supra v. 8. 9. 10. de Homeri carmine prædicaverat, quod quasi fontem quemdam vocavit, ex quo cæteri Poëtæ rivos & amnes suos deducerent. Tanta igitur, inquit, turba Poëtarum accedit ad hauriendas aquas è fontibus in carmina, ut vix aquez sufficiant, & fontium ripæ vix contineant multitudinem Poëtarum. Scilicet quisque res sibi notas canit.

53. *Integra quæramus, &c.* His 7. v. prædicat Poëta novas res & à nemine cantatas sibi esse canendas. Quod quidem eleganti admodum & multiplici metaphorâ deduxit.

56. *Phœbus.* Sol lib. 1. v. 19.

57. *Orfa.* Dicta: vel, initia, incepta.

59. *Privâ.* Propriâ; non publicâ. Horat. 1. Epist.

Locuples, quem ducit priva triremis. Lucret lib. 3. v. 390. & passim alibi.

sacra B. P.

ora B. P.

propria B. P.

- 60 Namque canam tacitâ Naturæ mente potentem;
 Infusumque Deum Cælo, terrisque, fretoque,
 Ingentem æquali moderantem fœdere molem;
 Totumque alterno consensu vivere Mundum,
 Et rationis agi motu, cum spiritus unus
 65 Per cunctas habitet partes, atque irriget Orbem
 Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.
 Quod nisi cognatis membris contexta maneret
 Machina & imposito pareret tota magistro,
 Ac tantum Mundi regeret prudentia censum:

INTERPRETATIO.

Etenim cantabo Deum dominari toti Naturæ per secretam mentem, & diffusum esse ubique in Cælo, & in terris, & in mari; qui regit immensam massam Universi cum pari concordia, & dicam totum Universum subsistere vicissim ex mutua concordia, & gubernari ductu mentis, quoniam unus animus manet in omnibus partibus illius, & irrorat globum Universi pervadens singulas res & effugit illum, quasi corpus animatum. Quod si moles Universi non esset compacta ex partibus confederatis inter se, & si omnis illa moles non obediret domino suo preposito, & nisi provida mens gubernaret tam ingentem numerum partium Universi:

ANNOTATIONES.

60. *Namque canam, &c.*] His 7. v. docet ea, quæ potissimum carminibus est conscripturus: nempe Deum tacitâ mente dominari toti Universo, & vicissim totum Universum seu Mundum divino spiritu intus ali, instar cujusdam animalis. Quod quidem postea variis argumentis est confirmaturus.
Tacitâ mente.] Secretâ ac divinâ ratione: sacro meatu. Sic enim sese explicuit, lib. 1. v. 247.
Hoc opus immensè constructum corpore Mundi,
Membræque Naturæ diversâ condita formâ
Aëris atque ignis, terræque polagique jacentis,
Vis anima divina regit, sacroque meatu
Conspirat Deus, & tacitâ ratione gubernat, &c.
 Et 484. & seqq. Loquitur autem ex mente Stoicorum, qui ut monui lib. 1. v. 247. Deum volebant esse mentem atque animam totius Mundi. Loquitur & ex mente Platonis, qui lib. 10. leg. docuit *ἄνθρωπος ὁ κόσμος*. *Diorum* esse plena omnia. Sic Virg. 4. Georg. v. 221.
 — Deum namque ire per omnes Terrasque, tractusque maris, Cælumque profundum.
 Sic Senec. de Consol. ad Helviam c. 8. *Quid enim aliud est Natura, quam Deus & divina ratio toti Mundo, & partibus ejus inserta?*
 Et Plutarch. 1. pl. 3.
 66. *Corpusque animale figuret.*] Sicut enim animale corpus agit anima, & regit: ita mens divina Mundum agit regitque. Unde veteres Philosophi docuerunt Universum esse perfectissimum animal. Macrobi. 1. in som. Scip.
 67. *Quod nisi cognatis, &c.*] His 15. v. præclarâ inductione probat Mundum, & Mundi partes singulas divinâ mente regi, & alterno fœdere subsistere ac vivere debere. Nulla enim pars Universi seorsum ab hac ratione secretâ, alternoque fœdere salva & integra stare aut manere potest.
 69. *Consensum.*] Ingentem numerum rerum ac partium Universi. Numerosum ordinem ac seriem, lib. 1. v. 12.

- 70 Non esset statio terris ; non ambitus astris ;
 Hærerétque vagus Mundus , standóque rigeret ;
 Nec sua dispositos servarent sidera cursus ;
 Noxque alterna diem fugeres , rursúmque fugaret ;
 Non imbres alerent terras ; non æthera venti ;
 75 Non pontus gravidas nubes ; nec flumina pontum ;
 Nec Pelagus fontes ; nec staret Summa per omnes
 Par semper partes æquo digesta parente ,
 Ut neque deficerent undæ , nec sidera nobis :
 Nec Cælum justo majúsve minúsve volaret .
 80 Motus alit , non mutat opus . Sic omnia toto
 Dispensata manent Mundo , dominúmque sequuntur .
 Hic igitur Deus & ratio , quæ cuncta gubernat ,
 Ducit ab æthereis terrena animalia Signis ,

Pars B.

alumnis B. P.

INTERPRETATIO.

Sanè terra non staret immota ; nec astra circummoverentur ; & Cælum , quod vagatur & movetur , staret immobile , & habendo torpesceret ; neque singula stella observarent suos motus certos & ratos ; & nox non sequeretur alternatim diem , & vicissim pelleret illum ; pluvia non nutriverent terras ; nec venti , aëra : nec mare , tumidas nubes : nec fluvii , mare : nec mare , fontes ; nec denique tota moles maneret

perpetuò ita equalis in omnibus suis partibus , prout fuit disposita ab justo suo Autore , ut neque aqua , nequæ stella decessint nobis : nec Cælum ipsum moveretur aut magis aut minus , quam par est . Motus enim Cœli non mutat , sed conservat opus Cœli . Itacuncta res disposita sunt per totum Universum , & parent suo magistro . Ergo hic Deus & hac mens , qua regit omnia , regit pariter animalia terrestria per Signa Cæ-

ANNOTATIONES.

70. *Non esset statio terris.*] Scilicet argumentatur ex probatis lib. 1. v. 168. ubi terram immotam asseruit.

Non ambitus astris.] Pariter argumentatur ex probatis lib. 1. v. 173. & seqq. ubi stellas moveri circa terram demonstravit.

75. *Vagus Mundus.*] Cælum mobile , lib. 1. v. 3. 197. & seqq. ubi Cœli mobilitatem asstruxit.

Rigeret.] Immotus maneret . Causa pro effectu . Quæ enim rigent , ea torpescunt , languescunt , & quasi immotæ hærent .

74. *Non imbres alerent terras , &c.*] Plin. lib. 19. c. 11. *Imbres sata alunt.* & lib. 17. c. 2. *Cibus arborum est imber.* Porro his 3. v. loquitur ex opinione veterum Philolophorum qui voluerunt ex terræ vaporibus aëra nutriri : ex aëre , æthera : ex ætheri , sidera ; & vicissim . Similiter ex imbris aëris terras : ex ventis æthera ex vaporibus maris nubes : ex fluminibus , mare : ex mari , fontes pe-

rennes &c. Sic Lucret. lib. 1. v. 230.

Unde mare ingenui fontes , exterræque longe

Flumina suppeditant : unde æther flumina nascit :

Ex lib. 2. v. 590. & seqq.

76. *Summa.*] Tota moles Universi : Natura : Universum .

77. *Parento.*] Deo .

81. *Mundo.*] Univerſo , Cœlo & terris .

Dominum.] Deum .

82. *Hic igitur Deus & ratio , &c.*] His 5. v. concludit ex alterno Cœli cum terris fœdere , mutuæque Deum cum rebus concordia terrena animalia regi à sideribus , scilicet ut dixit lib. 1. v. 261.

E quibus & ratio factorum ducitur omnis.

Ratio.] Mens divina , Providentiæ divina , v. 69.

83. *Ducit.*] Regit , gubernat . lib. 1. v. 18. ubi pro *regat* , legere poteris *regat* , ut hæc consentiant cum illis .

Quæ cogit, quanquam longo summota recessu;
 85 Sentiri tamen, ut vitamque ac fata ministrent
 Gentibus, ac proprios per singula corpora mores.
 Nec minùs est quærenda fides. Sic temperat arva
 Cælum: sic varias fruges redditque rapitque:
 Sic pontum movet, & terris immittit & aufert.

INTERPRETATIO.

fit, qua Signa, licet sint remota à terris longo intervallo, Deus ratio facit necessariò illa sentiri ita in terris, ut reddant vitam ac mores hominibus, & infundant mores proprios singulis corporibus. Nihilominùs petendum est argumentum huius rei. Scilicet ita Cælum regit agris per sua sidera: ita per sua sidera largitur & eripit terris diversos fructus: ita per sua sidera agitat mare, & impellit & repellit illud ter-

ANNOTATIONES.

84. *Qua cogit, &c.*] His 2. v. sic immutat & interpungit sine causâ Scaliger: *Qua quanquam longo cogit summota recessu.*

Sentiri tamen ut vitamque ac fata ministrent &c.

Scilicet hoc postremum versum ad sequentia refert.

87. *Nec minùs est quærenda fides.*] Quasi superius exemplum non sufficeret in rei testimonium, monet Poeta similia alia ex aliis rebus exempla esse petenda. Igitur non solum varios hominum mores ex sideribus duci autumat: sed his 18. v. probat & arva, & æstus maris, & Lunæ incrementa ac decrementa, & conchas, & pecudes & cæteras brutas animantes ex sideribus agi, duci, moveri, mutari, temperari, &c. Porro *nec minùs*, id est, *nihilominus*: At Scaliger: *Cominùs* id est, non longius: illudque *Cominùs* referendum censet ad illum versum: *sentiri tamen, &c.* Quasi sic interpreteretur: *cominùs* est quærenda fides tamen ea sentiri, ut vitas ac fata ministrent, &c. Sanè verba Maniliana, ac verborum sensum perturbat.

89. *Immittit & aufert.*] Sup. pontum. His autem verbis significat æstum maris, quem vulgus *fluxum & refluxum* vocat. Per verbum *immittit* significat accessum maris: per verbum *aufert*, recessum. Utrumque autem æstum maris è Cælo duci & excitari constanter affirmat, nimirum vel ex Lunâ, vel ex Sole. Sed de his varias veterum Philoso-

phorum opiniones jam breviter referemus. I. Alii, ut Pythagorei, & Stoici & Platonici, qui Mundum vivum animal esse crediderunt, accessum & recessum maris nihil aliud esse voluerunt, quam Mundi anhelitum emissum & receptum, Mela lib. 3. c. 1. Solin. c. 16. II. Alii, sed unus præcipuè Timæus, causas æstus maris esse voluerunt flumina in mare decurrentia, quæ excursu suo reditque mare implerent ac minuerent, Plutarch. 3. Plac. 18. III. Cæteri ferè omnes ad Lunam & ad Solem hos maris æstus retulerunt, sed diversimodè: alii ad Solem simul & Lunam, ut Plinius, lib. 2. c. 97. Alii ad unum Solem, ut Heraclitus apud Plutarch. citatum. Alii, ut Massikensis Pytheas, accessum maris ad Lunæ incrementum, recessum verò ad Lunæ decrementum referunt. Alii, ut Posidonius apud Strabonem lib. 3. ita maris æstum ad Lunam pertinere censent, ut æstum distinxerint diurnum, menstruum & annum, *Diurnum*, quodd, Lunâ suprà Horizontem uno jam Signo elatâ, & quoad medium Cœli attigerit Oceanus affluat sensibiliter: refluat verò quousque illa pervenerit ad ultimum Signum versùs Occidentem: similiterque dum depressa fuerit Luna ad unum Signum sub Horizonte, & ad Cœli usque imum delapsa fuerit, rursus affluat mare; refluat verò exinde, quousque Luna venerit ad ultimum Signum versùs Orientem infrà Horizontem. *Menstruum*,

- 90 Atqui hæc seditio Pelagi nunc fidere Lunæ
Mota tumet, nunc diverso stimolata recessu:
Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem.
Sic submersa fretis, concharum & carcere clausa

INTERPRETATIO.

sis. Verùm hic æstus maris excitatus per si-
dus Luna aliquando exundat. aliquando
verò per diversum refluxum exagitatus
augescit: aliquando etiam augetur
concomitatus Solem, qui peragit cursum
suum spatio unius anni. Ita pariter
animalia, qua immerguntur sub aquis
maris, & qua includuntur in carcere

ANNOTATIONES.

quodd æstus maximi contingant plenâ
& novâ Lunâ: minimi verò, in qua-
draturis, ut aiunt; mediocres denique,
in aliis temporibus intermediis. An-
quum, quod in Solstitiis sint maxi-
morum maximi æstus: in Æquinoctia-
libus Lunis maximorum minimi. Quan-
quam contrarium jam contingere ob-
servatum est. Neque enim æstus maxi-
mi in Solstitiis, sed in Æquinoctiis
fiunt, cum Novi-Luniis, tum Pleni-
Luniis. Quod etiam observaverunt Se-
neca lib. 3. c. 28. Plinius lib. 2. c. 97.
Tacitus lib. 1. ann. 14. Sunt qui maris
æstum ex terræ motu explicant, putâ
Seleucus, Kepplerus, & Galileus, qui
tamen adhuc non consentiunt. Plura
disputanda super sunt: sed breves nostræ
annotationes longiorem dissertationem
non patiuntur. Quare consule P. Gaf-
fendi in lib. 10. Diog. Laertii à pag.
108, ad pag. 1097. fusiùs enim hæc
tractat.

90. Atqui hæc seditio. *Ge*] Ita casti-
gandi fuerunt hi duo versus ex Vulg.
Malè enim Rom.

Atque hæc seditio pelagi, nunc fidere
Lunæ

Mota tenet, nunc diverso stimolata
recessu.

Et Gemb.

Atque hæc seditio pelagus nunc fidere
Lunæ

Mota tenet. *Ge*.

Nullus enim in hisce duabus lectio-
nibus aut verborum ordo congruus,
aut sensus. Quæ autem his 3. v. Poëta
dixit de æstu maris tum ad Lunæ, cum
ad Solis fidus referendo, eadem docet

Plin. lib. 2. c. 97. his verbis: æstus ma-
ris accedere & recedere maximè mirum
pluribus quidem modis: verùm causa in
Sole & Lunâ. Scilicet æstus maris se-
quitur cursum Lunæ, hoc est incre-
mentum & decrementum Lunæ; nunc
enim major, nunc minor exundat flu-
xus & refluxus maris, pro majori aut
minori incremento ac decremento Lu-
næ. His verbis, *mota tumet*, notat
Poëta majorem æstum: istis, *diverso
stimolata recessu*, sup. *tumet*, notas
minores & minimos, hoc est varios
maris æstus, qui diversimodè contin-
gunt pro diverso Lunæ decremento.

92. Phœbum comitata.] Phœbum, id
est, Solem, lib. 1. v. 19. Hoc autem
versu docet referendum quoque maris
æstum ad Solem, qui quidem non si-
cut Lunâ intrâ viginti quatuor horas,
unâ tardius horâ aut circiter: sed intrâ
spatium anni tantum cursum suum ab-
solvit. Porro idem maris æstum ad So-
lem referunt, quia, ut monui v. 89.
not. maximi æstus contingere solent
in Æquinoctiis & Solstitiis, hoc est
in Pleni-Luniis, quæ ad quatuor puncta
Cardinalia anni accedunt. Unde duplex
distinguitur æstus maris maximus, alter
Solaris, alter Lunar: hic, qui con-
tingat singulis Novi-Luniis ac Pleni-
Luniis: ille, qui fiat quater tantum in
anno, scilicet in Æquinoctiis duobus,
& duobus Solstitiis. Quanquam, ut
jam monui, v. 89. not. maximi maris
æstus Solaris & annui non in Solstitiis,
sed in Æquinoctialibus Pleni-Luniis
& Novi-Luniis contingere observatum
est: similiter minimi æstus solares in

Ad

93 B.
1. 1. 1. 1. 1.

vid. Salmasium ad Solinū
foran 382.
Pelagi ut Cæsarij

93. vid. Lumen Albi:
Conradus Ruppelii Hesperin,
pag. 85:

Ad Lunæ motum variant animalia corpus :

- 95 Et cùm damna tuas imitantur, Delia, vires;
 Tu quoque fraternis reddis sic oribus ora,
 Atque iterùm ex iisdem repetis; quantumque reliquit,
 Aut dedit ille, refers; & sidus fidere constat.
 Denique sic pecudes & muta animalia terris,
 100 Cùm maneant ignara sui, legisque per ævum,
 Naturâ tamen ad Mundum revocante parentem,

cornibus B.P. ora B.P.

INTERPRETATIO.

concharum, mutant corpus suum juxta
 motum Luna: & quando tua detrimenta
 ô Luna, paria sunt tuis incrementis, si-
 militer tu ipsa præbes nobis vultus tuos
 secundum aspectus quos recipis à fratre,
 & rursus resumis vultus tuos ex iisdem
 aspectibus fraternis; & reddis nobis tan-

tum lucis, quantum ille frater tuus tibi
 dedit, aut reliquit; & ita sidus unum
 redditur ex alio fidere. Tandem ita
 bestia & animalia muta in terris, etsi
 per aetatem suam non cognoscant seipsa,
 nec legem, quâ tenentur, attamen
 Naturâ reducens illa, erigunt animos

ANNOTATIONES.

Pleni-Luniis ac Novi-Luniis Sostitia-
 libus. Unde non in uno Sole causa est,
 sed in Sole & Lunâ simul causa est
 saltem æstus Solaris, & annui: quid-
 quid Lucan. lib. 1. videatur renuere:

— An fidere mota secundo

Theios undâ vagâ Lunaribus astuat
 undas?

Flammiger an Titan ut alentes hau-
 riat undas, &c.

94. Ad Luna motum variant, &c.]
 Plin. lib. 2. c. 99. Sidus Luna terras sa-
 turas; accedensque corpora implet, abse-
 dens inanitis, idè cum incremento ejus au-
 geri Conchyliâ, & maximè spiritum sen-
 tire, quibus sanguis non sit, &c. Et Lu-
 cill. apud A. Gell. lib. 20. c. 7.

Luna alit ostrea, & implet Echinos
 muribus, fibras,

Et pecori fibras addit, &c.

95. Et cùm damna tuas, &c.] Id est,
 cùm discus tuus, ô Luna, ex mediâ
 parte lumen à Sole recipit, tunc me-
 diam tui globi partem Soli ostendis.
 Namque Damna, id est, decrementa:
 Vires: id est, incrementa. Cùm autem
 discus Lunæ medio cornu lucet, tunc
 decrementa Lunæ paria sunt incre-
 mentis; tuncque Luna medium sui
 vultum Soli obvertit, ac lumen ac-
 ceptum nobis refert: altera verò me-
 dia sui vultus pars, quia Solis radiis
 non obnoxia, minimè lucet.

M. MANIL.

Delia.] Luna lib. 1. v. 231.

96. Fraternis.] Solaribus, Luna quippe
 Soror credita est Solis ex Theiâ. He-
 siod. in Theog.

Θείαδ' ἡελίου τε, μήχαν, λαμπράν τε
 Σελήνην

Theia verò Solem magnum & lu-
 centem Lunam peperit.

Oribus ora.] Eleganter; ludit enim
 Poëta in verbis; deinde rectè dicitur
 Luna reddere ora sua fraternis oribus,
 quæ vultus suos varios componat ad
 Solis varios aspectus, At Gemb. Cur-
 ribus ora. Vulg. cornibus ora. utrumque
 minùs eleganter.

98. Sidus fidere constat.] Scilicet Luna
 suum lumen à Sole mutuatur. Cic.
 Som. Scip. & Seneca de Consol. ad
 Marc. c. 18. & Virg. Georg. 1.

Fratris radiis obnoxia surgere Luna.
 Quanquam Philo lib. de somn. ambi-
 git nativone an mutuato lumine Luna
 luceat; suis radiis micans, an Solari-
 bus: an horum neutrum sit; sed mixtum
 ex utroque igne tam alieno quam pro-
 prio.

99. Muta.] Vel minora: vel in vocem
 non erumpentia. Sic Quint. lib. 1. c. 16.
 vocat apes muta animalia.

101. Mundum..parentem.] Cælum;
 quod rerum est auctor. v. 117. Vel
 Deum ipsum, lib. 1. v. 525.

R

Attollunt animos, Cælumque ac sidera servant;
Corporaque ad Lunæ nascentis cornua lustrant:
Venturæque vident hyemes, reditura serena.

105 Quis dubitet post hæc hominem conjungere Cælo;
Cui eximiam Natura dedit linguamque, capaxque
Ingenium, volucrumque animum, quem denique in unum
Descendit Deus atque habitat seque ipse requirit?
Mitto alias artes, quarum est permixta facultas,
110 Infidas adeo, nec nostri munera censûs,

INTERPRETATIO.

ad Cælum, quod est eorum Auctor, & sequuntur Cælum & stellæ; & purgant sua corpora ad cornua novæ Lunæ; & præsentunt futuras pluvias & serenitatem Cæi reversionem. Quis ambigat post hæc consociare Cælo hominem, cui Natura tribuit linguam di-

scam & mentem qua concipias res: & ingenium celer: & in quem solum tandem Deus illabitur & manet, & ipse se investigat? Præterea alias disciplinas, quarum facilitas concessa est homini, quæ sunt adeo fallaces, & quæ non sunt beneficia nostra facultatis. Præ-

ANNOTATIONES.

102. Servant.] Sequuntur v. 81. vel quasi venerantur.

103. Corporaque ad Lunæ &c.] Sic Plin. lib. 8. c. 1. de Elephantibus: Auctores sunt in Mauritania altibus ad quendam amnem, cui nomen est Ancilonitescere novæ Lunæ, greges Elephantorum descendere: ibique se purificantes solemniter aquâ conpergi, atque ita salutato sidere in sylvas reverti, &c.

104. Venturæque vident hyemes, &c.] Tempestates ac pluvias. Sic Virg. 1. Georg. v. 375. & seqq. memorat hæc animalia præsertim pluviam præsentire: Grues, in altum volantes: Boves, Cælum suspicientes: Hirundines, circum lacus volitantes: Ranas, in limo coarctantes: Formicas, ova sua efferentes: corvos, è pastu discedentes crocitando: cornices, discursando nimis garrientes: & Cynos, aliæque pelagi volucres, quæ inexploto studio se lavandi certant.

Reditura serena.] Serenum Cælum post nubila. Sic, Virg. 1. Georg. v. 398. & seqq. memorat hæc animalia præsentire serenum Cælum: Halcyones, jam alas ad Solem non expandentes: Suës, jam manipulos messorum non jactantes: Noctuas, post Solis occasum silentes: Nisos, obvolitantes per ætæ: Corvos, oyantes gutture, &c.

105. Quis dubitet post hæc. &c.] His 4 v. pariter docet cognationem inesse Cælum seu Deum inter & hominem, cui natura dederit linguam eximiam, capax ingenium, celerem animum; quemque Deus divinæ suæ naturæ consortem unum fecerit, quasi veriozem sui imaginem.

106. Cui. Sup. homini. Ita legendum. At Vulg. prætermittit hanc vocem cui, incipitque verbum à voce Eximiam.

109. Mitto alias artes, &c.] Cùm jam supra Dei existentiam asseruerit Poëta non solum ex Cœli siderumque statis ordinibus ac motibus: sed etiam ex brutis animantibus, quæ Cælum ut Deum seu Dominum suum sequuntur: Et ex ipso homine, cui Cælum, seu Deus volucrum animum, ingeniumque capax dederit, & suæ divinitatis consortem fecerit: his quoque 6. v. ejusdem Dei divinitatem arguit, non solum ex variis artibus, quas Deus hominibus concesserit: sed & ex inæqualitate legis, sub quâ cuncta tribuuntur nobis: & ex inevitabili Fati, mortisve jure: & ex rerum concreione, quæ non temerario materię concursu, sed æternâ ac sapienti ratione generantur, ac geruntur.

110. Infidas.] Incertas; quæ non æquali legē comparantur, quas labora-

ipsam B.P.

1. Mitto, quod æquali nihil est sub lege tributum:
 2. Mitto quod & certum est & inevitabile Fatum:
 4. Materięque datum est cogi, sed cogere Mundo.
 2. Quò patet Auctoris Summam, non corporis esse.
 11. Quis Cælum possit, nisi Cæli munera nôset,
 Et reperire Deum, nisi quis pars ipse Deorum est;
 Atque hanc convexi molem sine fine parentis;
 Signorũque Choros: ac Mundi flammea tecta:
 Æternum ac stellis adversus sidera bellum:

qd = 221 humana corporis B. P.
 mundi B.
 221 B. P.

INTERPRETATIO.

termitto quòd nihil est concessum sub pari lege. Prætereo quòd Fatum est certum & inclinabile, & quòd præscriptum est materia congregari, sed Cæli est congregare. Unde constat Universum esse opus Auctoris, non materia. Quis valeat reperire Cælum, nisi is qui cognosceret dona Cæli: & invenire Deum, nisi is, qui ipse portio est aliqua Deorum? Et quis valeat concipere & comprehendere in exiguò suo animo hanc massam Cæli pendens ex omni parte ad terras, quod alit omnia perpetuò, & cæsus siderum circumvolitantium: & culmina ignea Cælis:

ANNOTATIONES.

patri, sed eventu dispari quisque consequitur. Alius enim alio doctior est & peritior.

Census.] Facultatis, fundi, ut aiunt: qui ne sont point de nostre fond. Quas non à nobis sed à Deo concessas habemus.

III. Mitto quod æquali, &c.] Aliis enim aliâ lege & ratione cuncta tum animi, cum corporis bona tribuuntur à Deo.

III. Fatum.] Mors: vel fatalis rerum casus: vel Dei decretum & voluntas, lib. 1. v. 1.

III. Materięque datum est cogi, &c.] Damnat Democriti & Epicuri sententiam, qui res omnes creari voluerunt, non æternâ Dei sapientiâ: sed temerario & fortuito Atomorum concursu, lib. 1. v. 128.

Mundo.] Cælo, lib. 1. v. 9. seu Deo lib. 1. v. 523. ut supra v. 101. & infra, v. 117.

III. Auctoris.] Dei, Cæli. Summam. Universum, lib. 1. v. 130. Bonincontrius malè legit:

Quod patet auctoris summi, non corporis esse.

Corporis.] Materię, atomorum, quæ corpuscula sunt, lib. 1. v. 128.

III. Quis Cælum possit, &c.] His 14.

v. ejusdem Dei existentiam, seu potius, Dei illapsum in homines asserit Poëta ex ipsâ Cælorum, ac siderum notitiâ, quam homines habent. Neque enim illam habent nisi à Deo. Namque ut rectè docuit, lib. 1. v. 28.

Quis foret humano conatus pectore tantum;

Invitis ut Diis cuperet Deus ipse videri,

Sublimes aperiit vias, immò quæ sub Orbem,

Et per inane suis parentia legibus astra? &c.

117. Convexi.] Cæli, lib. 1. v. 539. hoc est Dei, ut ipse interpretatus est quoque; lib. 1. v. 523.

Parentis.] Rerum auctoris, v. III. 118. Mundi flammea tecta.] Stellarum Cælum. Stellæ enim vel ignitas, vel ignes esse credidit, veteres, lib. 1. v. 132.

119. Stellis adversus sidera bellum.] Vel Planetarum motum adversum motui cæterarum fixarum stellarum notat, de quo nos, lib. 1. v. 15. 207. vel pugnam intelligit, quæ inter Signa intercedit ex vario aspectu, variæque conjunctione, unde rerum eventus varî colliguntur.

malum: Patenti: ad
 Sabarum, not: ad Anto.
 min: p: 384: Perennis

115: Sabarum Not: ad Antonius p: 211: Egit

Quis Cælum possit, nisi Cæli munera nôset? Adit. A natura Divina
 Animos haustos at delictos habemus: Eius: De Divinal: E: 1: ut Tusc. 10:
 5: Humanus Animus metaphys. ex mente Divina: &c.

- 120 Ac terras Cœloque fretum, subjectaque utrisque
Cernere, & angusto sub pectore claudere possit,
Ni tantos animis oculos Natura dedisset,
Cognatamque sibi mentem vertisset ad ipsam;
Et tantum dictasset opus; Cœloque veniret
125 Quod vocat in Cœlum, sacra ad commercia rerum,
Et primas quas dant leges nascentibus astra?
Quis neget esse nefas invitum prendere Mundum,
Et velut in semet captum deducere in orbem?
Sed ne circuitu longo manifesta probentur,
130 Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.

INTERPRETATIO.

Et perpetuam pugnam, qua stellis est contra
stellas: Et terras ac mare, qua dependent à Cœlo, & res alias, qua dependent ab utrisque, nisi Natura dedisset
mentibus hominum oculos adeo capaces, & revocasset ad seipsam animum hominum, qui quasi ex eâ natus est: & edocuisse illos tam magnum opus: & nisi idipsum, quod Natura revocat in
Cælum ad cognoscenda fœdera rerum, & primas leges, quas sidera tribuunt hominibus dum nascuntur, veniret à Cœlo?
Quis inficietur crimen esse velle capere animo Cælum invitum, & quasi comprehensum in seipso volvere aut regere in ordinem? At ne res nota probentur longâ ambage verborum, ipsa experientia faciet auctoritatem, & fidem nostro operi,

ANNOTATIONES.

123 Cognata) vid. Prolog.
Aristot. ad Librum de Mundo.

122. Natura.] Auctor naturæ: Deus, v. 106.

123. Cognatam.] Sibi affinem, & ex se quasi natam. Scilicet à Cœlo suam mens hominis, ac anima ducit originem, & à Cœlo venit in corpus ad sacra Cœli cum cæteris rebus creatis commercia noscenda, fatæque, quæ nascentibus imponunt stellæ ac sidera.

Ad ipsam.] Ad seipsam, nempe Naturam, seu Deum.

125. Quod vocat in Cælum.] Nempe Mentem hominis, quam ad Cœlum cognoscendum revocat, & vertit ipsa Natura.

127. Quis neget esse nefas, &c.] Sic lib. 1. v. 28. & seqq.

128. Deducere in orbem.] Interpretatus sum ex Scaligero Cogere in orbem, seu ordinem, quasi proverbialiter dictum. Quo sensu dixit Virg. 2. Georg.

— Re it agricolis labor altus in orbem. Verum possem aliter interpretari ex ipso Manilio, nimirum deducere in orbem terrarum hoc est inducere terras. Sic enim lib. 1. v. 1.

Cavmina divinas artes & conscia Fati
Sidera diversos hominum variantia casus!

Cælestis rationis opus, deducere Mundo

Aggredior, &c.

Astrologia quippè à Cœlo deducta est primum. lib. 1. v. 35.

129. Sed ne circuitu, &c.] His 7. v. tandem ait ea se tractaturum esse, quæ probatione non egent, sed quæ ex se ipsis, & ex ipsâ experientiâ manifesta fiunt. Quippè quia nec ratio decipit, nec unquam decipitur, scilicet ut ait lib. 1. v. 541.

— Docet ratio; cui nulla resistunt

Claustra, nec immensa moles, ceduntque recessus;

Omnia succumbunt; ipsum est penetrabile Cælum, &c.

130. Ipsa fides operi faciet, &c.] Gemb. & Rom. Benè. Ipsa fides, id est, vel ipsa experientia, vel ipsum testimonium, aut rationes & argumenta, quæ pollicetur, faciens fidem operi, hoc est rem ipsam confirmabunt. At Scaliger: Ipsæ res operi faciet, &c. id est, inquit ille, rem tibi dabo auctorem, nempe veritatem prius prædictam ac creditam, quam eveniret. Quis verò alii audeat convincere, quod Fortuna ratum efficit? Prior tamen lectio mihi magis placet.

Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam.

Ritè sequenda via est à veris credita causis,

Eventusque datus qualis prædicitur antè.

Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum

135 Audeat, & tantæ suffragia vincere Sortis?

Hæc ego divino cupiam cum ad sidera flatu

Ferre, nec turbam, nec turbæ carmina dicam :

Sed solus vacuo veluti vectatus in orbe,

Verbere agam currus, non occurrentibus ullis;

= can = R. P.

occurt R. P.

= ora tam R. P.

INTERPRETATIO.

Neque enim ratio fallitur, aut fallit unquam. Et bene tenendum est illud iter, quod habitum est verum ex veris causis, & ritè sequendus est exitus, qui talis datus est, qualis antea prædictus est. Quis audeat dicere illud esse falsum, quod Sors ipsa reddat certum: & sperare

testimonia Fortuna adeo potentis? Cum ego exoptem extollere divino spiritu has res usque ad astra, neque cantabo versus in gratiam vulgi Poëtarum, nec qui sint vulgi Poëtarum. Sed solus quasi delatus in liberâ & solitariâ regione, flagello currum meum agitato, nemine occurrente mihi;

ANNOTATIONES.

132. *Sequenda.*] Ita restituo, restituendumque postulat ratio, & verborum syntaxis. Idque ex Rom. & Vulg. in quibus legitur, *secunda*, nimirum ex errore Librarii pro *sequenda*; antiquè autem *sequenda* pro *sequenda*, sicut *ferendum* pro *ferendum*: *potinandum* pro *potinandum*: *orinandum* pro *orinandum*, &c. Ritè igitur sequenda via est, quæ vera comperta est jam antea ex veris causis. Quæ interpretatio ritè convenit etiam sequenti versui, namque ritè pariter sequendus est exitus & eventus, qui datus est talis, qualis antea fuerat prædictus & prævisus ex certis causis. Quanquam Rom. & Vulg. lectio suum quoque bene patitur sensum. Ritè *secunda via est.* &c. id est, plana & facilis illa via est, quæ ex certis ac veris causis jam antea trita est, & credita facilis & plana. Similiter facilis is est eventus, qui semel datus est, qualis antea fuit prædictus. Minus tamen clara interpretatio. Junius verò Bitur. legit: *Secunda*. Quasi ratio, quæ creditur, solâque verborum fide nititur, diligenter secunda ac separanda à rationibus veris & probatis: similiter eventus, qui talis accidit, qualis est antè prædictus ritè sit distinguendus ab eo eventus, qui nullo certo nititur argumento. Du-

rior hæc interpretatio, & à mente Manilii prorsus aliena,

134. *Fortuna.*] Sors; ratio Fati, Fatum ipsum.

136. *Hæc ego divino.* &c.] His 14. v. jactitat Poëta se non aliorum Poëtarum vestigiis insistere, nec eam, quam alii tractarunt carminibus, materiam tractare se: sed novam, & à nemine cantatam aggressurum, nimirum leges Fati, quas etiam prædiscere à Fatis datum est. lib. 1. v. 6. & 113.

Divino flatu.] Divino quippe spiritu aguntur Poëtæ, lib. 1. v. 118.

137. *In turbam.*] In eam Poëtarum multitudinem, qui, ut monuit v. 8. & seqq. de fontibus Homeri suos rivulos in carmina duxerunt, variisque aliis de rebus carmina scripserunt; de Fato autem, Fatique legibus, ne vel carmen ullum dicere sunt ausi.

139. *Verbere agam currus.*] Metaphoræ est, quâ Poëta notat se unum de Fati legibus, & aëstorum Apotelesmaris carmina conscripturum, viamque tentaturum, in quâ ne vel minimus Poëta sibi occurrat. At vulg. *Verbera tamcurrus*, mendosè. Rom. *Umbrato currus*, quasi umbratili, seu privo, privatoque & non aperto curru. Idem sensus, sed minus clara verba.

- 140 Nec per iter focios commune gerentibus actus;
Sed Cœlo noscenda canam, mirantibus astris,
Et gaudente sui Mundo per carmina vatis:
Vel quibus illa sacros non invidere meatus,
Notitiâque sui, (minima est quæ turba per Orbem.)
145 Illa fuit, quæ divitias; quæ diligit aurum,
Imperia & fasces, mollémque per otia luxum,
Et blandis diversa sonis, dulcémque per aures
Affectum, at modico noscenda ad Fata labore.
Hoc quoque Fatorum est legem prædiscere Fati.

ad B. P.
et B. P.
P. - B.

INTERPRETATIO.

nec ullis habentibus mecum communes actus
per viam communem: sed cantabo res di-
gnas sciri, ipso Cœlo, & sideribus ipsis
stipescens. & ipso Cœlo exultante
propter versum sui Poëta: vel saltem
exultantibus iis Poëtis, quibus illa res
non occluserunt has vias sacras, & cogni-
tionem sui (qua multitudo Poëtarum pau-

cissima est in orbe terrarum.) At illa
turba Poëtarum, quæ amat opes, aurum,
imperia, & magistratus & luxuriam iner-
tem in otio, & varia cantica ex dulcibus
cantibus, & sonum gratum auribus, illa,
inquam turba mediocri cum labore fertur
ad cognoscenda Fata. Scilicet hoc etiam
datum est à Fatis præcognoscere leges Fati.

ANNOTATIONES.

140. Nec per iter focios, &c.] Meta-
phora est quoque, vel quæ alludit Poëta
ad eas vias, quæ mutuos gerunt actus.
Cum enim agricolæ vicinos habent
agros, alter alterius, ut aiunt, servi-
tute tenetur. Vel, quæ dicit se non agere
curram, quod alii Poëtæ. Scilicet scriptu-
rus est de Fato, & astris, de quibus
nemo antea cecinit, lib. 1. v. 6. Et ini-
tio hujus libri à v. 53. ad v. 59.

142. Mundo.] Cœlo, Deo ipso, v. 113.
Vatis.] Manilii.

143. Illa.] Noscenda Cœlo, quæ nec
iter, nec actum denegarunt suis Poëtis
ad hoc prædium, hoc est, ad hæc car-
mina conscribenda de astris, & Fato;
quorum quidem Poëtarum minima est
turba in terris.

145. Illa fuit.] Gemb. benè: hoc
enim est, illa verò turba Poëtarum
maxima est, & uberrima, quæ de re-
bus mollibus, putà auro, imperiis,
luxu, & musicâ tractat; cum ea quæ
de rebus Astrôlogicis agit, sit minime
numerosa: quippè quia non mediocri
iste labor, à quo natura ipsa abhorret.

Vel, ut interpretatus sum: illa verò
turba Poëtarum, quæ rebus mollibus
conscribendis delectatur, mediocri la-
bore fuit, hoc est, fertur ad Fata co-
gnoscenda. Quæ Germana mihi vide-
tur mens Manilii?

146. Fasces.] Magistratus. Fasces enim,
apud Romanos, fuerunt Magistratum
insignia, quæ ante illos à lictoribus
præferbantur. Sic apud Virg. 2. Georg.
Fasces usurpantur pro magistratibus:

Non illum populi fasces, non purpura
Flexit. &c. [regum

147. Blandis diversa sonis.] Musicen.
Diversa autem sup. negotia, potiùs
cantica. Ita enim hæc omnia ejusmodi
adjectiva neutra licet interpretari, per
substantivum negotium, aut per aliud si-
mile. Malè autem Vulg. adversa; quid
enim est carmen, aut canticum adver-
sum sonis blandis?

148. At modico, &c.] Sup. illa turba
fuit. Ita Gemb. Scilicet illa Poëtarum
turba, quæ res molles & muscen dili-
git, vix delectatur rebus Astronomicis,
nec nisi cum mediocri labore fertur ad
scribendum de Fatis siderum. Malè ergo
Bonineontrius, noscendi affectu labore.
Pro noscenda ad Fata labore. Malè pa-
ricer Rom. & vulg. Noscendi afflicta la-
bore. Hoc autem in his rebus intelligen-
dis difficile fuit, quod conjunctio at,
quæ periodum debuit inchoare, relata
sit ferè ad finem: at modico, &c.

149. Hoc quoque Fatorum, &c.] Nec
mirum, inquit, si tam pauci ferantur
ad Fata noscenda. Namque à Fato da-
tur Fata discere.

- 150 At primùm astrorum varia est natura notanda
 Carminibus per utrumque genus ; nam mascula sunt sex :
 Diversi totidem generis sub principe Tauro
 2 Alternant genus, & vicibus variantur in orbem.

INTERPRETATIO.

Sed principid diversa natura siderum ob- na: & totidem sunt contrarii generis, qua
servanda est versibus nostris, per utrum- variant alternatim genus quorum Taurus
que genus ; etenim sunt sex Signa masculi- dux est, & vicissim variantur in orbem.

ANNOTATIONES.

150. *At primùm astrorum, &c.*] Jam
 gemi de astris astrorumque fati aggre- mineorum, ut alternas vices ac sedes te-
 ditur Poëta ; incipitque primùm Astro- neant, masculinorum initio ducto ab
 logiæ præcepta tradere ; initiumque su Ariete : fœmineorum verò, à Tauro.
 nit à variâ Signorum Zodiaci divisione 151. *Utrumque genus.*] Masculinum
 pro vario eorumdem genere, variâque & fœmineum.
 specie, & aspectu diverso. Quæ omnia *Mascula sunt sex.*] Nimirum, Aries,
 sigillatim tradit ab hoc v. 150. ad v. Gemini, Leo, Libra, Sagittarius,
 433. Ac principid his 4. v. dividit 12 Aquarius.
 Signa Zodiaci in masculina, & fœmini 152. *Diversi totidem generis.*] Sex pa-
 na: *Mascula* vocat ea, quæ valentiora riter fœminei generis, Taurus, Can-
 sunt : *Fœminina* verò, quorum virtus est cer, Virgo, Scorpius, Capricornus,
 minùs potens. Ita Firmic. lib. 2. c. 1. Pisces.
 & Ptolem. lib. 1. de judic. Is autem est 153. *In orbem.*] Per vices, donec nu-
 ordo Signorum masculinorum & fœ- merus Signorum 12. absolvatur. Res
 patet in hac figurâ,

Aries.	Taurus.	Gemini.	Cancer.	Leo.	Virgo.
♈	♉	♊	♋	♌	♍
Masc.	Fœm.	Masc.	Fœm.	Masc.	Fœm.
Libra.	Scorpius.	Sagittarius.	Capricornus.	Aquarius.	Pisces.
♎	♏	♐	♑	♒	♓
Masc.	Fœm.	Masc.	Fœm.	Masc.	Fœm.
IX. Fig.			Pag. 135.		

Veni ut adveniat munda surgat in Arcum R.

Humanas etiam species in parte videbis :

155 Nec mores distant. Pecudum pars atque ferarum
Ingenium facient. Quin jam signanda sagaci
Singula sunt animo, propriâ quæ sorte feruntur.

Nunc binis insiste: dabunt geminata potentes *Quæ signa duplici*
Per socium effectus. Multum comes addit & aufert; *sit et biformia*

160 Ambiguisque valent, quæis sunt collegia, Fatis
Ad meritum noxamque. Duos per sidera Pisces;

quæ sint B. P.

INTERPRETATIO.

Cernes quoque in unâ parte Signorum figuras humanas: quorum mores non sunt diversi à moribus hominum. Pars altera exhibebit indolem & mores bestiarum & pecorum. Præterea singula illa Signa jam observanda sunt cum diligenti curâ, quæ habent peculiarem & simplicem formam.

Jam verò attende Signa Biformia: Biformia igitur reddent effectus, qui propter commitem formam erunt potentes. Socia enim forma addit, & detrahit plurimum: & ea Signa, quibus est societas, habent sortes dubias, nimirum aut ad bonum, aut ad damnum. Vide duos Pisces inter astra,

ANNOTATIONES.

154. *Humanas etiam species. &c.*] His 2. v. continetur secunda Signorum Zodiaci divisio in *Humana* & *Ferina*. Hæc ferarum, illa hominum formâ figurantur. *Humana* sunt, Gemini, Virgo, Libra, Aquarius. *Ferina* sunt triplicis generis: alia enim sunt in formâ bestiarum, ut Aries, Taurus, Sagittarius, Capricornus: aliâ in formâ bestinglorum, seu rapacium ferarum, ut Leo: alia in formâ reptilium, ut Cancer, Scorpius, & Pisces, Ita Joannes de Saxonia in text. Alchabitii.

155. *Nec mores distant. &c.*] Quasi nascens homo suos ducat mores ex moribus Signorum & ingeniis, pro eorum specie humanâ aut ferinâ.

156. *Quin jam. &c.*] His 40. v. continetur tertia signorum Zodiaci divisio in *Simplicia* & *Biformia*. His 2. v. expedit *Simplicia*, quæ scilicet unâ sorte, hoc est, unicâ & simplici formâ figurantur; eaque sunt, Aries, Taurus, Cancer, Leo, Scorpius. Quorum tamen censum non instituit; sed tantum *Biformia* memorat Poëta, de quibus jam v. 158.

158. *Nunc binis insiste. &c.*] His 38. v. reliquis, alteram superioris divisionis partem explicat, nimirum de Signis Biformibus, quæ triplicis sunt generis.

Alia enim Biformia sunt formâ disjunctâ, ut Gemini, & Pisces: alia Biformia sunt, non ex formâ quidem, sed ex situ, quo inter duo anni tempora intercedunt, ut Virgo, quæ jacet inter finem æstatis, & initium autumnii: & alia tria signa, quæ jacent inter alia tria anni tempora, scilicet, Pisces, qui inter finem hyemis, & initium veris: Gemini, qui inter finem veris, & initium æstatis: Sagittarius, qui inter finem autumnii, & initium hyemis jacet. Verum hæc divisio non adæquata videtur; Libra enim neque inter *Simplicia*, neque inter *Biformia* cujusvis generis recensetur. Mihi tamen reponenda videtur inter *Simplicia*, sive Chelæ Scorpionis efformant illam, sive sub Astræ Virginis specie figuratur. Neque enim sub quâcunque hac ratione geminam, duplicemve figuram habet. Porro his 16. primis v. explicat Poëta distinguatque Signa Biformia 1. & 2. generis.

159. *Per socium.*] Sup. signum. Dicitur enim socius, a, um.

Comes.] Sup. Signum, per appositionem. Vel sup. forma, ac natura; nisi dicatur hic & hæc & hoc. *Comes.*

161. *Pisces.*] v. 33.

Et

Et totidem Geminos nudatis aspice membris ;
His conjuncta manent alterno brachia nexu.
Diffimile est illis iter in contraria versis.

- 165 Par numerus : sed enim dispar natura notanda est.
Atque hæc ex paribus toto gaudentia censu
Signa manent, nihil exterius mirantur in ipsis,
Amissumve dolent ; quædam quod parte recisâ,
Atque ex diverso commissis corpore membris,
170 Ut Capricornus, & hic qui tentum dirigit arcum

INTERPRETATIO.

¶ *duos geminos*, qui sunt nudis artubus ;
his, nempe Geminis, brachia sunt con-
nexa per mutuum amplexum : illis nempe
Piscibus, *via est dispar in partes oppositas* ;
numerus quidem formatû in utrisque est
aqualis : at *diffimilis observanda est natura*.
Et hæc duo tantum Signa ex biformibus

gloriantur integris suis membris, nec quicquid
alienum admirantur in seipsis ; aut conque-
runtur amputatum, quod alia quadam con-
queruntur, quæ habent membra ali-
qua computata, & quæ constant ex artu-
bis compositis ex alieno corpore, qualis est
Capricornus, & ille, qui mixtus equo, dirigit

ANNOTATIONES.

161. *Geminos.*] Lib. 1. v. 265.

Nudatis membris.] Geminorum quippe
fidus depingitur sub formâ duorum
puerorum, qui nudis sunt corporibus,
cujus rei rationem Poëta reddit jam in-
fra, v. 183.

163. *Hic.*] Sup. Geminis.

164. *Illis.*] Sup. Piscibus, quorum
alter os vertit ad os amphoræ Aquarii:
alter verò ad dorsum Andromedæ. Unde
ambo abeunt in contrarias partes, lib.
1. v. 271. not. & fig.

165. *Par numerus.*] Sup. formarum,
aut naturarum. Pisces enim & Gemini
pari numero formarum constant, ni-
mirum duplici naturâ.

Dispar natura.] Alios enim effectus
natura Geminorum reddit : alios natu-
ra Piscium, lib. 4. v. 142. & 163.

166. *Hæc.*] Hæc duo supra dicta
Signa, Gemini & Pisces.

Ex paribus.] Ex biformibus primi &
secundi generis, v. 158. not. Quæ, quia
similia sunt in duplici formâ, quæ
constant, paria dicuntur à Manilio.

Toto gaudentia censu.] Habentia sua
singula & omnia membra integra. Igi-
tur ex Signis biformibus, utriusque sci-
licet generis primi tantum & secundi
v. 158, hæc duo solum, Gemini & Pis-
ces, duplices formas integras, dupli-

M. MANIL,

ciâque membra aut corpora integra ha-
bent : cætera verò, putâ Capricornus,
& Sagittarius, corpus habent quæque
suum non duplex, sed unum com-
missum ex partibus diversis corporis,
nimirum humani & equini, ut Sagit-
tarius : Picisve & Capri, ut Capricor-
nus. *Census* autem dicitur quidquid rei
aut fortunarum est, lib. 1. v. 12. Totus
igitur *consus* Signorum Biformium,
sunt omnia & singula membra integra,
quibus constant, & quæ sunt quasi sua
res & fortuna.

168. *Quadam.*] Sup. Signa biformia,
putâ Capricornus & Sagittarius, quo-
rum ille posteriorem sibi partem, quæ
in piscem desinit, aut quasi recisam, aut
alienam saltem dolet & miratur : hic
verò posteriorem pariter sui partem,
quæ equina est, aut alienam, aut quasi
amissam dolet & miratur

Quod.] Sup. dolent, aut mirantur.
Malè Scaliger legendum putat, quo-
quo.

170. *Ut Capricornus & hic, &c.*] *Gemb. Benè. At mendosè Vulg. & Rom.*

Utque Capricornus qui tentum di-
rigit arcum :

Junctus equo pars huius hominis
sed nulla prioris.

S

sum B. P.

col. B. P.

Junctus equo : pars huic hominis , sed nulla priori.
Hoc quoque servandum est altâ discrimen in arte ;
Distat enim geminâ duo sint , duplâve figurâ.

Quinetiam Erigone binis numeratur in astris ,
175 Nec facie ratio duplex. Nam definit Ætas :

INTERPRETATIO.

contentum arcum : huic autem posteriori fert an biformia Signa consent ex binâ, sed una pars est hominis ; at priori illi , nulla. integrâ, an ex duplici, sed nō integrâ, naturâ. Isthac etiam differentia observanda est in Imò etiam Erigone recensetur inter Signa biformia, nec tamen est illi duplex fors vultus. hac profundâ disciplinâ ; multum enim dif-

ANNOTATIONES.

171. *Junctus equo.*] Sagittarius lib. 1. v. 270.

Pars huic hominis , sed nulla priori.] Gemb. rectè. Huic enim supl. *Sagittario*, pars est quidem hominis, nimirum anterior : sed priori, nimirum Capricorno, nulla pars hominis est : sed utraque ferina ; posterior, Piscis : anterior, capri. At Scaliger : *Pars huic oris, sed nulla Priori* ; id est, inquit ille, *sed huic equo*, cui commissus est dimidiatus homo, anterioris hominis nulla pars est. Nam purus Equus est dimidiatus, ut anterior pars purus homo dimidiatus. Sanè, nifallor, non hæc Maniliana mens est.

173. *Geminâ.*] Biformi disjunctâ, quales sunt Gemini & Pisces, qui Biformi, sed disjunctâ naturâ ac formâ constant.

Duplâve.] Biformi conjunctâ, quales sunt Sagittarius & Capricornus, qui biformi seu duplici constant formâ ac naturâ, sed conjunctâ, & in uno corpore commissio quidem ex partibus diversis generis. Itaque discrimen hoc ponit Poëta inter *geminum*, & *duplum*, quodd *geminum* designet duas naturas ac formas in duplici corpore : *duplum* verò duplicem formam ac naturam in uno corpore.

174. *Quinetiam Erigone, &c.*] His 22. v. notat & docet quæ Signa Biformia sint tertii generis ; quæ quidem Biformia vocat, non quia duplâ aut geminâ formâ constant : sed quia quæque duplici anni tempore conjuncto, ut vocant, correspondent. Qualia sunt hæc quatuor Signa, Virgo, Sagittarius, Pisces, & Gemini, quæ præcedunt

Tropica Signa, Libram, Capricornum, Arietem, & Cancrum. Unde notabis Sagittarium, non solum esse Signum Biforme primi generis ; sed & tertii : Pisces pariter & Geminos non solum esse Biformia Signa secundi generis : sed & tertii, quia Tropicis præcedunt. Quatuor igitur sunt anni præcipua tempora, ver, æstas, autumnus, & hyems : hæc singula suum principium, medium, & finem habent. Principium dicitur Astrologis *ἄρσην*, *mutatio*, quia novam aëris mutationem importat. Medium dicitur, *εὐρότης*, *firmitas*, quia Signi vim majorem indicat. Finis *διωμνητὴρ*, quasi *Biformitas*, quia utrumque conjungitur principio & fini. Unde triplex illa divisio Signorum in *Tropica*, *Firma*, & *Biformia*. Sed de his infra v. 266. Itaque his 6. v. signat Virginem esse Biforme Signum, quia præcedit Libram, quod Signum est Tropicum.

Erigone.] Virgo, v. 32.

175. *Nec facie ratio duplex.*] Ita legendum & interpungendum. *Facie* autem pro *faciei*. Sic Virg. 1. Georg. *die pro diei*.

Prima die somnique pares ubi feceris horus.

Malè ergò interpungunt alii : *Nec facie. Ratio duplex.* Quasi duplex sit ratio, cur Virgo Biforme sit Signum, cum ne vel unam recenseant. Imò ea mens est Manilii, ut Virginem inter Biformia Signa recenseat, non quòd duplici facie, seu formâ aut naturâ constet, sed quia præcedit Signo Tropico, nempe Libræ. Quam ob rationem alia

Incipit Autumnus mediâ sub Virgine utrimque.
Idcirco Tropicis præcedunt omnibus astra
Bina, ut Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,
Quod duplices retinent connexo tempore vires.
180 Ut quod subsequitur Cancer per sidera Fratres,

utroq. B. P.

conposse B. P.
sub B. P.

INTERPRETATIO.

Sed quia hinc inde sub mediâ Virgi-
ne astra finiuntur, & autumnus inchoatur,
Scilicet i. e. Signa bisformia proponuntur
omnibus Signis Tropicis, veluti Arie-
ti, Libra, & Cancro, & Capricorno,
quia conservant geminas vires ab illo
tempore conjuncto. Veluti, quia inter astra
Cancer sequitur Geminos fratres,

ANNOTATIONES.

Signa, quæ Tropicis præcedunt, pa-
titer Bisformia dicuntur.

176. *Mediâ sub Virgine.*] In his autem
loquitur Poëta ex vulgi sententiâ. Vul-
gus enim ita dividit quatuor anni tem-
pora, ver, æstatem, autumnum, & hye-
mem, ut ver assignet his tribus vete-
ris anni mensibus, Martio, Aprili,
Maio: æstatem, istis tribus sequenti-
bus, Junio, Julio, Augusto: autum-
num, his tribus aliis subeuntibus,
Septembri, Octobri, Novembri:
hyemem, reliquis tribus, Decembri,
Januario, Februario. Deinde ita pari-
ter vulgus duodecim Signa Zodiaci par-
titur, ut tribus mensibus, Martio,
Aprili, Maio, tria prima Signa ex or-
dine adscribat, Arietem, Taurum, Ge-
minos. Tribus verò sequentibus men-
sibus, tria quoque sequentia Si-
gna. Et ita de cæteris. Unde nil mirum,
si Signa, quæ Tropicis præcedunt, du-
plicis temporis connexi sunt partes, ita
ut priores cujusque Signi gradus, par-
tes sint temporis desinentis: posteriores
verò gradus, partes sint temporis subeun-
tis: cum reverâ quatuor anni tempora
prædicta, præcisè non cadant in sin-
gulos prædictos menses: sed Veris ini-
tium incidat tantum in 21 Martii diem:
Æstatis, in 21 Junii: Autumni, in 24
Septembris: Hyemis, in 21 Decembris.
Quo fit, ut aliquâ ratione singula Signa
illa quatuor, quæ Tropicis totidem
præcedunt, dicantur partes esse dupli-
cis cujusque temporis connexi; v. g.

Pisces, hyemis desinentis, & veris in-
cipientis pars: Gemini, pars veris senef-
centis, & æstatis subeuntis: Virgo, pars
æstatis finientis, & autumnus sequentis:
Sagittarius, pars autumnus desinentis,
& hyemis inchoantis. Neque autem
sub his singulis Signis quatuor, quæ
Tropicis præcedunt, quatuor anni tem-
pora quæque pariter desinunt ac inci-
piunt: sed reverâ initium ducunt cum
ipsis Signis Tropicis: desinunt verò
cum iis Signis, quæ Tropicis præce-
dunt. Sic æstas incipit cum Cancro,
& finitur cum Virgine: Sic autumnus
incipit cum Librà, & desinit cum Sa-
gittario. Et ita de cæteris.

177. *Tropicis.*] Quæ sic dicta sunt à
voce Græcâ *τροπή* mutatio, quia im-
portant aliquam aëris mutationem, v.
174. 266.

178. *Bina.*] *Bisformia.*
Chelis.] Libræ, lib. 1. v. 609. &
Virg. 1. Georg. v. 33.

179. *Duplices retinent vires.*] Nimirum
& præteriti seu desinentis, & futuri seu
subeuntis temporis.

180. *Ut quod.*] Benè: His itaque 6.
v. docet quod quia Gemini præcedunt
Cancrum, idcirco alter illorum pars
est veris; alter pars est æstatis. At Sca-
liger, quos: malè.

Fratres.] Duos Geminos, qui duo
fratres sunt Castor & Pollux, lib. 1. v.
265.

S ij

Ex Geminis alter florentia tempora Veris
 Sufficit : Æstatem subeuntem provehit alter.
 Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem ;
 Ille senescentis Veris : subeuntis at ille
 185. Æstatis pars est, primæ fors ultima partis,
 Nec non Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso
 Præmittit, duplici formatus imagine fertur.
 Mitior Autumnus molles sibi vindicat artus
 Materiâque hominis : fera tergo membra rigentem

INTERPRETATIO.

idcirco alter Geminorum subministrat tem-
 pora vernantia Veris : alter verò promo-
 vet Æstatem subsequenter : ambo tamen
 nudi sunt, quia ambo sentiunt ca-
 lorem, scilicet alter pars est Veris fi-
 nientis ; alter verò pars est Æstatis suc-
 cedentis, nimirum qui posterior est

pars prioris partis. Sagittarius quoque,
 qui mittit te primum, ô Capricorne,
 post seipsum, dicitur compositus ex duplâ
 formâ, Autumnus, qui minùs est asper.
 attribuit sibi teneriores illius partes. &
 partem hominis : artus ferini, quos
 habet à tergo, vindicant sibi Brumam

ANNOTATIONES.

181. Ex Geminis alter.] Castor, qui,
 quia prior est situ & ordine per astra,
 statque proximè post Taurum, pars est
 sanè Veris senescentis, seu desinentis.
 Pollux verò, quia posterior, pars est
 Æstatis, quæ Ver sequitur.

183. Sentis... uterque calorem.] Castor
 scilicet calorem Veris promoti, & senes-
 centis; Pollux calorem Æstatis incipien-
 tis; præcedit enim Cancro, à quo Æstas
 incipitur.

184. Ille senescentis.] Castor, ut monui.
 At ille.] Pollux, ut monui.

185. Prima fors ultima partis.] Id est,
 qui ex Geminis pars est ultima primæ
 partis, nimirum Veris senescentis, is
 pars est subeuntis æstatis. Hæc autem
 minimè clara sunt. Debit enim Poëta
 dixisse : qui ex Geminis posterior pars
 est æstatis subeuntis : & contra, qui
 prior pars est Veris senescentis, is po-
 steriior pars est pariter æstatis subeuntis.
 Cum enim uterque unicum sint sidus,
 uterque pars est utriusque temporis
 connexi, quod utrumque claudunt, &
 promovent. Uterque tamen videtur
 pars prior & posterior utriusque tem-
 poris connexi, quod utrumque claudunt,
 & quasi tangunt. Sic Castor, qui Ver
 claudit à parte Tauri, prior pars est
 verni temporis, quod sufficiunt & pro-
 movent Gemini : Pollux verò ejusdem

verni temporis nonnisi pars posterior
 est, qui posterior ordine & situ sequitur
 Castorem. Contrà autem, Pollux ex al-
 terà parte pars prior est æstatis, quam
 claudunt & promovent Gemini à parte
 Cancræ : Castor verò temporis ejusdem
 pars est tantum posterior.

186. Nec non Arcitenens. &c.] Sagit-
 tarius, lib. 1. v. 270. His itaque s. v.
 docet Poëta Sagittarium esse *Biforme*
 Signum, quia præcedit Capricornum,
 quod est Tropicum Signum, atque
 Sagittarium, quâ parte homo est, &
 mollior, Autumnus hyeme minùs as-
 perum tibi vindicare : quâ verò parte
 fera est rigidior, hyemem asperior
 Autumno attribuere sibi, atque ita in
 duo tempora diversa mitti & promo-
 veri, nimirum in Autumnum & in
 hyemem.

Sub ipso.] Post seipsum. Sic Virg. 2.
 Æn. v. 324. *sub ipso* dixit, pro *post seipsum*.

— Quo deinde sub ipso

*Ecce volas calcemque seris jam calce
 Diore.*

Sagittarius enim, quia præcedit Capri-
 cornum, dicitur præmittere sub seipso
 Capricornum, id est, primum post
 seipsum promoveri & mittere.

189. Materiâque hominis.] Vulg.
 Benè. At Scaliger : *metieriamque oris*.
 Minùs eleganter. Nec minùs hallucina-

190 Excipiunt Hyemem, mittuntque in tempora Signum.
 Quotque Aries præ se mittit duo, tempora Pisces
 Bina ferunt: hyemem claudit, ver inchoat alter.
 Cum Sol æquoreis revolans decurrit in astris
 Hiberni cœunt cum vernis roribus imbres.

nunc jamq. A. P.

hyemem ducunt B. P.

INTERPRETATIO.

asperam. & sic promouent illud Signum in duo diversa tempora. Et duo Pisces quos Aries mittit ante seipsum, portant quoque duo tempora: alter enim terminat Brumam, alter inchoat Ver. Quando Sol reuertens graditur per hæc Signa aquosa, pluvia hyemalis junguntur cum roribus vernalibus.

ANNOTATIONES.

tur idem Scaliger, dum hos tres versus *Mollior Autumnus*, &c. præponendos cenfet his duobus, *Nec non Arcitenens*, &c. Neque enim de Geminis, sed de Sagittario intelligenda est particula, *nec non*. Vel, quod ridiculum esset, illa particula *nec non*, quæ conjunctiva est, Sagittarium Sagittario conjungeret: eam tamen sententiam de Sagittario cum iis, quæ supra dicta sunt de Geminis, conjungere ritè debeat.

190 *Mittuntque in tempora Signum*.] Promouent & sufficiunt hoc Sagittarii Signum in duo diversa tempora, in hyemem & in Autumnum. Valeat ergo Metaphorica hujus loci interpretatio, quam Scaliger deducit à Prætorè, qui Circensibus ludis currus mittendi signum dat, quasi Sagittarii præmittat Capriornum veluti signum hyemis venientis. Nugæ. Gemb. acenensis autem habet: *Jam jamque in tempora Signum*. Sed minus sana lectio, quæ tamen Scaligeri interpretationi aliquatenus suffragatur.

191. *Quisque Aries*. &c.] His s. v. docet Pisces, qui præcedunt Arieti, quod Signum est Tropicum, esse quoque *Biforme* Signum, & vindicare sibi sortem utriusque temporis, verni & hiberni. Scilicet enim alter Piscium sibi attribuit hyemem senescentem, quam claudit: alter ver subsequens, quod inchoat. Par enim ratio de duobus Piscibus, ac de Geminis supra v. 185. not.

192. *Bina ferunt*.] Vulg. & Rom. id est, duo tempora portant & sibi vindicant. Gemb. *Bina dicant*, id est, consecretant sibi. Rectè. Bonincontrii textus;

Bina ducunt: malè, quæ tamen vestigia sunt lectionis Gemb. *Bina dicant*.

Hyemem claudit.] Scilicet ille de duobus Piscibus, qui ora vertit ad os amphoræ Aquarii, lib. 1. v. 273. Qui verò ora vertit ad Andromedam, inchoat ver. Ille enim prior ad Aquarium, hic posterior ad Arietem exoritur.

193. *Æquoreis... in astris*.] In fidere Aquoso Piscium. Sic Virg. 4. Georg. v. 234. vocat Pisces, *fidus Piscis aquosi*.

194. *Hiberni cœunt*, &c.] Hi duo versus benè restituuntur variis ex lectionibus. Namque Vulg. malè omnino:

Hiberni cœunt cum ver tunc roboris imbres.

Ultima quod sursum oris habet fluitantia Signa.

Gemb. absurdè:

Hiberni cœunt cum vernis tunc roboris imbres

Ultima quod sursum oris habet fluitantia Signa.

Rom. pariter malè:

Hiberni cedunt. &c. cum Gemb.

J. Biturig. imperfectè: [imbres,

Hiberni cœunt cum vernis roboris

Ultima quos versum oris habet fluitantia Signa.

Vix enim concipi potest quid illud *roboris*. Benè ergo restituta est nostra lectio. Namque benè ros vernus, & imber hibernus excipiunt duos Pisces, qui fidus sunt aquosum. Itaque duplex illa fors aquosa, ros vernus, & imber hibernus vindicant sibi duos Pisces, qui in utrumque tempus hibernum & vernum promouentur. v. 191.

Ebra qd sursu oris habet B.P.
Quod B.P.

195 *Utraque fors humoris habet fluitantia Signa.*

Quin tria Signa novem Signis conjuncta repugnant;

*Quia signa !
adversa*

Et quasi seditio Cælum tenet. Aspice Taurum,

Cernis ut averſus redeundo surgat in arcum

Clunibus? & Geminos pedibus, testudine Cancrum

200 *Surgere; cùm rectis oriantur cætera membris?*

Nec mirere moras, cùm Sol adversa per astra

non B.P.

INTERPRETATIO.

Utrumque enim hoc genus aqua vindicatur sibi Signa pluviosa Piscium. Præterea sunt tria Signa vicina, quæ quasi luctantur adversus novem alia, & est veluti bellum in Cælo. Intuere Taurum, videtur quomodo exoritur à natibus, & à parte po-

steriori, dum revertitur in circulum Cæli superiorem? & Geminos exoriri à pedibus, Cancrum à testudine, cùm cætera alia Signa surgant recto membrorum ordine? Neque admireris tunc majores cunctationes Solis, cùm Sol in illis longis

ANNOTATIONES.

196. *Quin tria Signa, &c.*] His 7. v. continetur 4^a. Signorum Zodiaci divisio in *Aversa* & *Recta*. Hæc numero sunt novem, Aries, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces: illa sunt tantum tria, Taurus, Gemini, Cancer; quæ tria Signa contigua sede, cæteris novem repugnant; averſa enim exoriuntur, hoc est, à posterioribus partibus: cætera verò surgunt rectâ fronte, seu ab anterioribus partibus.

198. *Averſus.*] Id est, à posterioribus partibus. Sic lib. 1. v. 264. & lib. 4. v. 521. Malè ergo alii *adverſus*; neque enim à fronte, sed à posterioribus exoritur Taurus. lib. 1. v. 264.

In arcum.] In altum Cælum, quod in circulum curvatur: vel, in superiorem Zodiaci partem, quæ à terris ad medium Cælum formam arcus imitatur; est enim quarta pars circuli. Malè autem Scaliger hunc versum è sua sede in alienam transtulerat, nimirum post v. 153. ubi non de Signorum hoc ortu, aut astrothesiâ, sitûve in Cælis: sed solùm de genere ac sexu diverso agitur.

199. *Clunibus.*] Id est, à posterioribus, sive clunes habeat Taurus in Cælis, sive iis careat, aut lateant ipsi, v. 59. & Ovid. Fast. 4.

Vacca sit an Taurus, non est cognoscere promptum;

Pars prior apparet, posteriora latent.

Et Manil. lib. 1. v. 264.

Geminos pedibus.] Ambo enim Gemini ita sunt siti in Zodiaco, ut capita vergant ad Ortum, pedes ad Occasum. Unde non à fronte, sed à pedibus; non recti, sed averſi surgunt & exoriuntur nobis.

Testudine Cancrum.] Testudo Cancri, vocatur illa camera, seu testa, quæ tegitur Cancer, quæ à parte posteriori Cancri tota clauditur. Cancer igitur, qui caput obvertit ad Ortum, cameram verò seu testudinem, quæ parte clausa est, ad Occasum, dicitur exoriri à testitudine, id est, à caudâ & posteriori sui parte.

200. *Rectis...membris.*] Id est, à fronte, seu ab anteriori parte. Quod videre est in globis Cœlestibus.

201. *Nec mirere moras &c.*] Pulchrum sanè commentum. Cur enim Sol in decurrendis Signis vernis, & æstivis diutius immoretur, quam in decurrendis, Signis autumnalibus & hibernis, hanc scilicet causam bene commentus reddit, quodd pars illorum rectis, pars averſis membris exoritur; atque aded Sol currit per adversa, & quasi sibi invicem

Æstivum tardis attollat mensibus annum.

qua nocturna Nec te prætereat, nocturna diurnaque Signa
qua diurna Quæ sint, perspicere, & propriâ deducere lege,
 205 Non tenebris aut luce suam peragentia sortem,
 (Nam commune foret nullo discrimine nomen,
 Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,
 Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur:)

INTERPRETATIO.

mensibus protrahat annum æstivalem per Signa reluctantia cæteris aliis. Neque fugiat te observare, qua Signa sint nocturna, & quæ diurna; & sumere ea ex propriâ suâ sorte; neque enim sortita sunt suam denomina-

tionem ex noctibus, aut ex diebus; (nam: denominatio cõmunis esset omnibus sine ullâ differentiâ, cùm cuncta luceant per certâ vicissitudines in temporibus noctis ac diei, & cùm modò hac diem, modò illa noctem comitentur:)

ANNOTATIONES.

reluctantia Signa. Tria quippè Signa *aversa* sunt in sex prioribus Zodiaci Signis Septentrionalibus, Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, Virgine, nimirum, *Taurus, Gemini, & Cancer*. Cuncta autem sex Signa Zodiaci meridionalia, *reverta* sunt. Porro reverà Sol plures infumit dies in decurrendis sex Zodiaci Signis Septentrionalibus: quàm in peragrandis sex aliis Meridionalibus. Namque in decurrendis Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone & Virgine dies infumit 188. Tot enim numerantur à 21. die Martii, quo Sol Arietem ingreditur ad 24. Sept. quo Sol è Virgine egreditur. In decurrendis verò Librà, Scorpione, Sagittario, Capricorno, Aquario, & Piscibus, dies tantum infumit 178. Verùm hæc major minörve Solis mora non ad Signorum repugnantiam inter se: sed ad ipsius apogæum est referenda. Quò enim magis Sol propè accedit ad initium Cancræ, eò magis accedit ad augem sui Eccentrici, hoc est, ad punctum, quod longè abest à terris: quò verò propior sit initio Capricorni, eò magis accedit ad oppositam sui Eccentrici augem, hoc est, ad punctum, quod terris maximè vicinum est. Unde majorem sui Eccentrici partem percurrit in Signis Zodiaci Borealibus quàm in Austrinis decurrendis: plùsque temporis illic consumit, quàm hic, cùm in Eccentrico feratur uniformiter. Sin autem horum duorum

versuum hæc interpretatio, quæ multis, non tibi tamen arridet: per melicet ut hæc intelligantur de longiori dierum morâ, quæ nobis contingit, dum Sol est in Cancro, hoc est, in æstivis mensibus, unde per *æstivum annum* intellige, vel unum mensem Junium, vel sex menses, qui à Martio ad Septembrem censentur

203. *Nec te prætereat, &c.*] His 20. v. seqq. continetur 5^a. Zodiaci Signorum divisio in nocturna & diurna. *Nocturna* Signa vocantur ea, non quæ de nocte lucent, aut exoriuntur: *Diurna* similiter non quæ de die fulgent aut surgunt: quia eadem omnia modò de die, modò de nocte surgunt: sed propter secretas aut sacratas potiùs Naturæ causas. Signa igitur *Nocturna* dicuntur Taurus, Gemini, Virgo, Libra, Capricornus, Aquarius: *Diurna* verò, Aries, Cancer, Leo, Scorpium, Sagittarius, Pisces, nimirum alternis binis vicibus, initio ducto à Tauro. Quam verò Naturæ sacratam causam vocat Manilius, ea Ptolemæo lib. 1. Jud. conformitas est humoris, quam sex illa priora Signa habent cum humore noctium: & caloris, quam sex posteriora habent cum calore dierum. Verùm non benè convenit inter Astrologos, quæ Signa nocturna, quæve Diurna sint. Alii enim, ut benè notat Manilius v. 219. & seqq. Sex prima Zodiaci Signa, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leo-

tota R.

noctem R. P.

- Sed quibus illa parens Mundi Natura sacratas
 210 Temporis attribuit partes statione, perenni.
 Namque Sagittarii Signum, rabidique Leonis,
 Et sua respiciens aurato vellere terga,
 Nunc Pisces, nunc Cancer, & acri Scorpion ictu,
 Aut vicina loco, divisa aut partibus æquis,
 215 Omnia dicuntur simili sub sorte diurna.
 Cætera sex numero, consortia vel vice sedis,
 Interjecta locis totidem, nocturna feruntur.
 Quinetiam sex continuis dixere diurnas
 Castris esse vices, quæ sunt à principe Signo
 220 Lanigeri: sex à Librà nocturna videri.

INTERPRETATIO.

sed illa nocturna & diurna sunt, quibus Natura parens Universi dedit certas sacras partes temporis diurni aut nocturni cum immutabili sede. Nam Signum Sagittarii, & calidi Leonis, & Arietis, qui retrò aspiciet dorsa sua sub lanâ aureâ. & Pisces, & Cancer, & Scorpions, qui ferit morsu gravi, quæ scilicet sunt vel contigua ratione sedis, vel separata ex partibus aqua-

libus, hæc, inquam, omnia vocantur Diurna sub pari titulo. Cætera quæ sex sunt in numero, vel contigua pariter ratione loci, vel interposita totidem sedibus, dicuntur Nocturna. Imò etiam antiqui dixerunt sortes Signorum diurnas tribus sex stationibus contiguas, quæ incipiunt à duce Signo Arietis: Sex alia Signa, quæ incipiunt à Librà, conserti nocturna.

ANNOTATIONES.

nem, & Virginem, Diurna vocant: sex verò reliqua, Nocturna. Alii, Diurna esse volunt ea, quæ mascula dicta sunt v. 152. Nocturna verò, quæ foeminea.

209. Parens Mundi Natura.] Deus, Auctor Naturæ.

112. Et sua respiciens, &c.] Aries, lib. I. v. 163.

113. Acri Scorpion ictu.] v. 32. Ictû quo Nepem. & v. 236.

114. Aut vicina loco, &c.] Alternatim enim bina incedunt Nocturna, & Diurna, initio Nocturnorum factò à Tauro: Diurnorum verò, à Piscibus, v. 203. Résque tota patet in hoc 12. Signorum disticho, in quo Diurna, Italicis; Nocturna, Romanis litteris imprimi curavimus.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,

Libraque, Scorpions. Arcitenans, Capræ, Amphora, Pisces.

Benè igitur dicuntur vicina loco, quia bina incedunt: benè pariter dicuntur divisa partibus æquis, quia alternis bina vicibus distant. Quod nec Bullialdus,

nec Scaliger benè ceperunt; dum legunt hunc v. 216.

Cætera nec numero, consortia nec vice sedis.

Unde è propriâ fede in alienam transferunt eundem, nimirum post v. 222. Foeminea in noctem, &c.

216. Cætera sex.] Nempè, Taurus, Gemini, Virgo, Libra, Capricornus, Aquarius; quæ Nocturna sunt, vicinæque pariter loco, seu consortia vice sedis: & interjecta alternatim totidem locis, quot Diurna. Malè ergò Scaliger hunc versum & è sede suâ transtulit, & legendum putavit:

Cætera nec numero, consortia nec vice sedis:

218. Quinetiam sex, &c.] His 3. v. notat Poeta 2. aliud genus Signorum, Nocturnorum & Diurnorum, v. 203. scilicet sex priora Zodiaci Signa Diurnæ: sex posteriora, Nocturna.

219. Castris.] Stationibus, sedibus; locis. Sic v. 226.

Ipsæ dant castris fines capiuntque vicissim.

unt

ta est B.P.

et panem B.P.

290 290 B.
290 signa B.P.

libris B.P.

Sunt quibus esse Diurna placet, quæ Mascula surgunt :
Fœminea in noctem tutis gaudere tenebris.

Quin nonnulla sibi, nullo monstrante, loquuntur
Neptuno debere genus, Scopulosus ut undis

225. Cancer, & effuso gaudentes æquore Pisces.

Ut quæ terrenâ censentur sidera sorte,
Princeps armenti Taurus, regnôque superbus
Lanigeri gregis est Aries; Positûsque duorum;

in B.

positiq B.

INTERPRETATIO.

Alii sunt, qui volunt illa Signa esse diurna, quæ mascula exoriantur : ea verò gloriari tenebris sacratis in noctem, quæ sunt fœminea. Praterea quadam Signa, nemine docente, dicunt sibi ipsi se debere suam sortem Neptuno, veluti Cancer saxosus qui gaudet aquis, & Pisces qui delectantur vasto mari. Veluti è contrario Signa sunt quæ censentur de terrestri genere, qualis est Taurus dux gregis majoris; & Aries qui gloriatur imperio gregis ferentis lanam: & forma eorum, quæ duplicem habent formam;

ANNOTATIONES.

221. Sunt quibus, &c.] His 2. v. notat illud aliud f. genus Signorum Nocturnorum & Diurnorum, de quo nos v. 203. not. Quæ autem Mascula sint & Fœminea, dictum est v. 151.

222. Fœminea in noctem &c.] Rom. & Vulg. benè. Nam ea Signa, quæ sacratis, seu sacris in noctem tenebris gaudent, hoc est, quæ titulo nocturnum gaudent, id est, ea Signa sunt Nocturna, quæ Fœminea: sicut ea dicuntur Diurna, quæ Mascula. Valeat ergo minùs sana Scaligeri lectio:
Fœmineam in noctem, &c.

Quid enim fœminea nox?

223. Quin nonnulla, &c. His 11. v. continetur sexta Signorum Zodiaci divisio in Aquatica, Terrestria, & Ambigua. Aquatica sunt Cancer & Pisces: Terrestria, Aries, Taurus, Gemini, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius: Ambigua, Capricornus & Aquarius.

224. Neptuno.] Maris & aquarum Deo, quem pro mari & aquis usurpant Poëtæ.

Scopulosus.] Qui saxosis locis delectatur. Plin. lib. 9. c. 13. Imò qui saxis lætus saturatur.

225. Æquore.] Aquis.

227. Armenti.] Armentum propriè M. MANIL.

majorum est pecudum, ut boum, equorum &c: grex verò minorum, ut ovium, caprarum &c. Utrumque tamen aliquando promiscuè usurpant Poëtæ.

228. Positûsque duorum.] Rom. & Vulg. id est, Positio duorum. Sors alia biforium Signorum, nempe Sagittarii, Geminorum, Virginis & Libræ. Libra enim positio duorum dicitur, vel quia duas habet lances, quas adornant duæ Chelæ Scorpionis: vel quia sub specie Virginis Astræ pariter ac sub formâ libræ representatur, lib. 1. v. 267. Gemb. habet: positique duorum, quod veræ lectionis est vestigium. Deinde ita hæc sexta Signorum divisio postulat legere, & interpretari hunc locum, ut adæquata sit æquè, ac cæteræ aliarum divisiones. Namque quatuor superessent signa, Gemini, Virgo, Libra, & Sagittarius, quæ locum in hac divisione non haberent. Hæc enim solum nominatim recenset Poëta, Cancrum, Pisces, sub genere Aquaticorum: hæc verò solum, Arietem, Taurum, Leonem & Scorpionem, sub genere Terrenorum: hæc duo pariter solum, Capricornum & Aquarium, sub genere Ambiguum. Minùs ergò benè Scaliger castigat: *Hostisque duorum*

Positiq

Prædatorque Leo ; dumosis Scorpius arvis.

230 Sunt etiam mediæ legis communia Signa,

3 Humida terrenis æquali fidere mixta :

1 Ambiguus terræ Capricornus & æquoris undis ;

2 Parsque mari innitens fundentis semper Aquarii.

INTERPRETATIO.

¶ *rapax* Leo : ¶ *Scorpius*, qui gaudet agris spinosis. Sunt quoque Signa, quæ communis sortis participantur, quippe quæ, cum aquosa sint, miscantur ter-

restribus ex æquali fidere : qualis est Capricornus, qui particeps est terræ & aquarum maris ; ¶ *pars* Aquarii effundentis aquas ; quæ quasi mari incumbit.

ANNOTATIONES.

prædatorque Leo ; quasi Leo inimicus sit & prædator duorum, nempe Tauri & Arietis ? Nugæ. Primo tamen horum verborum intuitu, *positusque duorum*, unius Geminorum sideris positio videtur intelligi. Verum, ut monui, adæquata non esset divisio. Unde per *positusque duorum* intelliguntur quatuor illa Signa, Gemini, Virgo, Libra & Sagittarius, quæ duorum sunt positio, id est, duplici formâ constant.

231. *Humida terrenis, &c.*] Ita restituendum. Minus enim sanæ cæteræ lectiones, Gemb. & Rom.

Humida terrenis atque illi digere mixta. Scaligeri :

Humida terrenis æquali fidere mixta. vel : *Humida terrenis æquali lege remissa* : res enim manifesta patet ex ipsâ solâ verborum nostrâ interpretatione.

232. *Ambiguus.*] Gemb. benè. Vulg. *ambiguus* ; malè. Cum igitur pars superior Capricorni, capra sit, quæ terribis exultat : pars verò inferior destinat in piscem, qui gaudet aquis : benè ambiguum sidus est Capricornus.

233. *Parsque mari innitens, &c.*] Ita quoque restituendum. Notat enim Poëta Aquarium pariter *Ambiguum* signum esse, quia pars altera Aquarii terrena est, altera aquatica. Terrena est Urna, seu Amphora, quæ pro ipso Aquario sumitur : aquatica est aqua, quæ perpetuò ex Urnâ effunditur. Videtur autem Poëta recensere solam urnam Aquarii inter signa Ambigua ; non autem ipsum Aquarium, quæ puer est. Verum id familiare est Poëtis ut Amphoram pro Aquario usurpent. Itaque multum se torquent viri alioquin perspicaces,

Scaliger & Bullialdus : Hic vocabulum *innitens* interpretatur *illucens*, quasi ab *in* & *niteo*. Verum prima syllaba *niteo* corripitur, in versu autem Manilianno producit. Deinde quid sibi vult pars Aquarii *illucens mari* ? Scaliger autem dubius hæret, nùm Poëta alluserit ad formam Aquarii, quâ pingebatur olim sub unius hominis figurâ : nùm habenda potius sit ratio vel litus huius sideris, quâ fortè mari incumbat, vel ejusdem ortus supra Horizontem, quo tempore pars Aquarii innititur mari, è quo cuncta sidera emergere finguntur, cum exoriuntur. Verum si solius pueri forma, sub quâ representari solet, esset habenda ; sanè non est ratio cur Aquatica potius, quàm terrena pars illa diceretur : sin autem ratio litus spectetur, aut ortus, certè non magis innititur mari, quàm cætera Signa, dum exoriuntur. Rectè ergo per partem Aquarii mari innitentem intelligimus ipsius Aquarii *Amphoram*, quæ pro toto ipso Aquario usurpatur. Atque aded, quia Aquarius & quæ puer est & quæ urna, pars est ipsius sideris, videtur *Terrenum* esse sidus : quæ verò ipsius amphora innititur mari, id est, incumbit aquis effundendis, benè dicitur sidus *Aquaticum*. Unde *Ambiguum* signum est Aquarius. Dicitur autem pars illa Aquarii, id est urna mari innitens, vel quatenus per longum tractum aquarum, quæ effunduntur ex urnâ, quasi mari jungi & adhærere videtur ; vel quia vocabulum *mari* pro aquis usurpandum est ; sicut v. 225. *aquore* pro *aquis*. Qui potest melius capere, capiat. Monui autem lib. i. v. 272. & alibi me disputaturum de Aquarii sidere, infra v. 239.

atq. illi digere B.
Aquarius B.P.
marina arvens B.P.

re fecunda Non licet à minimis animum deflectere rebus :

- 235 Nec quicquam rationis eget , frustrave creatum.
Fœcundum est propriè Cancrî genus : acer & ictu
Scorpius ; & partu complentes æquora Pisces.
Sed sterilis Virgo est simili conjuncta Leoni :

Nec capit , aut capros effundit Aquarius ortus.

- 240 Inter utrumque manet Capricornus corpore mixto ;

INTERPRETATIO.

Non oportet avocare mentem à rebus tenuissimis : neque enim aliquid est quod suâ causâ caveat , aut quod sit incassum. Natura Cancrî verè est fertilis : & Scorpius , qui sœvit morsu fœcundus est : & Pisces , qui suo

fœtu replent maria , fœcundi sunt. Sed Virgo , qua vicina est Leoni sibi simili in sterilitate , sterilis est : neque Aquarius concipit , aut conceptos fœtus emittit. Capricornus autem constat corpore communi inter utrumque genus :

ANNOTATIONES.

234. Non licet à minimis , &c.] His 10. v. continetur septima Signorum Zodiaci divisio in Fœcunda , Sterilia , & Communia. Fœcunda censentur Cancer , Scorpius , Pisces. Sterilia , Virgo , Leo , Aquarius. Communia , Aries , Taurus , Gemini , Libra , Sagittarius , & Capricornus. Quamquam Joan. de Saxoniâ suprâ Alchabit , rem aliter distinguit. Quadam enim , inquit , Signa sunt Sterilia , scilicet , Gemini , Leo Virgo : quadam habentia paucos filios , scilicet Aries , Taurus , Libra , Sagittarius , Capricornus : & quadam dicuntur multorum filiorum , scilicet , Cancer , Scorpius , & Pisces.

236. Fœcundum . . . Cancrî genus.] Quippè quia multa parit ova , ex quibus plurimos edit fœtus. Plin. lib. 9. c. 31.

Acer & ictu Scorpius.] Sævum est animal , cujus cauda semper est in ictu , nulloque momento meditari cessat , ne quando desit occasio : ferit ex recto , & inflexo ; vermiculos ovorum specie parit. Plin. lib. 11. c. 25. Unde fœcundum est sidus.

238 Simili.] Sup. Virgini in sterilitate , Leo quippe in terris paucos edit catulos. Namque ex Plin. lib. 8. c. 16. Semel edit partum , lacerato unguium acie matro in enixu : Aristoteles autem tradit Leenam primo fœtu parere quinque catulos : ac per annos singulos uno minùs : ab uno verò sterilefcere. Hinc in cœlis creditur sterile sidus.

239. Nec capit Aquarius , &c.] Quippe qui fingatur puer. Hoc autem sidus , ut præmonui v. 233. & lib. 1. v. 272. undecimum est Zodiaci , quod nomen habet à stellis , quæ in eâ cœli parte effusionem aquarum imitantur : vel quia cum Sol eas cœli partes decurrit , frequentiores decidunt imbres : vel propter fabulas. Fingunt enim Poëtæ hunc fuisse Ganymedem , quem puerum Trojanum in cœlos rapuit Jupiter , ut sibi cæterisque Diis ac Deabus esset à poculis ; Ovid. fast. 2. Alii fabulantur fuisse Deucalionem , quo regnante , illud , quod vocant Deucalionis diluvium , terris contigit ; Hyg. lib. 2. Poët. astron. Alii Cecropem volunt , qui antè vini usum regnans , aquâ primus usus est in sacris faciendis ; Hygin. citatus. Consentiunt tamen ferè omnes de pueri Ganymede ; unde passim apud Poëtâs , sed Manilium præsertim , voces , puer , & juvenis , usurpantur pro ipso Aquario. Pingitur autem quasi effundens dextrâ urnam inflexam , ex quâ perpetuè effluunt aquæ , quas longus stellarum tractus in cœlis imitatur. Variæ illius appellationes sunt , Aquarius , Amphora , Juvenis , Puer , Ganymedes , Deucalion , Cecrops , Aristæus , Fulor aquæ , Hydridurus , Tyrannus aquæ. &c.

240. Inter utrumque manet , &c.] id est , partim fœcundum , partim sterile est signum Capricornus.

T ij

Exemplūque docet patienter damna subire ;
Omnis cū Cælo Fortunæ pendeat ordo ;
Ipsaque debilibus formentur sidera membris.

265 Temporibus quoque sunt propriis pollentia Signa :

Æstas à Geminis : Autumnus Virgine surgit :

Bruma Sagittifero : Ver Piscibus incipit esse.

Quattuor in partes scribuntur sidera terna :

Hiberna æstivis , autumnis verna repugnant.

270 Nec satis est proprias Signorum noscere formas.

INTERPRETATIO.

Et edocet nos ab exemplo ferre constanter
jacturas nostras , quontam omnis series Fa-
ti nostri dependet à Cælo , Et ipsa Signa
componuntur ex artubus infirmis Et trun-
cis. Signa etiam plurimum valent in cer-
tis anni temporibus : æstas autem incipit post

Geminos : autumnus post Virginem : hyems
post Sagittarium : ver post Pisces incipit esse.
Signa distribuuntur in quatuor partes, ita ut
brumalia opponantur æstivalibus ; Et ver-
nalia autumnalibus. Nec sufficit cognosce-
re proprias figuras singulorum Signorum.

ANNOTATIONES.

263. *Fortuna ordo.*] Fatalis omnis re-
rum series : fatalium eventuum , qui
sive boni , sive mali hominibus in vi-
tâ contingunt. Sic lib. 1. v. 1. & 18.

265. *Temporibus quoque , &c.*] His
s. v. continetur decima Signorum Zodia-
ci divisio in Verna , Æstiva . Autum-
nalia , & Hiberna ; scilicet juxta qua-
tuor anni tempora. *Verna* sunt Aries,
Taurus , Gemini : *Æstiva* , Cancer ,
Leo , Virgo : *Autumnalia* , Libra ,
Scorpius , Sagittarius : *Hiberna* , Ca-
pricornus , Aquarius , Pisces. Quæ
divisio sic explicata continetur hoc
vers. 268.

*Quattuor in partes scribuntur sidera
terna.*

266. *Æstas à Geminis.*] Sup. surgit ;
æstas enim incipit à Cancro , qui post
Geminos sequitur , & incidit nunc in
22. diem Junii , quo die Sol Cancrum
ingreditur.

Autumnus Virgine.] Autumnus e-
nim incipit à Librà , quæ post Virgi-
nem sequitur , inciditque nunc in 24.
diem Septembris , quo die Sol Libram
ingreditur.

267. *Bruma Sagittifero.*] Hyems
enim initium ducit à Capricorno , qui
post Sagittarium sequitur , caditque il-
lius initium nunc in 22. diem Decembris,
quo die Sol Capricornum ingreditur.

Ver Piscibus.] Ver enim incipit ab
Ariete , qui post Pisces progrediens ,
dux est cæterorum , illiusque initium
cadit nunc in 21. diem Martii , quo die
Sol Arietem intrat.

269. *Repugnant.*] Non fortasse viri-
bus ac sorte : sed loco solo ac situ. Nam-
que invicem è regione sibi adversa lu-
cent in Zodiaco.

270. *Nec satis est proprias , &c.*] Ex-
plicatis hætenus propriis singulorum
Signorū formis, generibus aut speciebus
diversis , ac divisionibus : jam mutuos
eorundem , sed diversos aspectus expli-
caturus est Poëta ab hoc v. 170. ad v.
435. Nimirum , quæ Trigona , quæ Te-
tragona , quæ Hexagona , quæve Op-
posita sint Signa ritè docturus est ; &
quæ horum omnium Dextra Sinistræ-
ve censeantur. Hisque 14. v. prioribus
aggreditur partitionem Trigonorum ,
quæ undecima est Signorum divisio.
Trigona igitur Signa quadruplicis ge-
neris sunt : quatuor enim Signorum
Triangula distinguuntur , initio du-
cto ab Ariete per Tauum. 1. Trian-
gulum adornant Aries , Leo , & Sa-
gittarius. 2. Taurus , Virgo , & Ca-
pricornus. 3. Gemini , Libra , & Aqua-
rius. 4. Cancer , Scorpius , & Pisces.
Scilicet quæ Signa , initio , ut monui ,
ducto ab Ariete , ternis Signis à se distant ,

Consensu quoque Fata movent , & fœdere gaudent ;
Atque aliis alia succedunt sorte locoque.

sum R.P.
e B.

INTERPRETATIO.


Ipsa etiam Signa adaugent Fata ex diâ : & alia juvant aliis ex situ , & mutuis viribus & gloriantur concor-

statione , quam habent ad se invicem.

ANNOTATIONES.

ea Trigona sibi invicem dicuntur. Quatuor autem solum Signa , initio ducto ab Ariete , nec vice repetitâ , Triangulis initium esse possunt , nimirum Aries , Taurus , Gemini , & Cancer ; sequentia etiam Signa ternis distant ab his quatuor ; unde quatuor solum diver-

sa Triangula Signorum censentur ; quæ observare est in his duabus Figuris , in quarum alterâ Trigona quatuor duci curavimus per Signa diversis lineis : in alterâ verò , singula Signa cujusque Trigoni sigillatim posuimus.



XI. Fig.

Pag. 151.

271. *Consensu.*] id est , ex mutuis viribus , ex concursu mutuo affectionum.

272. *Alia.*] Sup. Signa ; neque enim syllaba brevis te moveat , cum casuram in versu efficiat. Alii legunt *alia* . Sup. formæ Signorum , metri causâ.

Sorte locoque.] id est , ratione se-

dis ; quam sortiuntur in Zodiaco ad se invicem , v. 283. Vel per *sortem* intellige *viros* , & *affectiones* , quibus polent Signa , & quibus aliis Signis juvare possunt in fati movendis , ex loco & situ , quo diversos ad se invicem aspectus habent.

Circulus ut dextro Signorum clauditur orbe ,
 In tres æquales discurrit linea ductus ,
 275 Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa :
 Et quæcumque ferit , dicuntur Signa Trigona ,
 In tria partitus quod ter cadit angulus altra ,
 Quæ divisa manent ternis distantia Signis.
 Laniger ut paribus spatiis duo Signa , Leonis ,
 280 Atque Sagittarii , diverso conspicit ortu :
 Virginis & Tauri Capricorno consonat astrum .

fur B.

terris B.P.

stuo B.

INTERPRETATIO.

Quando circulus Signorum terminatur du-
 ctus , qui ducitur à dextrâ parte , linea dedu-
 citur per illius circulum in tres lineas
 æquales , quæ ipsa se mutuo tangit in ex-
 tremis suis limitibus : & omnia Signa quæ
 illa linea tangit extremis suis finibus , vo-
 cantur Triangula , quia angulus illius lineæ
 sic divisus incidit ter in tria Signa , quæ se-
 parantur & removentur à se invicem per
 terna Signa . Sic Aries aspicit in vario ex-
 ortu illorum , duo Signa Leonis & Sa-
 gittarii , quæ à se distant aequalibus in-
 tervallis : & sic Signum Virginis & Tauri
 consentit per aspectum cum Capricorno .

ANNOTATIONES.

273. *Circulus ut dextro , &c.*] His 3. v.
 docet modum ducendæ lineæ per Zo-
 diacum in tres æquales ductus , quibus
 tres anguli cujusque Trigoni Signo-
 rum describantur . Scilicet quâ parte
 circulus Zodiaci sum orbem adimplet ,
 & claudit ductum à sinistrâ in dex-
 tram : (ita enim circumducitur Zodiaci
 circulus , ut , initio ducto ab Ariete per
 Taurum , claudatur in Piscibus ; atque
 ita progrediatur illius gyros à sinistrâ
 in dextram .) Quâ igitur parte clauditur
 Zodiacus , ducatur linea ab hoc puncto
 in duo alia puncta Zodiaci , quæ æquè
 distent à se invicem , hæc ducta linea
 Triangulum intrâ Zodiaci fines ador-
 nabit ; qui in tribus suis extremis an-
 gulis tria tanget Signa , quæ Trian-
 gula vocantur . Sic ab Ariete ducta li-
 nea ad Leonem , & à Leone produca-
 tur ad Sagittarium , & à Sagittario re-
 ducta flectatur ad Arietem , tres angu-
 los efficiet , quorum extremis finibus
 tangit illa tria Signa , quæ idè sibi
 Trigona dicuntur , primumque Trigo-
 num adornant . Et ita de cæteris . Con-
 sulte tabulam v. 270 .

375. *Inque vicem .*] Pro & invicem .
 Ipsa enim linea quæ Triangulum ad-

implet , in singulis tribus extremis an-
 gulis ipsa se invicem jungit , & velut
 in angulos acuitur . Sic v. 341 .

276. *Trigona .*] Triangula , Trian-
 gularia .

278. *Ternis distantia Signis .*] Separa-
 ta & remota à se invicem per tria in-
 tegra Signa . Sic inter Arietem , Leo-
 nem , & Sagittarium , qui primum
 Trigonum adornant , tria quoque Si-
 gna integra intercipiuntur : nimirum
 inter Arietem & Leonem , interjacent
 Taurus , Gemini , & Cancer : inter Leo-
 nem & Sagittarium , Virgo , Libra , &
 Scorpius : inter Sagittarium & Arie-
 tem , Capricornus , Aquarius , & Pisces .
 Et ita de cæteris Trigonis .

279. *Laniger ut paribus . &c.*] Ita
 legendum . Sic enim v. 226. 246. 248.
 &c. ubi similiter in rei propositæ exem-
 plum vocat & affert Signa . Scaliger
 autem : à paribus . Vulg. & paribus . Aries
 igitur aspicit Leonem & Sagittarium
 distitos à se paribus intervallis , nimi-
 rum ex Trigono ductu . Quæ tria Signa
 primum adornant Trigonum .

281. *Virginis & Tauri Capric. &c.*] Hæc
 pariter tria Signa paribus intervallis à se
 distantia secundum adornant Trigonum .
 Cætera

Cætera sunt simili ratione Triangula Signa
Per totidem sortes, quæ defunt, condita Mundo.

Sed discrimen erit Dextris seu causâ : Sinistra,
285 Quæ subeunt : quæ præcedunt, Dextra esse feruntur.
Dexter erit Tauro Capricornus : Virgo, Sinistra.
Hoc satis exemplo est. Sic quæ divisa quaternis
Partibus, æquali laterum sunt condita ductu,

INTERPRETATIO.

Pari modo reliqua signa Triangularia, quæ non recensentur hic, sunt posita in Cælo per totidem intervalla. At Dextra Signa habebunt differentiam & rationem diversam à Sinistris : Sinistra dicuntur ea esse, quæ ponè sequuntur : Dextra

verò ea, quæ antecedunt. Sic, Capricornus erit dexter Tauro : Virgo verò, læva. Id sufficit in exemplum. Similiter Astronomi dicunt illa Signa esse Dextra, quæ remota à se invicem quaternis sedibus, sunt descripta in Cælo per lineam aquilatalem.

ANNOTATIONES.

282. Cætera sunt simili, &c.] Nimirum Gemini, Libra, & Aquarius, quæ tria Signa tertium efficiunt Trigonum. Et Cancer, Scorpium, Pisces, quæ tria Signa quartum faciunt Trigonum. Hi autem vers. 2. leguntur ex Gemb. quos sic immutat J. Bitur.

Cætera sunt simili ratione Triangula, Signa

Per totidem toto, quæ defunt, condita Mundo.

Sed minùs clara lectio.

283. Sortes.] Sedes, loca, intervalla, stationes, castra &c.

Mundo.] Cælo. lib. 1. v. 9. &c.

284. Sed discrimen erit dextris, &c.] His 3. v. cum hemistichio monet Poëta discrimen hoc esse. inter Trigoni cuiusque Signa, quoddam alia aliis sunt Dextra : alia verò Sinistra. Dextra sunt ea, quæ præcedunt ad dextram : Sinistra, quæ sequuntur ad sinistram partem. Pars autem dextra sinistræ singulorum habetur ratione nostri, quæ vultu ad meridiem converso aspiciuntur ea. Unde illud signum in uno quoque Trigono Dextrum dicitur alteri signo, quod præcedit ad dextram nostram : Sinistrum verò, quod sequitur ad sinistram. Sic v. g. in Trigono Arietis, Leonis, & Sagittarii, quod 1. est Trigonum, si incipias ab Ariete, Sagittarius dexter erit Arieti : Leo, sinister. Pari modo si inceperis à Sagittario, Leo dexter erit Sagittario : sinister verò Arietis. Similiter si initium duxeris

M. MANIL.

à Leone, Leoni dexter erit Arietis : sinister Sagittarius. Et ita de cæteris aliis Trigonis, quorum secundum, quod Tauri, Virginis, & Capricorni est, Manilius tantum hinc in exemplum proponit. Sic enim Tauro dexter est Capricornus : Virgo, sinistra. Quippè quia Capricornus Taurum antecedit ad dextram : Virgo verò sequitur illum ad sinistram, Scilicet, ut ait Poëta v. 293. Semper enim dextris consentur Signa priora.

Rem totam facilius percipies, si paululum attenderis ad singula Trigona, prout nos ea distinguenda curavimus in Fig. X. v. 270. pag. 151. Sic Firmicus hoc discrimen explicat lib. 2. c. 25.

287. Sic quæ divisa, &c.] Ita castigandum fuit. Malè enim Vulg. at : Alii, ad. Itaque hoc hemistichio & 9. v. seqq. non solum docet Poëta, quæ Signa sint Tetragona, seu Quadrangula : sed in his Tetragonis, quæ Dextra, quæve dicantur pariter Sinistra, notat. Primum igitur ita in Tetragonis, sicut in Trigonis, Signa ea dicuntur Dextra, quæ præcedunt ad dextram (vultu converso, ut monui, ad Meridiem) : Sinistra verò, quæ retrò sequuntur ad sinistram. Sic v. g. in 1. Tetragono, quod est Arietis, Cancræ, Libræ, & Capricorni ; Arietis dexter est Capricornus : Cancer, sinister. Ille enim præcedit Arietem ad dextram nostram : hic verò retrò sequitur ; quarti autem Signi in Tetrago-

V

sub P.
foti dextris quæ B. P.

adversus B. P.

Quorum designat normalis virgula sedes ;
290 *Dextra ferunt. Libram Capricornus spectat : & illum*

INTERPRETATIO.

quorum locos linea normalis notat. Sic Capricornus afficit Libram : & inde

ANNOTATIONES.

no nulla ratio dextræ aut sinistræ habetur. Pari modo si initium feceris à Cancro, huic dexter erit Aries : *sinistra*. Libra : Capricorni, quod quantum est Signum, non habetur ratio. Pariter, si inceperis à Librà, Libræ dexter erit Cancer ; Capricornus verò, *sinister*. Denique si incipias à Capricorno, huic dextra erit Libra ; *sinister* verò Aries. Et ita de aliis Quadratis duobus, quorum singula Signa, sua quæque dextra, sinistræ Signa vicissim ac seorsum habent. Ita rem explicat Firm. lib. 2. cap. 25. Iam verò, quæ pars altera hujus annotationis est, breviter expedienda, quæ, quotve Tetragona dicantur. Tria igitur distinguenda Signorum Quadrata. 1. est Arietis, Cancræ, Libræ, & Capricorni, 2. Tauri, Leonis, Scorpionis, & Aquarii. 3. Geminorum, Virginis, Sagittarii, & Piscium. Scilicet, quæ Signa initio ducto ab Ariete quaternis vicibus seu sedibus à se distant, ea sibi mutuo Quadrata dicuntur. Tria autem Signa, initio scilicet ducto ab Ariete, nec vice repetitâ, Quadratis initium esse possunt, Aries, Taurus, Gemini. Cætera enim Signa quaternis fortibus sunt distantia ab istis tribus, pro triplici adornando Tetragono. Unde tria tantum Quadrata seu Tetragona diversa distinguuntur ; quorum tamen vices quadruplici modo variari possunt in uno quoque Quadrato, pro variâ à quatuor singulis Signis incipiendi ratione. Hæc autem omnia facilius observare est in Quadratorum Fig. pag. sequenti.

289. *Normalis virgula.*] Linea illa, quæ ad angulos rectos utrinque cadens, Quadratum efficit ; gallicè, *un Equierre*, cujus ope Quadratum effici potest, si bis inducatur in seipsam ex adverso. Itaque applicato semel angulo illius normalis regulæ in primo Arietis gradu, duo illius latera ad perpendiculum recta ducentur hinc inde per Zodiacum in primos quosque gradus

Cancræ, & Capricorni : iterum verò, si angulus illius collocetur in initio Libræ, duo quoque ejusdem regulæ latera recta transibunt per eosdem primos Cancræ, & Capricorni gradus ; quo ductu Quadratum absolvitur. Quæ verò ejusmodi linea tanget Signa ad singulos angulos, ea Quadrata dicuntur, & Quadratum unum Signorum efficiunt. Et ita de aliis.

290. *Dextra ferunt Libram. &c.* Ita fuit castigandum ex Gemb. ad mentem Manilii. Malè enim Vulg. hos 3. v. interpungit & legit :

Dextra ferunt Libram : Capricornus spectat & illam.

Conspicit hunc Aries ; atque illum partibus aquæ

Cancer, & hunc, &c.

Malè Scaliger castigat :

Dextra fert Libram Cancer, Capricornus & illam :

Conspicit hunc Aries, atque ipsum, &c.

Malè & Bullialdus :

Dextra fert Libram Cancer. Capricornus & illam

Conspicit : hunc Aries, &c.

Vel, ut legendum putat idem :

Dextra fert Libram Cancer. Capricornus sinistra.

Conspicit hunc Aries, &c.

Rem enim non capiunt hi viri alioquin perspicaces. Altiùs igitur sensus horum versuum est repetendus. Nimirum, sicut in Trigonis dextra dicuntur Signa, quæ præcedunt ad dextram nostram ; sinistra verò, quæ retrò sequuntur ad sinistram : ita & in Quadratis Astrologi dextra ferunt, hoc est, vocant ea Signa, quæ præcedunt ; sinistra verò, quæ retrò sequuntur. Quod hoc exemplo illustrat Poëta in Quadrato primo, quod est Arietis, Cancræ, Libræ, & Capricorni. Sic enim, inquit Poëta, Capricornus spectat Libram, nimirum ante seipsum, hoc est ad dextram : sic Aries ad dextram spectat Capricornum : sic Cancer ad dextram conspicit Arietem ;

LIBER SECUNDUS.

155

hunc B.

Conspicit hinc Aries : atque ipsum partibus æquis
Cancer : & hunc lævâ subeuntis sidera Libræ.

Semper enim dextris censentur Signa priora.

Sic licet in totidem partes deducere cuncta ;

295 Ternâque bis senis quadratè fingere Signis ,

Quorum proposito redduntur in ordine vires .

*sicilicet B. P.
Ternâque B*

INTERPRETATIO.

Aries spectat illum Capricornum : & Cancer spectat ipsum Arietem ex paribus intervallis : & Signa Libræ , quæ ponde sequitur à sinistrâ , aspiciunt hunc Cancrum. Namque Signa , quæ antecedunt , habentur

semper in Dextris. Ita poteris distribuere cætera alia , in tot partes & ex duodecim Signis facere singulas ternas partes in Quadrata , quorum vires habentur in eo ordine , quo supra dictum est.

ANNOTATIONES.

sic Libræ Cancrum spectat ad dextram , cujus tamen Libræ sidus subit à parte sinistrâ Cancræ. En quod ait Poëta v. 292.


— lævâ subeuntis sidera Libræ ,

Quid autem his clarius aut dici aut excogitari potest ? Contrâ igitur (quod tamen non explicat Poëta , sed quod facile est capto) Libræ sinistrâ est Cancro : Cancro Arieti : Aries Capricorno : Capricornus Libræ. Sic rem totam explicat Firm. lib. 2. c. 25.

291. Hinc.] Id est , deinde , ordine ducto à dextrâ ad sinistrâ : seu à Capricorno ad Arietem.

295. Ternâque quadratè fingere.] Ternâ , id est , ternæ Signorum quæque par-

tes. Quatuor enim sunt ternæ partes Signorum : 1. Arietis , Tauri , Geminorum : 2. Cancræ , Leonis , Virginis : 3. Libræ , Scorpionis , Sagittarii : 4. Capricorni , Aquarii , Piscium. Prima terna illa Signorum pars , hoc est tria illa prima Signa initium dant tribus diversis Quadratis : at singula quæque alia pars secunda , tertia , & quarta , potest pariter initium dare singulis aliis Quadratis , quæ fingere pro arbitrio licet. Res patet in his duabus Figuris , in quarum alterâ Quadratorum trium lineas per Signa deduci ac variis lineolis notari curavimus : in alterâ singula cujusque Quadrati Signa distinximus.



Pag. 155.

♈	♉	♊
♋	♌	♍
♎	♏	♐
♑	♒	♓
Quadr. 1.	Quadr. 2.	Quadr. 3.

XIII. Fig.

Pag. 155.

sit B.

ex B.

Sed si quis contentus erit numerâsse quadrata;
 Divisum ut Signis Mundum putet esse quaternis:
 Aut tria sub quinis Signis ornare Trigonum,
 300 Ut socias vires & amicos exigit ortus,
 Fœderâque inveniat Mundi cognata per astra,
 Falsus erit. Nam quina licet sint undique Signa,
 Qui tamen his Signis, quæ quinto quoque feruntur
 Astra loco, fuerint nati, sentire Trigoni
 305 Non poterunt vires; licet illud nomine servant,
 Amisere: loco dotes numerisque repugnant.
 Nam cum sint partes orbis per Signa trecentæ,
 Et ter vicinæ, quas Phœbi circuit ardor,
 Tertia pars ejus numeri latus efficit unum
 310 In tres perducti partes per Signa Trigoni.

INTERPRETATIO.

Verum si quis habebit satis recensuisse Quadrangularia Signa, ita ut credat Cœlum partitum esse per Signa intersita quaternis vicibus: vel putet tria Signa efficere Triangulum per Signa quinis vicibus diffusa, ut inde repetat concordēs vires, & amicos exortus Signorum, & ut reperiat consensus amicos, qui sunt inter Signa Cœli, quæ similia sunt, is homo fallatur. Etenim quamvis sint quinque Signa ex omni parte, Illi tamen homines, qui fuerint nati sub his Signis, quæ censentur esse Signa posita

in quâlibet quintâ sede, non poterunt sentire vires Trianguli; licet enim retineant illum Triangulum nomine tenens, re tamen amiservunt illum: & quæ dona percipiuntur, ea non conveniunt neque sedi, neque numero Signorum. Etenim cum trecenta & sexaginta partes sint in circulo, qui per duodecim Signa discurrens, quas scilicet partes ignis Solis percurrens, tertia pars istius summa adornat unum latus Trianguli, qui dividitur in tres partes per Signa.

ANNOTATIONES.

297. Sed si quis contentus erit, &c.] His 55. v. monet Poëta ne quis interim in adornando Trigono, Quadratove fallatur. Ritè enim cavendum est ne in Trigono effingendo latera quæque extendantur intervallis quinque Signorum; quatuor enim tantum Signis debent adæquari. Si quis enim hâc fallaci ratione Trigonum instrueret, turpiter falleretur, dum inde sub hoc Trigono nascentibus futura prædicaret. Neque nati tunc homines Trigoni veri proprias dotes sentirent. Alius quippè Signorum numerus, aliâve fors ac sedes alios reddunt aspectus aliâve vires ac dotes. Hoc primum de Trigoni instruendis monet Poëta his v. 32. seqq. Idem monebit de Quadatis. Verum non erat cur Poëta diutius in his moraretur. Satis fuit docuisse modum, quo utraque figura, Trigonorum, & Tetragonorum, benè sit adornanda.
 298. Mundum.] Cœlum: vel Zodia-

cum, quæ præcipua pars est Cœli; sic v. 301. Mundi id est, Cœli, aut Zodiaci, de quo jam disputatur.

300. Socias vires.] Namque Signa ex diverso aspectu, ut ait Poëta v. 271,

Consensu quoque Fata movent, & fœdere gaudent,

Atque aliis alia succedunt sorte locoque.

301. Cognata. Similia, consentientia mutud ex aspectu aliquo.

306. Amisere: loco dotes, &c.] Ita fuit interpungendum. Scaliger autem:

Amisere loco dotes, numerisque repugnant. Sup. illi nati amisere loco dotes, & repugnant numeris, quos Trigonum postulat: nec improba interpretatio. Utraque igitur non mala lectio.

307. Orbis.] Zodiaci, qui dividitur in 360. gradus aut partes.

308. Phœbi.] Solis, lib. I. v. 19.

309. Tertia pars, Nimirum 120 grad. qui tertia pars sunt graduum 360. quos continet Zodiacus.

Hanc autem numeri non reddit linea summam ;
 Si Signum à Signo , non pars à parte notetur ;
 Quod , quamvis duo sint hæc à dirimentibus astra ;
 Si tamen extremam lævi , primamve prioris
 315 Inter se conferre voles , numerumque notare ,
 Ter quinquagenas implebunt ordine partes.

313 a dirimentibus / præ
 dirimentia

INTERPRETATIO.

At verò ductus laterum Trianguli non adequat hunc numerum , si Signum distinguatur à Signo , non autem gradus à gradu ; quia , licet hæc duo Signa censentur separatim , attamen , si cupias componere , ac jungere unà ultimam partem Signi quod est à sinistrâ , cum prioris parte præcedentis ad dextram , & observare summam quam reddent , complebunt sanè ex ordine centum & quinquaginta partes.

ANNOTATIONES.

311. Hanc autem numeri , &c.] Cùm 4. v. superioribus docuerit Trigoni quæque latera in Signis continere partes 120 : jam monet cavendum esse ne in adorando Trigono , pars à parte , sed Signum à Signo tantum notetur. Falsus enim esset ejusmodi numerus. Namque utrumque Signum extremum cujusque lateris , dirimens dicitur cujusque lateris : atque ita si à Signo dirimente ad Signum dirimens latera quæque Trigoni ducerentur , non quatuor , sed quinque Signis adæquarentur ; continerentque grad. 150. quos adimplent quinque Signa. Summa igitur laterum excederet formam Trianguli , quod in uno quoque suo latere partes poscit solum 120

313. Quamvis.] Rom. & Vulg. benè , ut ipsa particula tamen sequens satis indicat : Scaliger autem : Cùm bis , quasi bis duo , id est , quatuor Signa intercipiantur inter Signa Trianguli dirimentia. Quod falsum est , tria enim tantum includuntur Signa inter dirimentia duo cujusque lateris in Triangulo : nam etsi ducatur linea à Signo ad Signum , tria tamen tantum includuntur inter duo dirimentia ; extrema quippè duo sunt à dirimentibus , id est , vocantur dirimentia latus à latere , nec ipsa includuntur , sed includunt.

Sint à dirimentibus.] Censentur dirimentia. Sic à rationibus , à secretis , à pedibus &c. dicuntur esse , qui his dignitatibus aut officiis funguntur. Itaque in quolibet latere Trianguli (par ratio in

quolibet latere Tetragoni & aliorum) duo sunt Signa à dirimentibus , primum , & sequens : id est , illud Signum quod initium cujusvis lateris est ; & illud alterum , quod ejusdem lateris terminus est. Sic v.g. in Triangulo Arietis , Leonis & Sagittarii , in primo latere dextro , qui Arietis est & Sagittarii , hæc duo Signa , Aries & Sagittarius , sunt à dirimentibus , id est , dirimentia : alter enim , nempe Aries prius est Signum , alter verò , nempe Sagittarius sequens est & lævum Arietis. Inter hæc duo , tria tantum intercipiuntur Signa , scilicet Pisces , Aquarius , & Capricornus. Jam verò si conferre volueris numeros partium horum quinque Signorum , nimirum duorum à dirimentibus , & trium mediorum , summa fiet 150. grad. quæ summa excedit ac superat veram lateris cujusque Trigoni formam ac mensuram , cùm unum quodque Trianguli latus contineat tantum 120 grad. quæ tertia pars est grad. 360. quos continet totus Zodiaci circulus.

314. Lævi.] A Sinistrâ sequens , nempe angularis. Qualis est Leo ad Arietem in latere sinistro primi Trigoni , quod est Arietis , Leonis & Sagittarii. Prioris.] Pariter angularis , quod nempe quasi ad apicem Trianguli est. Illud enim prius Signum Trianguli dicitur dextrum , alterum sinistrum. Sic in exemplo jam repetito primi Trianguli , Aries est primus : Leo , sequens , aut lævus : Sagittarius , dexter.

V iij

Transibit numerus formam, finisque sequentis
Consumet ductus. Licet ergo Signa Trigona
Dicantur, partes non servant illa Trigoni.

320 Hæc eadem species fallit per Signa Quadrata;
Quod cum totius numeri qui constituit orbem,
Ter triginta Quadrum partes per sidera reddant,
Evenit ut, primâ Signi de parte prioris
Si partem ad summam ducatur virga sequentis,
325 Bis Sexagenas faciat: sin summa prioris,

I N T E R P R E T A T I O.

Summa autem hæc excedet figuram & ab-
sorbebit terminos lineæ alterius sequentis Igi-
tur etsi Signa illa dicantur Triangula, non
tamen retinent veras partes Trianguli.
Hæc eadem ratio decipiet in Signis qua-
drangulis, quia cum nonaginta partes è

totâ summâ qua adimplet circulum, deme-
quadratum in Signis, accidit ut, si li-
nea ducatur à primo gradu Signi antecede-
ntis ad ultimum gradum Signi, quod
ultimum sequitur, det centum viginti
gradus: si verò pars ultima primi Signi.

A N N O T A T I O N E S.

317. Formam,] Sup. cujusvis lateris
Trianguli, quod non 150. sed 120. par-
tes in uno quoque suo latere postulat.
v. 313. not.

Sequentis.] Angularis, ac lævi qui-
dem, quod idem est in hisce rebus,
v. 314. not.

319. Trigoni,] Benè. Vulg. & Rom.
Trigonas, adjectivè: id est, Triangula-
res. Nec malè: sic enim v. 342. dicit
Trigonos ductus.

320. Hæc eadem species. &c.] His 11.
v. cavet Poëta, in Tetragonis adori-
nandis, quod supra in Trigonis caven-
dum monuit, v. 311. scilicet in lateribus
singulis Quadrati non Signum à Signo,
sed partem à parte numerandum esse,
ita ut inter duo Signa dirimentia cu-
jusque lateris, non tria, sed duo tan-
tùm Signa intercipientur: v. g. in pri-
mo Quadrato, quod est Arietis, Can-
cri, Libræ & Capricorni, hæc duo Aries,
& Capricornus sunt à dirimentibus
novus lateris, nempe sinistri: Aries qui-
dem prius seu præcedens est Signum:
Sagittarius sequens seu lævum. Inter
utrumque duo tantùm continentur hæc,
Pisces & Aquarius: Jam verò si horum
quatuor Signorum, nimirum duorum
à dirimentibus, Arietis & Capricorni:
& duorum aliorum mediorum, Piscium
& Aquarii, cunctas partes seu gradus
simul conferas, fiet tibi summa grad. 120.

quæ laterum Quadrati nec formam nec
mensuram adæquat, sed superat. Latus
enim Quadrati quodque continet tan-
tum grad. 90. Igitur in quovis latere
non amborum dirimentium gradus sunt
numerandi: sed alterutrius tantùm. Ita
& in Trigonis ea ratio est observanda.

321. Totius numeri, qui, &c. Nimi-
rùm grad. 360. v. 307.

Orbem,] Sup. Zodiaci, de quo agi-
tur.

322. Ter triginta quadrum,] Non qui-
dem totum quadrum, sed singula qua-
dri latera.

323. Prioris,] Putà Arietis, qui quidem
in dato exemplo v. 320. not. & prius
angulare & dirimens est Signum lateris
sinistri, quo de quæstio est.

324. Sequentis,] Putà Capriconi, qui
pariter in allato exemplo & sequens, &
angulare & sinistrum est Signum Arieti.

325. Sin summa,] Ita fuit castigand-
um. Gemb. in Vulg. suâ. Quæ veræ
lectionis sunt vestigia. Alterum igitur
incommodum proponitur. Si verò, in-
quit Poëta, pars summa prioris, & pars
ultima sequentis Signi conferatur, id est,
si incipiatur numerari à fine primi Si-
gni ad initium Signi sequentis, seu si-
nistri; eaque ratio numerandi transeat
per duo Signa tantùm intermedia, sa-
nè referet, ac reddet tantum numerum
graduum ac partium duorum Signorum

prima

Et pars confertur subjuncti prima, duorum
Signorum numerum medium transitque, refertque;
Triginta duplicat partes, pars tertia deerit:
Et quamvis quartum à quarto quis computet astrum;
330 Naufragium facient partes ipſius in ipſis.

etus B.
in medio numeru B.
unius B.

Non igitur satis est Signis numerasse Trigona:
Quadrative fidem cœli per Signa quaterna.
Quadrati si forte voles effingere formam;
Aut trinis paribus facies cùm membra Trigoni:
335 Hic poſcit quintam partem centesima summa:

quantam B.?

INTERPRETATIO.

Et pars prima Signi sequentis ad finem
ſimul jungatur, & tranſeat per
numerum medium duorum Signorum,
quæ ſunt in medio, & accipiat illum:
Sanè reddit tantum ſexaginta gradus:
ſed tunc tertia pars lateris Quadrati de-
ſiderabitur. Et licet aliquis numeret quar-
tum Signum à quarto Signo, gradus ta-
men unius Signi quaſi abſorbentur in

ſeipſis. Ergò non ſufficit computaſſe Trian-
gula ex Signis ipſis, aut adornaſſe Qua-
dratum per quaterna Signa Cœli. Sed ſi
fortaſſe cupis inſtruere figuram Qua-
dranguli; vel quando fortè effinges par-
tes Trianguli ex tribus partibus aqua-
libus: ſcies quòd numerus centeſimus po-
ſtulat præter ſe ipſum quintam ſui par-
tem in lateribus ſingulis hujus Trigoni.

ANNOTATIONES.

mediorum: qui numerus partium eſt
ſ60. tantum; quicquid non ſufficit ad la-
tus Quadrati ornandum: ſed requiri-
tur adhuc tertia pars lateris ejuſmodi,
nempe partes 30. Latus enim quodque
Quadrati partium eſt 90. ut monui v.
320. not. Hæc ſanè cuius non erant
perſpicua, aut facilia. Summa igitur,
id eſt pars ultima ac poſtrema. Prioris,
id eſt Signi, quod primum eſt in uno-
quoque latere Quadrati, puta Arietis in
exemplo propoſito v. 320. not.

326. Subjuncti.] Sequentis ad lævam,
v.g. Capricorni in dato exemplo v. 320.
not.

327. Signorum numerum medium.] Id
eſt ſummam graduum illorum duorum
Signorum, quæ media ſunt inter pri-
mum, & ſequens: puta Piſcium &
Aquarii, in dato exemplo v. 320. not.

Transit.] Id eſt currit, ſup. per.

Refert.] Id eſt, reddit, dat.

328. Tertia pars.] Sup. quæ ad latus
Quadrati requiritur, nimirum 30. grad.
ut monui v. 325. not.

329. Quartum à quarto.] Puta ab
Ariete ad Capricornum. Igitur ſi quis
Signum quartum à quarto computet,
ut latera Quadrati habeat, is fallitur,

nifi partes unius Signi quaſi in ſeipſis
abſorbeat, nec eas prætereat. Aliàs enim
quatuor Signa adſcriberet cuique lateri
Quadrati, quæ forma falſa eſſet.

330. Unius.] Sup. Signi.

In ipſis.] In ſeipſis. Maniliana fre-
quens locutio.

331. Non igitur ſatis eſt, &c.] His II. v.
concludit Poëta latera quæque Trigoni
conſtare debere ex 120. gradibus: La-
tera verò quæque Tetragoni, ex grad.
90 Sic enim convenit ordo.

Signis numerasse.] Scilicet Signa à
Signis. v. 311.

332. Cœli.] Vel quadrati cœli fidem:
vel quaterna Signa Cœli; quæ conſtru-
ctio magis placet.

334. Trinis paribus.] Id eſt, tribus
æqualibus partibus, aut lateribus.

335. Hic.] In Trigoni lateribus. Poſte-
rius enim dixit de Trigoniſ v. ſuperiori.

Quintam partem.] Sup. centeſimæ
ſummæ, cujus quinta pars ſunt 20. Igi-
tur centeſima ſumma graduum præter
ſeipſam poſtulat adhuc quintam ſui par-
tem, nimirum 20. ut fiat ſumma 120.
quæ ſumma adæquat latera quæque Tri-
goni. Ita legendum fuit *quintam ex*
Gemb. Malè enim Vulg. *quartam*.

- Illic amittit decimam. Sic convenit ordo
 Et quæcumque quater cunctis favet angulus usque,
 Quæque loca in triplici signârit linea ductu,
 Cùm signata viæ linquet dispendia rectæ,
 340 His Natura dedit communi fœdere legem,
 Inque vicem affectus & mutua jura favoris.
 Quocircâ non omnis habens genitura Trigonos
 Consumet ductus. Licet ergo Signa Trigonæ
 Dicantur partis : non servant illa Trigonis
 345 Consensum Signis. Nec cùm sint forte Quadratâ,
 Continuo inter se servant commercia rerum.
 Distat enim an partes consumat linea justas,
 Detrahente modum numeri quem circulus ambit :

INTERPRETATIO.

At in singulis illius Tetragoni lateribus, perdit decimam sui partem. Ita ratio bene congruit. Et illis singulis Signis, in quæ angulus quater bene cecidit, & iis singulis locis, quæ linea reducta notaverit per tres suos ductus, quando scilicet deflectit à notatis jam ductibus rectæ viæ, his, inquam Signis & locis, Natura dedit legem ex communi concordia, & mutuas vires, & mutua jura favendi. Quapro-

pter omnis horoscopus, qui habet Triangulos, complebit lineas Trigoni. Igitur quamvis Signa dicantur esse sortis Triangula : ea tamen non habent socias vires cum Signis Triangulis. Neque pariter, licet Signa dicantur sortis quadrangula, idcirco conservant inter se mutuum consensum rerum. Multum enim differt, utrum ductus expleat justas partes, an dirimat aliquid de summâ quam circulus continet suo ambitu.

ANNOTATIONES.

336. *Amittit decimam.*] Sup. centesima summa, quæ sui partem decimam amittit, ut par fiat numerus laterum Quadrati. Decima quippe pars 100. sunt 10. at 10. detractis de 100. supersunt 90. quæ summa 90. adæquat latera justâ Quadrati.

337. *Quæcumque. &c.*] Sup. Signis angularibus, ac locis illis in quæ angulus quisque Quadrati incidit. Huic enim voci quæcumque respondet illa *Hic v.*
 340. Ita igitur restituitur ex Vulg. At Scaliger : *quiscumque quater junctis.* Sup. *angulus.* Quæ lectio parem habet sensum. Sed cur hæc verborum immutatio ?

338. *Loca.*] Sortes : Signa ipsa.

In Triplici ductu.] In Trigonis.

339. *Dispendia viæ rectæ.*] Id est, dum deflectit à rectâ lineâ, & quasi reducta in obliquum flectitur. Dum enim describitur Trigonus, ter linea recta ad tres angulos deflectit à viâ rectâ, & quasi in se obliquè reducitur. Pariter &

in Tetragono, quater linea recta ad quatuor angulos deflectit à rectâ viâ, & quasi in se tandem reducitur. Dispendium igitur viæ rectæ, sumitur pro lineâ rectâ, quæ ducitur.

341. *Inque vicem.*] Trajectio est, pro invicemque. v. 275.

342. *Quocircâ non omnis. &c.*] His 10. v. concludit non omnem genituram, quæ Trigona, vel Tetragona habet, veri Trigoni aut Tetragoni vires ac doctes sentire : sed eam tantum, quæ justas consumit alterutrius partes. Aliud enim Trigonum, Tetragonumve voce tenus : aliud verò utrumque verum ac re.

Habens.] Alii habet, sup. quæ. Minus clarè.

343. *Trigona... partis.* Signa Trigonæ partis, id est : Trigona : Signa verò partis Tetragonæ, id est, Tetragona. At Rom. & Vulg. *partes.* Idem sensus. Quæ enim Signa dicuntur *Trigona partes*, ea sunt Trigona.

348. *Circulus.*] Sup. Zodiaci.

Nunc

o B. P.

habet B. is B.

o B. P.

tenere


Nunc tres efficiat, nunc quattuor undique ductus,
 350 Quos in plura jubet ratio procedere Signa
 Interdum, quam sint numeris memorata per orbem.
 Sed longè major vis est per Signa Trigoni,
 Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratus.

INTERPRETATIO.

An modò faciat tres lineas ex omni-
 parte, an modò quatuor, quas ratio
 præcipit producere aliquando in plura Si-
 gna, quàm numerata sunt per circ-
 lum Zodiaci. At verò virtus multò effi-
 caciior habetur in Signis Trianguli, quàm
 in iis Signis qua nomen habent qua-
 drangulum sub quarto quoque Signo.

ANNOTATIONES.

350. *Jubet.*] Benè. Rom. *juvet.* Malè.
 352. *Sed longè major vis.*] *Ec.*] His
 6. v. notat Poëta discrimen virum,
 quod est inter Trigonum & Tetrago-
 num. Illius vim majorem esse ait, quia
 ductus laterum illius magis recedunt
 à summo Cœlo, magisque ad terras
 accedunt: hujus verò magis recedunt
 à terris, magisque accedunt ad altum
 Cœlum. Quò fit ut aer magis inficia-
 tur à ductibus Trigoni: minùs verò
 à lateribus Tetragoni. Sic Firmic.
 lib. 2. cap. 25. de Trigonis: & hac
 est prospera, felixque radiatio. De qua-
 dratis: & hac est minax radiatio, &
 malitiosa potestate composita, ac inimici-
 tia livore plena.
 353. *Sub quoque Quadrato.*] Sup.
 Signo; à quarto enim ad quartum
 Signum instruitur Quadratum, etsi sin-
 gula illius latera complectantur tria tan-
 tum integra Signa, v. 295. Utriusque au-
 tem ductus una distinguuntur in hâc
 figurâ,



Altior est horum summoto linea Templo :
 355 Illa magis vicina meat , Cœloque recedit ;
 Et propius terras accedit visus eorum ,
 Aërâque infectum nostras dimittit ad auras.

Deviâque alternis data sunt commercia Signis :

INTERPRETATIO.

Linea enim horum Quadratorum sublimior est, quia remotior est à nobis arcus illius : Illa verò, scilicet Trigonorum, propior decurrit ad nos, & magis remouetur à Cœlo ; & aspectus eorum Trigo-

norum Signorum propinquius terris ad-mouetur, & mixtit ad nostros flatu aëris, quos spiramus, hœra magis affectum ab ip-Consensus quoque non recti tribuuntur Signis, qua alternatim diffusa sunt :

ANNOTATIONES.


354. *Horum.*] Quadratorum.

Templo.] Arcu Cœlorum, seu parte illâ Zodiaci, sub quâ linea Quadratorum ducitur, *Templum* enim à Manilio usurpatur passim vel pro arcu, seu pro eâ Cœli concavi parte, quam contemplamur suprà Horizontem, lib. 1. v. 448. & lib. 3. v. 210. vel pro unius Signi, aut Signorum aliquot curvaturâ spatibve, ut hic & infrâ. v. 667. 943. & 958. præfertim. Templum igitur Quadratorum longius summouetur à terris, quàm Trigonorum, propiusque cœlis accedit. Pari modo loquitur Poëta v. 377. de Hexagonis, quorum ductus longius à terris recedunt, quàm Trigonorum, aut Quadratorum.

357. *Aërâque infectum.*] Aliquâ scilicet majori affectione ; vis enim Trigo-

norum major est, v. 352.

358. *Deviâque alternis, &c.*] His 13. v. describit Hexagonos Signorum aspectus. Docet autem laterales Hexagonoductus magis obliquos esse, quàm Trigonorum ac Tetragonorum, quia linea ducta per Signorum sedes in Hexagonum alterno Signo flectitur, cum quæ ducitur in Trigonum à quinto flectatur : quæque in Tetragonum, à quarto ad quartum. Hinc duo tantum sunt Hexagona ; 1. est Arietis, Geminorum, Leonis, Libræ, Sagittarii & Aquarii : 2. Tauri, Cancrî, Virginis, Scorpionis, Capricorni & Piscium. Res tota patet in his figuris, in quarum alterâ utriusque Hexagoni lineæ per Signa sua describuntur : in alterâ verò cuiusque Hexagoni Signa singula ex ordine disponuntur.



- Mutua nec magno consensu fœdera servant ;
 360 Invita angusto quòd linea flectitur orbe.
 Nam tum per calles formantur singula limos
 Sidera , & alterno divertitur angulus astro ,
 Sèxque per anfractus curvatur virgula in orbem :
 A Tauro venit in Cancrum : tum , Virgine tacta ,
 365 Scorpion ingreditur , quo te , Capricorne , rigentem ,
 Et geminos à te Pisces , adversâque Tauro
 Sidera contingens finit , quâ cœperat , orbem.
 Alterius ductus locus est per transitu Signa.
 Utque ea præteream , quæ sunt mihi singula dicta ,
 370 Flexibus hic totidem similis fit circulus illi.

taber et B.

carta B.

quæ B.

et B.

et illis B.

INTERPRETATIO.

nec enim ea Signa conservant mutua commercia cum magnâ concordia , quia linea , quâ notantur , quasi nolens recurvatur per angustum arcum in Zodiaco. Namque tunc quoque Signa configurantur per semitas obliquas , & angulus lineæ circumductæ deflectitur per bina Signa , & ipsa linea circumducta per circulum inflectitur per sex curvaturas : v. g. decurrit à Tauro ad Cancrum ; inde , ubi tetigit Virginem ,

adit Scorpionem , à quo pertingens ad te , ô Capricorne , qui gelu contractus es , & à te postea pertingens ad duos Pisces , & à Piscibus tangens sidera , quæ quasi fronte opposita Tauro surgunt , terminas suum orbem in eâ parte , quâ inceperat. Via alterius lineæ Hexagonorum est per alia Signa , quæ primâ lineâ prætermittam sunt. Et ut ea cuncta prætermittam , quæ jam à me commemorata sunt , hic alter circulus fit similis illi alteri per tot flexuras.

ANNOTATIONES.

361. Per calles . . . limos.] Rom. & Vulg. benè ; id est , per semitas obliquas. Cùm enim sexties inflectatur ductus Hexagonorum , vix rectus ducitur , sed obliquus. Namque limus , a , um , id est obliquus , a , um : sic v. 372. *ac ne limis/que videntur* ; id est , obliquis aspectibus. Scaliger autem , *per sales . . . limas* , quasi per senas flexuras ; quæ interpretatio minùs est limata , imò videtur omnino lima.

364. A tauro venit , &c.] Non primi , sed secundi Hexagoni Signa dat in exemplum. Secundum igitur Hexagonum incipit à Tauro , ejusque 1. latus , quod sinistrum est , pertinet à Tauro ad Cancrum : 2. à Cancro ad Virginem : 3. à Virgine ad Scorpionem : 4. à Scorpione ad Capricornum : 5. à Capricorno ad Pisces : 6. à Piscibus ad Taurum , in quo pariter clauditur.

366. Adversâque Tauro sidera.] Arietem scilicet , qui Tauro adversus exoritur , lib 1. v. 264. Itaque linea illa à Piscibus per Arietem Tauro adversum , quem contingit , ducitur ad Taurum , in quo clauditur.

368. Alterius ductus.] Primi nempe Hexagoni , cujus ductus seu linea ducitur per transitu Signa , id est , per sex alia Signa intacta à ductu secundi-Hexagoni , nimirum per Arietem , Geminos , Leonem , Libram , Sagittarium , & Aquarium , v. 358. fig.

370. Flexibus hic , &c.] Sic fuit castigandum : *hic* id est ductus posterior , qui primi est Hexagoni : *illi* , id est , priori ductui , qui fuit secundi Hexagoni. Uterque enim ductus totidem flexibus conficitur. Minùs ergò clarè alii :

Flexibus & totidem similis fit circulus illis.

X ij

Transversos igitur fugiunt subeuntia visus ;
 Quod nimis inclinant , ac ne limisq[ue] videntur ;
 Vicinóque latent. Ex recto certior i[ct]us.
 Tertia convexo conduntur Signa recessu ;
 375 Et quæ succedit connexa est linea Cælo ,
 Singula circuitu quæ tantum transeat astra.
 Vis ejus procul est , altóque vagatur Olympo ;
 Et tenues vires ex longo mittit in Orbem.
 Sed tamen est illis fœdus sub lege propinquâ ,

INTERPRETATIO.

Ergo qua Signa sequuntur , ea ne vel sub aspectus obliquos priorum cadunt , eò quòd nimium inflectuntur , & ne vel obliquis oculis cernuntur , & non videntur à propinquo suo Signo. Certior est igitur i[ct]us ab aspectu recto. Tertia Signa occultantur in recessu concavo Cœlorum ; &

ductus , qui subsequitur , conjunctus est pariter Cælo , qui scilicet solum ambitu suo prætergrediatur quaque sidera. Virtus illius longè stat , & discurret in supremo Cælo . & emittit à remoto loco vires exiguas in globum terrarum. Nihilominus illa Signa habent commercium ex ratione cognatâ ,

ANNOTATIONES.

371. *Transversos igitur , &c.*] His 14. v. benè monet Poëta vim Hexagonorum minùs potentem esse , quàm Tetragonorum , & Trigonorum , quia ductus lateralis Hexagonorum altius ad Cœlum accedit , & à terris longius recedit. Non solum autem ex ratione ductus , sed ex diverso sexûs masculini , aut foeminei genere ducitur vis Hexagonorum , v. 379. not.

Subeuntia.] Quæ post priora sequuntur. Sic in primo Hexagono Gemini subeunt Arietem: Geminos Leo: Leonem Libra: Libram Sagittarius: Sagittarium Aquarius. Igitur quæ Signa subeunt , vix à prioribus conspiciuntur , aut non nisi oblique , quia propiora sunt.

373. *Ex recto certior i[ct]us.*] Putà ex Trigono aut Tetragono aspectu ; rectiores hujus utriusque sunt ductus , quàm Hexagoni , v. 358. Unde certior quoque ex iis Horoscopus.

374. *Tertia ... Signa.*] Quæ nimirum in Hexagoni lateribus tertium quemque obtinent locum. Quæ enim Signa Hexagonum adornant , ea singula tertiâ sede feruntur , v. g. Aries , Gemini , Leo , Libra , Sagittarius , & Aquarius in 1. Hexagono : similiter Taurus , Cancer , Virgo , Scorpius , Capricornus , & Pisces in 2. Hexagono. Un-

de , quæ linea per Hexagona Signa ducitur à concavo Cælo , vix recedit , v. 376. Aded enim crebrò flebitur , ut parum ablit , quin circulum decircinet. Consule figg. v. 358. pag. 162.

Convexo. Concavo , lib. 1. v. 107. & 539. Vulgè quippe *convexum* pro *concavo* usurpant Poëtæ , vel metri , vel alterius rei causâ.

375. *Et.*] Gemb. benè : Scaliger *At.* malè ; minùs enim benè mentem Poëtæ est affecurus hic.

377. *Olympo.*] Cælo , lib. 1. v. 173.

379. *Sed tamen , &c.*] His 6. v. ultimis è 14. quibus Hexagonorum rationem explicat , monet interim totam Hexagonorum vim potiùs ex cognitione sexûs similis , quàm ex ipso textili aspectu duci. Masculina enim maribus , foeminea foemineis respondent in uno quoque Hexagonorum ductu.

Fœdus sub lege propinquâ.] Gemb. benè , id est , sub cognitione sexûs , ut jam annotabatur. Vulg. & Rom. *Phæbus sub lege propinquus*. Quam lectionem tutatus Junius Bitur. sic interpretatur : illos tamen aspectus infirmos Sol eâ lege confirmat , si commercia sunt *οὐρανίου* genere cognatorum , putà marium cum maribus. Verum non hæc fuit Manilii mens , ut patet.

vixit B. P.

vixit B. P.

Phæbus quæ B. P.

- 380 Quòd non diversum genus est, quòd euntibus astris;
 Mascula sex Maribus respondent: cætera sexus
 Fœminei, sic conjungunt commercia Mundi.
 Sic, inquam alternis paret Natura figuris,
 Et cognata jacent generis sub legibus astra.
 385 Jam verò nulla est Hærentibus addita Signis
 Gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.
 In se cuncta ferunt animos, quæ cernere possunt.
 Sunt & diversi generis connexa per orbem
 Mascula Fœmineis, semperque obfessa vicissim.
 390 Disparibus non ulla datur concordia Signis:

INTERPRETATIO.

quia non habent diversum sexum, & quia sex Signa Masculina respondent sibi Masculis, eo ordine quo feruntur sidera: similiter reliqua sex, quæ sunt generis muliebris, connectunt fœdera Cæli. Ita, inquam, Mundus obsequitur per alternas formas siderum, & Signa sunt sibi propinqua ex ratione sexus. Nunc autem nulla concordia data est.

Signis Conjunctis: nam fœdus omne iis torpescit, quia sibi ereptus est a pectus. Etenim singula convertunt tantum mentes in seipsa, qua sola possunt videre. Mascula tamen junguntur Fœmineis, quæ sunt diversi sexus, & perpetuò intersepta sunt alternatim per Zodiaci circum. Nullum autem fœdus tribuitur Signis, quæ parialiquâ sorte non feruntur.

ANNOTATIONES.

381. Sex.] Gemb. benè. Alii sed, malè.

382. Fœminei sic conjungunt, &c.] Ita fuit interpungendum: malè enim Scaliger,

Fœminei: sic conjungunt, &c.

383. Sic, inquam, alternis, &c.] Gemb. benè; notatur enim alterna Masculorum & Fœmineorum Signorum ratio. Vulg. & Rom. mendosè,

Sic quicquam alterius, &c.

384. Generis.] Gemb. benè, idest, sexus. Vulg. cæcis, malè.

385. Jam verò nulla est, &c.] His s. v. aliud genus Signorum explicatur, quæ quidem Firmico Conjuncta: Ptolemæo Inconjuncta: Manilio Hærentia dicuntur. Conjuncta, quia sibi contigua sunt: Inconjuncta, quia nullâ inter se amicitia junguntur: Hærentia, quia sibi adhærent; v. Aries & Taurus, Taurus & Gemini, Gemini & Cancer, &c.

387. In se cuncta ferunt, &c.] Vulg. benè; neque enim Signa Conjuncta nisi in seipsa convertunt animos; v. g. Aries & Taurus non in se mutuò conferunt mentes, sed Aries in seipsum, Taurusque in seipsum; quia ita contigua sunt

ut se mutuò videre non possint. Quem ad sensum Scaliger legit:

In se ducta ferunt animos, quæ cernere possunt.

388. Sunt & diversi generis, &c.] Namque Signa Conjuncta feruntur, ut initio, pro more, ducto ab Ariete, Mascula Fœmineis, & Fœminea Masculis aut jungantur aut alternatim intersepian- tur: v. g. Aries & Taurus Signa sunt Conjuncta, quorum illud est Masculum, hoc Fœmineum: similiter Taurus & Gemini Signa sunt Conjuncta, quorum illud Fœmineum, hoc verò Masculum; & ita de cæteris. At Taurus intercipitur ab Ariete & Geminis, quæ Mascula sunt: Gemini pariter ab Geminis & Cancro, quæ Fœminea sunt. Et ita de aliis.

390. Disparibus, &c.] His s. v. aliud Signorum genus explicatur, quod est Disparium. Disparia dicuntur ea, quæ, quâ sorte inter se per Zodiacum conferuntur, Zodiaci circum pari mensurâ aliquâ non adimplent. Qualia sunt quæ sexta sunt. Ductâ enim lineâ à sexto ad sextum Signum, duo tantum pares ductus sunt, tertio non adæquato:

sed B. P.
 se B. P.
 quæquas B.
 cæcis B. P.

etiam ad = B. P.

numerantur B.
as- B. pars B.P

Septima B. quoq; B.P.
manant B. P.

Sexta quoque in nullas memorantur commoda vires;
Virgula per totum quod par non ducitur orbem :
Sed duo Signa facit mediis summota quaternis ,
Tertius absumpto ductus non sufficit orbe.

395 At quæ diversis ex partibus astra refulgent,
Per medium adverso Mundum pendentia vultu ;
Et toto divisa manent contraria Cœlo.
Singula quæque loco quamvis summota ferantur ;
Ex longo tamen illa valent virêsq; ministrant
400 Vel bello , vel pace suas , ut tempora poscunt ;

I N T E R P R E T A T I O .

hinc Signa sexta non censentur in ullas virtutes, quia linea, quâ describuntur, non est aequalis per totum circulum: verum facit ut duo Signa Angularia distent à se per quatuor intermedia, ita ut, absoluto ferè circulo tertia par linea non supersit. Sed qua Signa lucent ex partibus oppositis, appensa scilicet per medium Cœlum opposita facie, & qua distant à se toto Cœlo, sibi opposita, illa, inquam, licet singula quæque remota sint sede, multum possunt à longinquo loco, & communicant sibi suas vires, aut in bellum, aut in pacem, prout tempora postulant.

A N N O T A T I O N E S .

v. g. linea ducta ab Ariete ad Virginem, inde ab eodem Ariete ad Scorpionem, quæ duo Signa sunt ab Ariete sexta, facit, ut Manilii verbis utar, ut inter hæc duo Angularia, Virginem & Scorpionem, una supersit Libra ad tertium ductum adornandum, cum inter utraque Signa Angularia utriusque prioris ductus quatuor intermedia Signa integra comprehendantur: nimirum hinc inter Arietem & Virginem Taurus, Gemini, Cancer, Leo: inter eundem Arietem & Scorpionem Pisces, Aquarius, Capricornus, Sagittarius. His igitur duobus ductibus paribus totus Zodiaci circulus non adimpletur: sed par tertius non sufficit: unde ejusmodi Signa *Disparia* dicuntur, Disparêsq; ejusmodi aspectus vocantur, quibus nulla gratia, nulla concordia, nullâque vis datur.

393. *Sed duo Signa.*] Sup. Angularia, ut monui v. 390.

394. *Absumpto . . . orbe.*] Sup. Zodiaci. Quanquam non omnino absumitur per duos priores æquales ductus, sed unum tantum superest Signum, quod in tertio ductu foret intermedium, cum in utroque priori quatuor sint intermedia.

395. *At quæ diversis, &c.* [His 38. v.

aliud Signorum genus continetur, quod est Oppositorum, seu Contrariorum. *Opposita* autem dicuntur ratione loci, quippe quæ toto Cœlo à se divisa pendent: v. g. Ariet & Libra; Cancer & Capricornus &c. Licet enim ratione loci sint opposita, aliâ tamen ratione vel sexûs, vel naturæ, vel temporis concordant, aut saltem hisce quatuor rationibus non opponuntur: Sic Ariet & Libra loco contraria, ratione sexûs & temporis concordant; ambo enim Mascula, diēsque noctibus adæquant: Sic Cancer & Capricornus sexu quidem concordant, sed loco ac tempore opponuntur. Æstate scilicet ac hyeme, quæ duo sunt tempora contraria: sic Virgo & Pisces loco sunt adversa, sed sexu & naturâ concordant: ambo enim sunt Fœmineæ, sibi que Amica, ut infra dicetur v. 505. Hæc autem jam fusiùs explicat Poëta à v. 401. ad v. 433.

396. *Mundum.*] Cœlum, lib. 1. v. 9.

399. *Valent.*] Gemb. benè. Vulg. *manent*. malè: Launoius *movent*, id est, Valent. Oppositorum autem vires sunt omnium conspectuum plenissimæ ac potentissimæ, quod enim rēiores sunt aspectuum ductus, eò certior est iclus. v. 373.

Nunc Phœbo, stellis nunc & distantibus iras.

Quod si fortè libet, quæ sunt Contraria Signa
Per titulos celebrare suos sedesque, memento
Solstitium brumæ, Capricornum opponere Cancro:

405 Lanigerum Libræ, par nox in utroque diésque:
Piscibus Erigonen: Juvenique Urnæque Leonem:
Scorpius è summo cum fulget, Taurus in imo est:
Et cadit Arcitenens, Geminis orientibus Orbi.
Observant inter se se contraria cursus:

410 Sed quanquam adversis fulgent contraria Signis,
Naturâ tamen interdum sociata feruntur,
Et genere. Exemplis Concordia mutua surgit,

INTERPRETATIO.

modo Sole, & modò aliis Planetis inspirantibus odia, & inimicitias. Quod si fortasid placet recensere per sua nomina & loca, qua Signa sunt opposita, recordare opponere Solstitium æstivum hyemali: Capricornum Cancro: Arietem Libræ, nox enim & dies aequalis est in his duobus; Virginem Piscibus: & Leonem Puero atque ejus Amphora: quan-

do Scorpius lucet ex alio Cœlo, Taurus jacet in infimo: & Sagittarius occidit, cum Gemini exoriuntur supra terram. Quamvis autem sint opposita, servant tamen inter se certos motus: sed etsi Signa lucent opposita Signis oppositis, aliquando tamen voluntur concordia ex naturâ & sexu. Verbi gratiâ, mutua in iis reperitur amicitia,

ANNOTATIONES.

401. Phæbo.] Sole. Planetæ scilicet à Signis, & à Planetis Signa conspici dicuntur quinque modis. 1. Hexagono. 2. Tetragono. 3. Trigono. 4. Opposito. 5. Conjuncto: sed potentissimus horum omnium conspectus est, qui fit ex conjunctione: secundus, qui ex oppositione: tertius, qui ex triangulo: quartus, qui ex quadrato: ultimus & minimus, qui ex sextili. Multum igitur Planetæ Signis, & Signa Planetis conferunt aut amicitiz aut odii. v. 642. not. Stellis.] Errantibus scilicet, id est, Planetis, quorum alii benignâ, alii malignâ sunt naturâ.

404. Solstitium Brumæ.] Solstitium dicitur quasi Solis statio. Bis autem in anno Sol stare videtur, semel principio Cancri: iterum in principio Capricorni; hoc est circa 22. diem Junii, quo Sol Cancrum ingreditur: & circa 22. diem Decembris, quo Sol idem Capricornum intrat. Unde vulgò alterum Æstivum, alterum Hyemale Solstitium dicitur. Verum apud auctores bonæ latinitatis per hanc vocem Solstitium intelligitur Solstitium Æstivum: & per vocem Brumæ, Solstitium

Hyemale. Ita omnes boni auctores præter Columellam & Servium, quos deceptos esse constat; sed de his consule Lacerdam in 1. Georg. v. 100.

405. Par nox. &c.] Gemb. benè. Vulg. & Rom. par nocti in utroque dies est. Idem sensus; namque & dies noctibus, & noctes diebus æquales sunt in utroque Æquinoctio, Veris & Autumni, hoc est initio Arietis & Libræ, lib. 1. v. 267.

406.] Erigonen. Virginem. v. 32. Juvenique Urnaque.] Aquario; quod Signum constat puero Ganymede, & Amphorâ, v. 233.

408. Arcitenens.] Sagittarius. l. 1. v. 270. Orbi.] Sup. terrarum, id est terris. Alii, Orbe, minus latinè in ablativo, quam in dativo,

409. Contraria.] Sup. Signa. Cursus.] Id est motus; benè. Alii rursus, malè.

411. Naturâ.] quæ duplex est in Signis. Alia enim sunt Mascula, alia Fœminea. v. 150.

412. Genere.] Sexu, qui duplex est; Masculinus & Fœmineus, v. 150. Exemplis.] Sup. pro; i e. exempli causâ.

in B.

2a B. ?

sum ut B.

- Mascula si paribus ; vel si diversa suorum
Respondent generi. Pisces & Virginis astrum
415 Adversis volitant , sed amant concordia jura ,
Et vincit natura locum : sed vincitur ipsa
Temporibus , Cancérque tibi , Capricorne , repugnat ,
Fœmina Fœmineo , quia Brumæ dissidet æstas.
Hinc rigor & glacies , nivibusque albertia rura :
420 Hinc sitis & sudor , nudusque in collibus Orbis ,
Æstivósque dies æquat nox frigida brumæ.
Sic bellum Natura gerit , discordat & annus.
Nec mirère in eâ pugnancia sidera parte :
At non Lanigeri Signum , Libræque repugnat
425 In totum , quia Ver Autumnno tempore differt :

annus B. P.

ai B.

INTERPRETATIO.

si Masculina opponuntur similibus sui , ex una parte sunt frigus & gelu , & campi albescentes nivibus : ex altera parte sunt sitis & sudor , & orbis terrarum nudatur in montibus præ calore , & nox hyemalis facit dies æstivos aequales diebus Hyemis. Ita Natura pugnat , & annus dissimilis est sibi. Neque tamen admireris Signa adversantia sibi in hac parte : Namque Signum Arietis non opponitur in omni ratione , quia Ver discrepat ab Autumnno in tempore.

ANNOTATIONES.

413. Paribus.] Id est , Masculis.
Diverſa.] Id est , Fœminea.
414. Generi.] Sexui fœmineo.
416. Vincit natura locum.] Licet enim Virgo & Pisces loco sint oppositi , natura tamen non opponuntur , quia ambo sunt Fœminea Signa.
Sed vincitur ipsa temporibus.] Nimirum in Cancro & Capricorno ; licet enim ambo sint naturâ simili , nempe Fœmineâ : jura tamen amica non amant , quia in his natura vincitur temporibus , scilicet æstate & hyeme , quæ duo sunt tempora contraria.
419. Hinc.] Id est ex parte Brumæ.
420. Hinc. Id est , ex parte Æstatis.
Nudusque in collibus Orbis.] Sup. herbis & gramine , præ nimio Solis æstu , quo terra æstate aduritur & arefcit.
421. Æstivósque dies æquat , &c.] Noctes enim hibernæ sub Brumâ , hoc est sub initio Capricorni æquales sunt diebus æstivis sub Solstitio , hoc est sub initio Cancri.
Brumæ.] v. 404.
422. Discordat & annus.] Scaliger benè. Verbum enim discordat neutrale est , non activum ; unde malè Gemb. discordat & annus. Malè pariter Vulg. & Rom. discordat in annum. Neque enim in totum annum Natura discordat : sed Hyeme tantum & Æstate , in his quippe duobus anni temporibus dies ac noctes dissimiles sunt : dissimiles enim sunt noctes hibernæ noctibus æstivis , & dies hiberni diebus æstivis hinc inde ab utroque Solstitio. Deinde frigida Hyems est , calida Æstas. At licet Ver & Autumnus in hoc disconvenient , quòd hic fructus , illud flores ferat : conveniunt tamen in eo , quòd in utroque noctes diebus , diésque noctibus æquales sint utrinque ab Æquinoxiis ad Hiemem & Æstatem. Quod rectè explicat Poëta à v. 424. ad v. 431.
25. Autumnno.] In Ablativo , suppl. ab. Alii Autumni. Sup. à tempore : sed minus probata lectio , quanquam eundem sanè sensum semper reddit , licet non iisdem verbis.

Fructibus

Fruētibus hic implet maturis , floribus illud ;
Sed ratione pares , æquali nocte diebus ,
Temporæque efficiunt simili concordia textu ,
Permixtisque dies , mediis Hyemem inter & Æstum

430 Articulis , uno servantia tempore utrinque ,
Quò minùs infesto decertent sidera Cælo.

INTERPRETATIO.

scilicet in hoc , quodd replet terram
fructibus maturis : illud verò floribus :
at similes sunt hæc ratione . quodd , no-
cte aequalis diebus , faciunt ut tempora
non solum convenient pari contextu :

sed etiam ut conservent in una & eā-
dem ratione temporis dies , qui hinc in-
dè à mediis Cardinibus interseruntur in-
ter Hyemem & Æstatem : quo fit ut
Signa decertent Cælo minùs adverso.

ANNOTATIONES.

416. Hic.] Autumnus.

illud.] Ver.

427. Sed ratione pares , &c.] Ita ca-
stigo. Malè enim Scaliger.

Sed ratione par est , aequalis nocte die-
bus.

Peccat enim in eo , quodd & vocem
par corripit , cùm semper producatur :
& mentem Poëtæ non assequatur , ut
patet ex annotatione nostrâ v. 422.
Malè pariter Vulg. & Rom.


Sed ratione par est aequalis , nocte ,
diebus.

Quis enim aut sensus , aut ordo ver-
borum ?

430. Articulis.] Duobus scilicet Æqui-
noctiis , qui duo sunt Cardines hinc in-
de Æstatem inter & Hyemem : his
enim duobus , quasi nodis aut articu-
lis , Hyems & Æstas connectuntur me-
diæ inter utrumque Æquinoctium.

431. Quò.] id est , ut. Non autem
quominus , conjunctim.


Cælo.] Ita omnes præter unum Sca-
ligerum qui legit , bello. Idem tamen
sensus , benè enim dicuntur Signa pu-
gnare infesto Cælo , propugnare & oppo-
ni. Hactenus de Signorum oppositione ,
quorum hic Figuram apposuius initio
ducto ab Ariete , qui opponitur Libræ.



M. MANIL.

Y

Haftenus Poëta varios Signorum aspectus explicavit, nimirum, Trigonos, Tetragonos, Hexagonos, Conjunctos, & Oppositos: Sed sunt alii, quos non



LIBER SECUNDUS.

171

explicavit, quosque videre est in his Figuris, quarum altera varios omnes Signorum aspectus continet: altera vero ipsorum explicationes & characteres.

num.	Nomina.	Figur.	Dist. grad.	Diff. grad.
1.	Coniunctio.	○	0.	..
2.	Semisextus duodecilis.	✳	30.	30.
3.	Semiquintilis decilis.	℥	36.	6.
4.	Semiquadratus octilis.	⌐	45.	9.
5.	Sextilis.	✳	60.	15.
6.	Quintilis.	℥	72.	12.
7.	Quadratus.	□	90.	18.
8.	Sesquiquintilis tridecilis.	℥	108.	18.
9.	Trinus.	△	120.	12.
10.	Sesquadrus triocilis.	◻	135.	15.
11.	Biquintilis.	℥	144.	9.
12.	Quincunx quadrosexus.	Λ	150.	6.
13.	Opposito.	○-○	180.	30.
XIX. Fig.		Pag. 171.		

Y ij

Talis erit ratio diversis addita Signis.

His animadversis rebus, quæ proxima cura;
Noscere tutelas, adjectaque Numina Signis;

INTERPRETATIO.

Talis igitur lex erit data Signis Oppositis, servatio facienda hæc est, cognoscere tu-
Postquam hæc res sunt observata, prima ob- *telas & Deos adscriptos singulis Signis;*

ANNOTATIONES.

433. *His animadversis, &c.*] His 20. v. docet Poëta qui Dii, Deæve singulis Signis, quæve Signa singulis Diis Deabusque adscribantur. Sunt autem duodecim Magna Numina, quorum Dii sex, sexque Deæ: Dii sunt, Jupiter, Mars, Neptunus, Mercurius, Vulcanus, Apollo: Deæ verò, Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus. Jupiter præest Leoni: Mars, Scorpionis: Neptunus, Piscibus: Mercurius, Cancro: Vulcanus, Libræ: Apollo, Geminis: Juno, Aquario: Vesta, Capricorno: Ceres, Virgini: Diana, Sagittario: Minerva Arieti: Venus Tauro. Quæ omnia his quatuor

versibus complexus est Ennius, quorum primis duobus Deorum Dearumque nomina continentur eo ordine, quo præstunt Signis, quæ pariter continentur duobus posterioribus versibus eo ordine, quo sub Deorum Dearumque tutelâ censentur.

Juno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars.

Neptunus, Jovi, Mercurius, Vulcanus, Apollo.

Urna, Capri, Virgo, Cretus, Helles portus, & Bos.

Scorpius, & Piscis, Cancer, Leo, Libra, Gemelli.

Res clarè patet in hæc figurâ.

<i>Juno</i>	<i>Vesta</i>	<i>Ceres</i>	<i>Diana</i>	<i>Minerva</i>	<i>Venus</i>
<i>Mars</i>	<i>Neptunus</i>	<i>Jupiter</i>	<i>Mercurius</i>	<i>Vulcanus</i>	<i>Apollo</i>
XX. Fig.			Pag. 172.		

- 435 Et quæ cuique Deo rerum Natura dicavit ,
 Cùm divina dedit magnis Virtutibus ora ,
 Condidit & varias sacro sub nomine vires ,
 Pondus uti rebus persona imponere possit.
 Lanigerum Pallas : Taurum Cythera tuetur :
 440 Formosos Phœbus Geminos : Cyllenie Cancrum :
 Juppiter & cum matre Deum regit ipse Leonem :
 Spiciferæ est Virgo Cereris : fabricatâque Libra
 Vulcano ; pugnax Mavorti Scorpheus hæret :
 Venantem Diana virum , sed partis equinæ ;
 445 Atque angusta fovet Capricorni sidera Vesta :
 E Jovis adverso Junonis Aquarius astrum est :
 Agnoscitque suos Neptunus in æquore Pisces.

Numine R.

552

et sum R. P.

INTERPRETATIO.

Quæ Signa Natura parens rerum dedit
 cuilibet Deo , quando tribuit vultus di-
 vinos magnis Numinibus , & abdidit sub
 titulo sacro diversas virtutes , ut per-
 sona queat dare auctoritatem rebus. Mi-
 nerva habet in suâ tutelâ Arietem : Ve-
 nus Taurum : Apollo pulchros Geminos :
 tu , ô Mercuri , tueris Cancrum : & Ju-
 piter ipse cum magnâ Deorum parente gu-
 bernat Leonem : Virgo pertinet ad Cererem
 spicas ferentem : & Libra, qua fabri est opus,
 adscribitur Vulcano : & saevus Scorpheus
 Marti : Diana tuetur hominem venato-
 rem , sed qui habet partem equinam : &
 Vesta tuetur contractum sidus Capricor-
 ni : à regione Jovis est Aquarius , quod
 sidus est Junonis : & Neptunus agno-
 scit in mari Pisces esse de suo imperio.

ANNOTATIONES.

435. Rerum Natura.] Deus ; Auctor Naturæ.

436. Magnis Virtutibus.] Magnis Diis Deabusque.

438. Persona, Dignitas nominis : nom-
 men divinum.

439. Pallas.] Minerva ; quippè quæ
 bonarum artium , sed lanificii præsertim
 inventrix sit credita. Unde nil mirum
 quod Arietem regat.

Cythera.] Venus , v. 33.

440. Phœbus.] Apollo , lib. i. v. 19.
 qui Genitorum alter fingitur lib. i.
 v. 265.

Cyllenie.] Mercuri , lib. i. v. 33.

441. Matre Deum.] Cybele.

442. Spicifera... Cereris.] Ceres enim
 Dea frugum credita. Virg. 4. Georg.

Prima Ceres ferro mortales vertere
 terram

Instituit , &c.

Idè verò Virginis Signo præesse fin-
 gitur , quia Virgo Signum est Augu-
 sti mensis , quo segetes maturescunt.
 Unde Virgo spicam lævâ gerit inter

astra , lib. i. v. 266.

Fabricatâque Libra Vulcano.] Libra
 quippè fabri est opus , Vulcanus verò
 Deorum faber fuit , cujus officina fin-
 gitur fuisse in Æthnâ , ubi & Jovis ful-
 mina & Deorum Heroûmque arma fa-
 bricaret.

443. Mavorti.] Marti , qui belli Deus
 creditur. Hinc pugnaci Scorpionis præ-
 esse fingitur.

444. Venantem... virum &c.] Sa-
 gittarium , qui ex humanâ & ferinâ for-
 mâ constat. Os enim habet hominis :
 pars verò posterior est equi , lib. i. v. 270.
 Arcum manibus tendit : hinc ipsi Dia-
 nam venatricem dominari dicitur.

445. Augusta.] In se enim quasi fri-
 gore , contrahitur Capricornus in Cœ-
 lis. Unde huic Vestam , cui sacratum
 ignis servabatur , dominari fingitur.

446. E Jovis adverso. &c.] Aquarius
 enim , quod Junonis est astrum , ad-
 versus est Leoni , quod Jovis est astrum.

447. Neptunus.] Deus maris , lib. i.
 v. 219.

fext B. P.

in B. P.

Hinc quoque magna tibi veniant momenta futuri ;
 Cùm ratio tua per stellas & sidera curret ,
 450 Argumenta petes omni de parte , viâsque
 Artis , ut ingenio Divina potentia surgat ,
 Exæquentque fidem Cœli mortalia corda.
 Accipe divisas hominis per sidera partes ,
 Singulâque propriis parentia membra figuris ,

INTERPRETATIO.

Oportet ut inde capias magna & eximia argumenta futuri : namque quando mens tua discurret per stellas & Signa , duces argumenta & rationes scientia fideralis ex omni parte , ut divina vires siderum adsint menti tua , & humana mens comprehendat id omne , quod Cælum protendit. Disce jam quæ membra hominis distributa sint per Signa , & quæ singula membra subjiciantur suis Signis ,

ANNOTATIONES.

448. Hinc quoque , &c.] His 5. v. postremis monet Poëta non parùm attendendum esse ad has Signorum tutelas in Horoscopo describendo ; nihil enim omittendum ut alibi passim monet.

449. Cùm ratio tua , &c.] Ita restituo ex Jun. Bitur. ad sensum Manilii : malè enim Vulg. & Gemb.

Cùm ratio tua fert stellas & sidera curret.

Et Scaliger ,

Cùm ratio variet stellas ac sidera curret.

451. Artia.] Astrologiz.

Divina potentia. Vis ac virtus Deorum Dearumque , quibus Signa subjiciuntur. Malè ergò nonnulli legunt *divisa* : aut saltem non ad mentem Manilii , qui de Deorum tutelis agit , non

de dispersis per sidera viribus. Itaque , ut divina potentia surgat ingenio , interpretor , ut Deorum ac Dearum vires per tutelas agnoscas.

452. Exæquentque fidem , &c.] Id est , utque mens humana tua possit comprehendere quicquid virium Cœli protendant & habent per sidera.

453. Accipe divisas , &c.] His 13. v. docet Poëta quibus humani corporis partibus quæque Signa dominantur. Quæ quidem non mediocriter faciunt ad Horoscopum , cùm valetudinis ac vitii locum invenire voluerimus. Res autem hæc tota patet in hac figurâ , quam ex Firmico lib. 2. cap. 27. accepimus.

454. Figuris.] Signis , formis cœlestibus.

♈	♉	♊	♋	♌	♍
Caput	Cervix	Humeri	Cor	Pectus	Venter.
♎	♏	♐	♑	♒	♓
Renes	Inguina	Femur	Genun	Tibia	Pides.
XXI. Fig.			Pag. 174.		

- 455 In quæis præcipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries caput est ante omnia princeps
Sortitus : censûsque sui pulcherrima colla
Taurus : & in Geminis æquali brachia forte
Scribuntur connexa humeris : pectûsque locatum
460 Sub Cancro est : laterum regnum , scapulæque Leonis ,
Virginis in propriam descendunt ilia sortem :
Libra regit clunes : & Scorpius inguine gaudet :
Centaurio femora accedunt : Capricornus utrisque
Imperat in genibus : crurum fundentis Aquarii
465 Arbitrium est : Piscis que pedum sibi jura reposcunt.
Quin etiam propriis inter se legibus astra
Conveniunt , & certa gerunt commercia rerum :

INTERPRETATIO.

in quibus membra exercent suas peculiar-
res vires ex toto suo corpore. Aries pri-
mus assumpsit sibi caput præ cæteris : &
Taurus formosissimas cervices , quæ sunt
sua sortis : & brachia juncta cum hu-
meris , adscribuntur Geminis pari ratio-
ne : & pectus positum est sub Cancro :
& imperium laterum & dorsi venit in
jus Leonis : & intestina in propriam sor-

tem. Virginis veniunt : Libra gubernat
nates : & Scorpius dominatur genitalibus :
coxa contingunt Sagittario : Capricornus
dominatur utrisque genibus : dominium
crurum pertinet ad Aquarium effunden-
tem aquas : & Pisces vendicant sibi sor-
tes pedum. Præterea Signa consentiunt in-
ter se ex propriis jurebus , & ferunt certas
societates & quædam fœdera rerum :

ANNOTATIONES.

455. *Toto de corpore.*] Totis de viri-
bus , fortiter , omnino.

356. *Caput.*] Id est , faciem , oculos ,
aures : & morbos qui in capite gene-
rantur.

457. *Censûsque sui.* &c.] Taurus sor-
titus est colla , id est , cervicem & gut-
tur , quibus præ cæteris animalibus ,
potens est ac gaudet.

458. *Brachia.*] Humeri , brachia &
manus adscribuntur Geminis : quippe
qui ambo sese brachiis complectantur :
unde addidit Poëta , *æquali sorte* , quæ
nempe Taurus colla sortitus est.

459. *Pectûsque...* *sub Cancro est.*] Id
est , pectus , mammæ , splen , pulmo ,
venterque superior , ac costæ.

460. *Laterum regnum.*] Id est , sto-
machus , ventriculus , cor , lateraque ,
& dorsi spina descendunt in propriam
sortem Leonis.

Scapulaque.] Sup. regnum , id est ,
dorsum , seu spina dorsi.

461. *Ilia.*] Alvus , intestina.

462. *Inguine.*] Pudendis , vesicæque.

466. *Quinetiam.* &c.] His 19. v. monet
Poëta se acturum de alterâ Signorum
affinitate. Triplex quippe Signorum affi-
nitas distinguitur. Altera eorum , quæ ex
Trigono , Tetragono , Hexagono , Op-
posito , Conjunctioque aspectu cognata
sunt , de quibus hæc tenens. Altera eorum
quæ sese videntia , sese audientia , sese
amantia , vel non amantia , id est , ingra-
ta , quæque sibi ipsa placentia dicuntur ,
de quibus jam est acturus ab hoc v. 466.
ad v. 642. Tertia eorum , quæ imperantia ,
& obedientia censentur , de quibus postea
disputabitur. Interim monet hujusmodi
sortem Signis à Deo datam , cum Mun-
dum & astra conderet. Unde tales esse
plerasque hominum naturas , qui genus
ex astris ducunt , ut alii sese mutuo hila-
rioribus oculis intueantur : alii sibi invi-
cem consulant & pareant : alii sese amo-
re , vel ingrato animo prosequantur : alii
sibi ipsi toti placeant & indulgeant , pro
variâ ejusmodi Signorum sorte , quam si-
gillatim expositorus est infra à v. 485.
ad v. 516.

femina B.

- Inque vicem præstant visus , atque auribus hærent :
 Aut odium fœdûsve gerunt : conversâque quædam
 470 In semet proprio ducuntur plena favore.
 Idcirco adversis nonnunquam gratia Signis ,
 Et bellum sociata gerunt , alienâque sede
 Inter se generant conjunctos omne per ævum :
 Utrique & forti pugnant , fugiuntque vicissim.
 475 Sic Deus in leges Mundum cum conderet omnem ,
 Affectus quoque divisit variantibus astris :
 Atque aliorum oculos , aliorum contulit aures :
 Junxit amicitias horum sub fœdere certo ,
 Cernere ut inter se possint audirêque quædam ,
 480 Diligerent alia , & noxas bellumque moverent :
 His etiam propriæ foret indulgentia fortis ,
 Ut se diligerent semper , sibi que ipsa placerent.
 Sicut naturas hominum plerasque videmus ,
 Qui genus ex Signis ducunt formantibus artus.

INTERPRETATIO.

Et convertunt oculos in se invicem , & sese mutuo audiunt : aut ferunt inimicitiam , vel amicitiam ; Et quædam intuitu in se ipsa afficiuntur plena proprio amore. Idcirco amicitia inest aliquando Signis contrariis , & contra Signa concordia inferunt sibi bellum , & quæ sunt contraria loco inter se , gignunt homines amicos per totam vitam : Et adversantur huic utrique rationi , & alternatim cedunt. Ita Deus , quando creavit totum Universum in certa jura , distribuit etiam certas affectiones Signis mutantibus : Et commiscuit visus aliorum , & aures aliorum , & conjunxit amicitias aliorum sub certâ concordia : ut alia queant videre sese , & alia audire sese , & ut amarent alia , & cernerent odia & bella aliis : & ut amor propria sua natura ita esset aliis , ut perpetuo seipsa amarent , & ipsa sibi indulgerent. Quemadmodum cernimus plerasque gentes hominum , qui trahunt naturas suas ex sideribus , quæ effingunt eorum membra.

ANNOTATIONES.

468. *Inque vicem præstant visus.*] Sese videntia.
Auribus hærent. Sese audientia.
 469. *Aut odium fœdûsve gerunt.*] Amantia & vicissim non amantia , id est , ingrata.
 470. *Proprio ducuntur favore.*] Sibi indulgentia.
 471. *Adversis.*] Contrariis , non quidem sede aut loco , sed naturâ ac genere.
 472. *Sociata.*] scilicet naturâ ac genere.
Alienâque sede.] Opposita loco , & sede.
 474. *Utrique forti.*] Nempe generis ac loci. Namque licet naturâ ac sexu similia Signa sibi bellum gerant , ut dixit v. 472 : aliquando tamen non pugnant , sed cedunt amicitie & generis forti : pariter licet opposita loco Signa generant homines conjunctos amicitie per tempus : aliquando tamen in hoc non pugnant , sed & inimicos generant.
 475. *Mundum.*] Universum , vel ipsum tantum Cælum , lib. 1. v. 9.
 477. *Contulit.* &c.] Fecit ut sese viderent alia , alia sese audirent.
 484. *Artus.*] Membra , corporis partes , corpus. Ita restitui ad mentem Manilii v. 83.
Ducis ab æthereis terrena animalia Signis.
 At Gemb. *orsus* , id est , nativitates , quæ lectio minus probatur.

Consilium

- 485 Confilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est;
 Audit se, Libramque videt, frustratur amando.
 Taurus, Lanigero qui fraudem nectit, & ultrà
 Fulgentes videt atque audit per sidera Pisces,
 Virgine amans capitur. Sic quondam gesserat antè
 490 Europam dorso retinentem cornua lævâ,
 Indutusque Jovi. Geminorum ducitur auris
 Ad Juvenem æternas fundentem Piscibus undas:
 Inque ipsos animus Pisces; oculique Leonem.
 Cancer (ut adverſo Capricornus conditur astro)

R. B.

mens B. P.

animam corp. Piscis B. P.
et B. P.

INTERPRETATIO.

Aries ipse sibi consulit, ut decet ducem, audit seipsum, & intuetur Libram; sed decipitur in amore suo. Taurus, qui parat dolum Arieti, & intuetur trans Arietem Pisces lucentes, & audit illos per astra, capitur amore Virginis. Ita olim antea portaverat dorso suo Europam virginem, quæ

sinistrâ arripuit cornua illius, & ipse induerat formam Jovis. Auris Geminorum præbetur ad Puerum, qui effundit perpestuas aquas Piscibus: & cor eorundem ducitur in ipsos Pisces: & oculi ducuntur in Leonem. Cancer (aquæ ac Capricornus, qui formatur in sidere opposito)

ANNOTATIONES.

485. *Confilium ipse suum est Aries, &c.* His 31. v. recenset jam Poëta quæ Signa dicantur *se se videntia*: quæ *se audientia*: quæ *se amantia*, aut contrà: quæque *sibimet placentia*. Istis autem 2. v. prioribus ait Arietem videre Libram; audire seipsum, amare Taurum, à quo tamen non vicissim amatur, imò à quo sibi fraus nectitur, v. 487.

486. *Frustratur amando.* Amore suo decipitur. *Frustratur* enim passivè sumitur hic.

487. *Taurus Lanigero, &c.* His 4. v. docet Taurum videre Virginem v. 499. & audire Pisces: amare Virginem, & fraudes ac insidias parare Arieti, à quo tamen amatur, v. 485. not.

489. *Amans.* Scaliger, benè. Alii *amens*, minùs benè. Alii *mens*, sup. *Tauri*. Idem semper sensus.

Sic quondam gesserat, &c. Alludit Poëta ad fabulam Europæ virginis, quam Jupiter formâ tauri albi indutus raptam dorso intulit per mare in Cretam, & ex quâ Minoa filium suscepit.

490. *Europam.* Cadmi sororem, Agenoris regis filiam. De quâ Ovid. metam. 1. & 2.

491. *Indutusque Jovi.* Gemb. benè, M. MANIL.

Jovi scilicet p^{ro} *Jove*. Benè enim dicitur indutus Jove, vel Jovem. Reverà autem Jupiter induerat formam tauri, ut Europam virginem raperet, Ovid. metam. 1. & 2. Malè autem alii legunt: *impulsusque Jovi*: alii *inductusque Jovi*: & Vulg. pessimè habet hos 5. v.

Inductusque Jovi Geminorum ducit & aures

Ad Juvenem æternas fundentem Piscibus undas.

Inque ipsos animum Pisces, oculosque Leonem

Cancer & adverſo Capricornus conditur astro.

Vertitur in semet oculis immutâque tendit

Auribus, &c.

Geminorum ducitur auris. His 3. v. docet Geminos convertere oculos in Leonem, audire Aquarium, & amare Pisces.

492. *Juvenem.* Aquarium, v. 406.

494. *Cancer ut adverſo, &c.* His 3. v. ait Cancerum intueri seipsum, sicut Capricornus, qui Cancro oppositus est per sidera, intuetur pariter seipsum: & utrumque se mutuo audire: & Cancerum capi amore Aquarii.

Z

- 495 Vertitur in semet oculis ; in mutua tendit
 Auribus : at Cancrī captatur Aquarius astro.
 At Leo cum Geminis aciem conjungit , & aures
 Centauro geminas ; Capricorni diligit astrum.
 Erigone Taurum spectat , sed Scorpion audit ,
 500 Atque Sagittifero conatur neſtere fraudem.
 Libra ſuos ſequitur ſenſus , ſolūmque videndo
 Lanigerum , atque animo complexa eſt Scorpion infrā.
 Ille videt Piſces , audit quæ eſt proxima Libræ.
 Necnon Arcitenens magno parere Leoni
 505 Auribus , atque oculis Signum fundentis Aquarii
 Conſpicere aſſuevit ; ſolāmque ex omnibus aſtris

INTERPRETATIO.

convertit oculos in ſeipſum : & uterque ſibi invicem præbet aures : ſed Aquarius amatur à ſidere Cancrī. Verū Leo conſert oculos cum Geminis , & binas aures cum Sagittario : & amat ſidus Capricorni. Virgo aſpicit Taurum , ſed audit Scorpionem , & nititur parare dolum Sagittario. Libra ſuum ſibi eſt conſilium , & comprehendit viſu ſolum Arietem ; & corde Scorpionem , qui infrā ſeipſam jacet. Scorpīus verò ſpectat Piſces , & audit Virginem , quæ eſt vicina Libræ. Et Sagittarius ſolus eſt obſequi forti Leoni ex auribus , & ſpectare oculis ſidus Aqua-

ANNOTATIONES.

497. At Leo , &c.] His 2. v. ſcribit Leonem videre Geminos , audire verò Sagittarium , & amare ipſum Capricornum.

498. Centauro.] Sagittario lib. 1. v. 270. & 408.

Geminos.] Ita omnes , præter unum Scaligerum , qui ex Vulg. legit :

— & aurem
 Centauro , Geminos Capricorni diligit
 aſtrum.

Sed hæc lectio non melior eſt , quàm Vulgaris.

— & aurem
 Centaurus , Geminos Capricorni diligit
 aſtrum.

Neque enim jam de Geminis , de quibus ſuprà v. 491 : ſed de ipſo Leone agitur ex ordine.

499. Erigone Taurum , &c.] His 2. v. ait Virginem videre Taurum : audire Scorpionem , & fraudes neſtere Sagittario , à quo tamen amatur , ut dicitur v. 507.

501. Libræ ſuos , &c.] His 2. v. monet Libram videre Arietem , à quo viciffim videtur , v. 486 : audire ſeipſam ,

ſicut Aries ipſe ſe audit : & amare Scorpionem , à quo tamen non amatur , ſed à quo fraus ſibi pariter non neſtitur.

502. Infrā.] Gemb. benè. Scorpīus enim infrā Libram fertur , id eſt , ſequitur poſt Libram. Malè ergò Scaliger , infrā.

503. Ille.] Scorpīus , qui quidem videt Piſces & audit Virginem , quæ vicina eſt Libræ. Peſſimè ergò Scaliger , — auditque per omnia Libram.

Neque enim Libram ullatenus audire poteſt , quam ponè ſequitur , ut ex digrammate Signorum ſeſe audientium ſatis patet infrā pag. 181. ſed audit , ſupl. eam , nempe Virginem , quæ proxima eſt Libræ , quippe quam Virgo præcedit proximè , & quam Virgo pariter audit , v. 499. Nullum autem amat Signum , cū tamen ametur à Libræ v. 501.

504. Necnon Arcitenens , &c.] His 3. v. docet Sagittarium aſpicere Aquarium , audire Leonem , à quo viciffim auditur v. 498 : & amare Virginem , quæ tamen ipſi fraudem neſtit v. 501.

Diligit Erigonen. Contrà Capricornus in ipsum
Convertit visus. (Quid enim mirabitur ille
Majus , in Augusti fœlix cùm fulserit ortum ?)

INTERPRETATIO.

rii effundentis aquas : Et amat Virgine
nem unam ex omnibus sideribus. At ve-
rò Capricornus confert oculos in seipsum.

(Quid enim ille admirabitur seipso
majus , quippè qui aded fortunatus fue-
rit , ut illuxerit ad nativitatem Augusti ?)

ANNOTATIONES.

307. Erigonen.] Virginem , v. 33.
Contrà Capricornus. &c.] His 4. v.
ait Capricornum in seipsum convertere
oculos , sicut Cancer ex adverso in se-
ipsum fert oculos : & audire Cancrum ,
à quo pariter auditur. v. 495.

309. In Augusti. &c.] Adulatur ex
occasione Augusto Manilius , cùm ait
Capricornum fulsisse in ejus nativita-
tem , quippe quod Signum ex Firmi-
co lib. 8. regem faciat & principem si
prima pars illius inventa fuerit in ho-
roscopo. Nondum autem constat in-
ter Auctores , Capricornumne fulserit in
ortum Augusti. Alii enim affirmant ,
alii negant. Affirmant Germanicus in
Arat. & Suetonius in Aug. c. 94. his
verbis : *nummum argenteum nota sideris
Capricorni, quo natus est, percussit Augustus.*
Et cap. 5. *natus est Augustus IX. Kal. Oct.*
paulò antè Solis ortum, id est , 23. die
Septembris. Et cap. 31. *Sexilem men-
sem è suo cognomine nuncupavit magis ,
quàm Septembrem , quo erat natus.* &c.
Verùm videtur ipse Suetonius contra-
rium loqui. Namque cap. 94. tradit na-
tum esse Augustum sub Capricorno :
cap. verò 5. & 31. ait natum esse men-
se Septembri, nimirum IX. Kal. Octob.
id est , 23. die Septembris , paulò an-
tè Solis exortum ; cùm tamen die 23.
Sept. , Capricornus terris non surgat
paulò antè Solis ortum : imò non ni-
si multò post ortum Solis ipse exori-
tur. Namque tunc temporis Sol tenet
Virginis finem , & initium Libræ. Un-
dè priùs & Libra , & Scorpium , & Sagit-
tarius exoriri debent , quàm surgat Capri-
cornus sequens : quod quidem fieri non
potest nisi intrà sex horas aut circiter.
Igitur non paulò , sed multò antè So-
lis ortum natus esset Augustus , si na-
tus esset 23. die Septemb. horoscopan-

te Capricorno. Verùm ut res æquo ju-
dicio accipiatur (meâ quidem senten-
tiâ) neque erravit Suetonius in eo , quòd
nativitatem Augusti referat in IX. Kal.
Octob. ita enim omnes auctores tra-
dunt : neque in eo , quòd natum cum
dixerit paulò antè Solis ortum , cùm
id fieri potuerit ; sed in eo , quòd aut
ex adulatione , aut ex malâ interpre-
tatione dixerit natum esse sub Capri-
corno , cùm reverà non natus , sed
conceptus tantùm fuerit sub Capricor-
no. Ex adulatione locutus est cum Theo-
gene Astrologo , qui cùm genituram
Augusti ab ipso Augusto resciret , ut
ait Suetonius cap. 94. in IX. Kalend.
Octob. incidisse , adulaturus exulta-
verit , & prædicaverit Augustum magnum
fore principem , cujus in ortum fulserit
felix Capricornus , qui reges facit &
principes , si in horoscopo fuerit inven-
tus , teste Firmico lib. 8. Ex malâ verò
interpretatione dixit , si per vocem na-
tus non interpretatus sit conceptus. Quâ
interpretatione vocis & Theogenis præ-
dicatio , & Suetonii fides benè consen-
tiunt cum Augusti nativitate IX. Kal.
Oct. Namque si natus sit Augustus 23.
Septembris die , conceptus fuerit necesse
est , ex usu recepto , 23. die Decembris ,
quo prima Capricorni pars cum Sole
oriri incipit. At veteres Astrologi non
ad solum hominis ortum , sed & ad
conceptum attendebant in horoscopo
adornando. *Prolem. in Centiloq.* Neque
est cur aliud Scaliger mensium ordina-
tionem repetere tentaverit , ut ad illud ,
quod Juliani Kalendarii reformationem
præcesserit , rem accommodaret. Qui
enim omnes de Augusti nativitate scri-
pserunt , ad Juliani Kalendarii ratio-
nem computaverunt. Sed de his con-
sule *A. Gellium*. lib. 5. cap. 7.

vid Spensermu de Numis
p: 210:

510 Auribus & summi captat fastigia Cancrī.
 Et nudus Geminis intendit Aquarius aurem;
 Sublimemque colit Cancrum, spectatque reducta
 Tela Sagittarii. Pisces ad Scorpionem acrem
 Direxere aciem, cupiuntque attendere Taurum.
 515 Has Natura vices tribuit, cum sidera finxit.

INTERPRETATIO.

Et excipit auribus Cancrum, qui sublimis attollitur. Et Aquarius nudatus prabet aurem Geminis. & amat Cancrum, qui in summo est Cælo; & aspicit contra-

Has sagittas Sagittarii. Pisces convertunt oculos ad pugnacem Scorpionem, optant audire Taurum. Deus dedit istas vicissitudines singulis astris cum creavit ea.

ANNOTATIONES.

510. *Summi fastigia Cancrī.*] Ex priscorum vulgari & falsâ opinione loquitur, qui nullum Signum Cancro magis Septentrionale oriri putantes, eum alta Cœli fastigia tenere dicebant. At & Gemini æquè alti feruntur per Cœlum, cum æquè distent à Solstitio ac Cancer. Vel saltem sublimem & summum vocat Cancrum, in quem Sol ingressus propius ad nos accedat versus Septentrionem, & altius Cœlum videatur tenere.


511. *Et nudus Geminis, &c.*] His 2. v. ait Aquarium videre Sagittarium, à quo vicissim videtur audire Geminos, à quibus auditur, v. 492: & amare Cancrum,

à quo pariter amatur, v. 496.


512. *Pisces ad Scorpionem &c.*] His 2. v. docet denique Pisces videre Scorpionem, à quo videntur, v. 503. audire Taurum, à quo audiuntur, v. 488: nullum tamen amare sidus, cum à Geminis amentur, v. 512.

515. *Has Natura vices, &c.*] Hactenus de Signis sese videntibus, aut non videntibus: de sese audientibus, aut non audientibus: deque sese amantibus, aut non amantibus. Quorum singulas vices his tabulis cernere est. In 1. sese videntia: in 2. sese audientia: in 3. sese amantia.


SESE VIDENTIA.



SESE AUDIENTIA



SESE AMANTIA



His orti similes referunt per mutua sensus ;
Cum cupiunt audire alios , aliósq; videre :
Horum odio , nunc horum iidem ducuntur amore :
Illis insidias tendunt , captantur ab illis.

querant B. P.

- 520 Quin adversa *meant* etiámque Trigona Trigonis ,
Altera quæ in bellum diverso limite ducit
Linea. Sic veri per totum consonat ordo :
Namque Aries , Leo & Arcitenens sociata Trigono
Signa negant Chelis fœdus , totíque Trigono ,
525 Quod Gemini excipiunt , fundens & Aquarius undas.

INTERPRETATIO.

Qui nascuntur sub his Signis , habent pares animos ergà se invicem , siquidem optant auscultare alios , & aspicere alios : & modo capiuntur odio aliorum , modo amore aliorum : nectunt fraudem aliis , & amantur ab aliis. Imò etiam Triangula feruntur inimica Triangulis , qua

scilicet alternus ductus trahit in odium per alium ductum. Ità autem ratio veritatis convenit in omnia : etenim Aries , Leo & Sagittarius , qua sunt conjuncta Trigono , denegant amicitiam Libra & toti Triangulo , quod Gemini & Aquarius effundens aquas , unà cum Libra efficiunt.

ANNOTATIONES.

516. *His orti , &c.*] His 4. v. concludit Poëta natos sub his Signis , eorundem vicibus obnoxios esse , atque affectus sequi. Unde alii homines alios audiunt , alii alios intuentur : alii alios amant , aut oderunt , aliisve alii parant insidias.

520. *Quin adversa , &c.*] His 16. v. aliud odii genus inter Signa notat Poëta , nimirum primi Trigoni Signa inimica esse Signis Trigoni , quod alterno ductu describitur , id est , tertii Trigoni. Sic enim in exemplum profert Arietem , Leonem & Sagittarium , quæ primum adornant Trigonum , esse inimica Geminis , Libræ , & Aquario , quæ tertium instruunt Trigonum , p. 161. fig. Hujus autem odii duplicem reddit rationem. I. quia tria illa Signa tribus his sint contraria , namque Aries opponitur Libræ : Leo , Aquario : Sagittarius , Geminis , p. 169. fig. II. Quia quæ Signa specie sunt ferinâ , iis inimica sunt , quæ humanâ condita sunt formâ ; quippe quia illa ab his fuerunt victa in terris antequam in cœlis essent collocata. Sic Aries victus in terris , & aureo vellere spoliatus ab homine , collocatus est inter astra , lib. 1. v. 263. Sic Leo victus ab homine & confossus tenet locum inter astra , lib. 1. v. 266. Sic Sagittarius , quâ parte equus est , victus & domitus ab homine lucet in-

ter astra , lib. 1. v. 270. Verum hæc eadem odii ratio duplex non reperitur inter Signa secundi & quarti Trigoni , licet alternâ pariter lineâ utrumque ducatur. Reperitur quidem oppositionis ratio ; namque Taurus , quod primum est Signum secundi Trigoni , opponitur Scorpionis , quod secundum est Signum quarti Trigoni : Virgo , quod secundum est secundi Trigoni Signum , opponitur Piscibus , quod est tertium quarti Trigoni Signum : & Capricornus , quod est tertium secundi Trigoni Signum , opponitur Cancro , quod est primum quarti Trigoni Signum ; res tota patet ex fig. Opposit. pag. 169. At ratio ferinæ & humanæ formæ non reperitur utrinque opposita , namque in hoc utroque Trigono Signa omnia sub ferinâ formâ condita sunt , præter unam Virginem.

521. *Altera qua.*] Sic restitui ; malè enim omnes *alteraque* , ut patet ex superiori annotatione. Neque enim cuncta Trigona Trigonis adversa sunt , sed quæ alterâ lineâ ducuntur , id est , quæ secundo , seu alterno quoque ductu delineantur. Sic 1. & 3 : 2. & 4. Trigona opponuntur.

523. *Sociata Trigono.*] Ut patet ex fig. Trigon. pag. 151.

524. *Chelis.*] Libræ , lib. 1. v. 609.

Idque duplex ratio cogit verum esse fateri.

Quòd tria Signa tribus Signis contraria fulgent:

Quòdque aeterna manent hominum bella atque ferarum.

Humana est facies Libræ, diversa Leonis.

530 Idcirò cedunt pecudes, quæis viribus amplis
Consilium est majus. Victus Leo fulget in astris:

Aurea Lanigero concessit sidera pellis:

Ipse suæ parti Centaurus tergo cedit.

Usque adeò est hominis virtus! Quò mirer ab illis

535 Nalcentis Libræ superari posse Trigonum.

Quin etiam brevior ratio est per Signa sequenda:

Nam quæcumque nitent humanà condita formâ

Astra, manent illis inimica & victa ferarum.

Sed tamen in proprias secedunt singula mentes;

INTERPRETATIO.

Et dua rationes faciunt ut confiteamur id esse verum. Primum quia tria Signa micant inimica tribus Signis: Secundò quia odia hominum & belluarum sunt perpetua. Forma Libræ est humana, sed Leonis est ferina. Idè fera cedunt iis quibus est major sensus ex magnis viribus. Sic Leo lucet inter sidera, quia superatus fuit: sic bellus aurum dedit Arieti locum inter astra: sic Sa-

gittarius ipse ex parte posteriori cedit sua alteri parti anteriori. Tanta est potentia hominis! Quod facis ut admirarer Trigonum Libræ suborientis posse vinci à Trigono illorum. Præterea facilius via tenenda est in Signis istis observandis: Namque Signa pecudum sunt inimica & victa cedunt illis Signis, quæ formata sub humanâ specie fulgent. At quæque Signa abeunt in proprios sensus,

ANNOTATIONES.

529. *Humana est facies Libræ.* Libripens quippè olim homo figurabatur in astris. Nonnulli autem volunt Astræam fuisse, quæ Libram, quâ jus dabat in terris, dextrâ gerat in Cœlis, lib. 1. v. 267. Alii ex adulatione Libram tradiderunt Augusto in Cœlis, ex eo, quodd Augusti natalis dies inciderit inter finem Virginis, & Libræ initium. In veteribus Calendariis Rustico, & Romano pingitur Libræ sidus, sub Virginis formâ Libram dextrâ gestantis.

Diversa. Sup. ab humanâ, i. e. ferinâ.

530. *Quæis.* Id est, cedunt iis, quibus, &c. ita restituo. Alii quodd, minus clarè.

531. *Victus Leo.* Nimirum ab Hercule, v. 32.

532. *Aurea Lanigero.* &c. Ariens enim aureo velle spoliatus à Phryxo lucet in Cœlis, v. 34. Malè Scaliger, *Lanigero.*

533. *Ipse sua parti.* &c. Sagittarius enim, quâ parte equus est, victus ac domitus fuit ab homine, cuius formam à superiori parte gerit, lib. 1. v. 270.

Malè pariter Scaliger, *sua parti.*

538. *Quin etiam brevior.* &c. His 3. v. hoc idem odii genus inter Signa aliâ breviori ratione noscendum tradit Poëta, dum ait, quæcumque nitent sub formâ humanâ, iis inimica esse, quæ sub ferinâ specie condita sunt.

538. *Victa.* Scaliger, benè, sup. *Signa.* At Vulg. *juncta*, mendosè.

539. *Sed tamen in proprias.* &c. His 31. v. seqq. tandem monet Poëta Signa non solum inter se pugnare ratione Trigonorum, apt humanæ, ferinæque formæ, ut hactenus disputatum est à v. 520: sed etiam privata quæque suis certis privatis Signis esse inimica. Cujus tamen inimicitie causam tacet. Horum autem censum ex ordine instruit, cuius ad intelligentiam nos hanc tabulam pag. seq. excudi curavimus, in quâ singulis duodecim Signis Zodiaci sua privata inimica Signa e regione per classes disponuntur. Sic v. g. Ariens pugnat cum Virgine, Librâ & Aquario; & ita de singulis ex ordine.

quia B.

SESE ODIO HABENTIA

[illegible]

540 Et privata gerunt secretis hostibus arma.

Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis,
Et Librâ, & gemini Piscis quos protulit unda.
In partes Tauri sub Cancro nata feruntur
Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpius acer,

545 Et Pisces. At quos Geminorum sidera formant,
His cum Lanigero bellum est ejusque Trigono.
In Cancro genitos Capricorni semina lædunt,
Et Libræ partus & quos dat Virginis astrum,
Quique sub adversi numerantur sidere Tauri.

550 Lanigeri communis erit ravidique Leonis
Hostis, sed totidem bellum subscribitur astris.
Erigone Taurumque timet, geminumque sub arcu
Centaurum, & Pisces, & te, Capricorne, rigentem.

INTERPRETATIO.

Et inferunt bella propria oculis hostibus.
Nati sub Ariete bella gerunt cum genitis
sub Virgine. Et Librâ. Et cum iis, quos
Aqua duplici Piscis genuit, Corda genita
sub Cancro, Et sub Librâ, Et qua pu-
gnax Scorpius profert, Et quæ generant
Pisces, surgunt adversus partes Tauri.
Sed quos astra Geminorum generant, ii
bella gerunt cum Ariete, Et cum ejusdem

Triangulo. Partus Capricorni, Et nati sub
Librâ, Et ij, qui censentur sub Signo
Tauri infesti Cancro, pugnant cum na-
tis sub Cancro. Hostis Arietis Et furio-
si Leonis erit communis, namque bel-
lum iis indicitur à totidem Signis. Virgo
autem metuit Et Taurum, Et Sagitta-
rium, qui sub duplici formâ gerit ar-um,
Et Pisces, Et te, à Capricorne frigentem.

ANNOTATIONES.

540. *Privata.*] Propriè: suo proprio
nomine: non aliis sociata.

541. *Lanigero genitis, &c.*] Eodem
quippe modo se habent ad se invicem
nati homines sub Signis, quo ipsa se
Signa mutuo habent. Nam quæ ini-
mica censentur Signa, sub his nati ho-
mines inimicitias sibi gerunt.

542. *Et Librâ, Et gemini, &c.*] Ita
restituo ex Gemb. Malè enim Vulg.

*Et Librâ Gemini Pisces, quos protulit
unda.*

Cùm igitur sicut Tauro, Geminis,
Cancro & Cæteris Signis Zodiaci: ita
Arieti suos proprios & secretos esse ho-
stes enumeret; his sanè duobus primis
versibus explicat, quæ Signa sint Arieti
inimica, nempe Virgo, Librâ, & Aqua-
rius. Unda quippe gemini Piscis, id
est Aquarius: is enim perpetuas effun-
dit aquas duobus Piscibus, quas gemi-
ni Piscis undas vocat lib. i. v. 272.

M. MANIL.

543. *In partes Tauri, &c.*] His 2. v.
ait Cancrum, Libram, Sagittarium, &
Pisces adversari Tauro.

544. *Chelis.*] Librâ, v. 524.

545. *At quos Geminorum, &c.*] His
2. v. tradit Geminis adversari Arietem,
Arietisque Trigonum, id est Leonem,
& Sagittarium, qui duo cum Ariete
Trigonum Arietis efficiunt, v. 352.

547. *In Cancro genitos, &c.*] His 3. v.
docet Cancro adversari Capricornum,
Libram, Virginem, & Taurum.

549. *Adversus.*] Inimici, hostis, nem-
pe Cancro.

550. *Lanigeri communis, &c.*] His
2. v. memorat Leoni eadem adversari
Signa, quæ Arieti, nempe Virginem,
Libram & Aquarium.

551. *Sed.*] id est, enim, quia.

552. *Erigone Taurumque, &c.*] His
2. v. dicit Virgini adversari Taurum,
Sagittarium, Pisces, & Capricornum.

A a

2 = 21 B.P.

et B.P.

nig B.P.

scanti: participiū a
scanto, melius igitur
particulari bus:

219 num B.

- Maxima turba petit Libram, Capricornus & illi
 555 Adversus Cancer, Chelis quòd utrumque Quadratum est.
 Quæque in Lanigeri numerantur Signa Trigono,
 Scorpium in totidem fœcundus creditur hostis;
 Equoreum Juvenem, Geminos, Taurum atque Leonem;
 Erigonen, Libramque fugit metuendus & ipse.
 560 Quique Sagittiferi veniunt de sidere partus,
 Hos Geminis nati, Libramque & Virgine & Urnâ
 Depressisse volunt, Naturâ & lege jubente.
 Hæc eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.
 Et quos æternis perfundit Aquarius undis,

Leges et Natura jubentem P.P.

INTERPRETATIO.

Maxima multitudo oppugnat Libram, & præterea Capricornus, & Cancer, qui huic opponitur, quia uterque Tetragonus est Libra. Et qua Signa censentur in Triangulo Arietis, in eadem totidem Scorpium ferox affirmatur inimicus; & ipse timendus metuit Puerum aquosum, Geminos, Taurum, & Leonem, & Virginem, & Libram. Et nati sub Geminis & Librâ, & Virgine, & Amphorâ, cupiunt oppugnasse fœtus, qui nascuntur sub Signo Sagittarii. Deo quippe & lege Naturæ auctore. Eadem hæc Signa dicuntur adversa natis sub se, & Capricorne. Et quos Aquarius sub aquis suis perpetuis profert.

ANNOTATIONES.

554. Maxima turba, &c.] His 2. v. ait Libræ adversari majorem turbam Signorum, quam Virgini, & cæteris quinque suprâ dictis Arieti, Tauro, Geminis, Cancro, & Leoni. Namque Arieti tria; Tauro, quatuor: Geminis, tria: Cancro, quatuor: Leoni, tria; & Virgini quatuor tantum inimica Signa, ut patet ex tabulâ p. 184. At Libræ adversantur Aries, Taurus, Cancer, Leo, Scorpium, Sagittarius, & Capricornus, ut ex eadem tabulâ patet, in quâ cernere est quibus Signis adversetur Libra. Vel per maximam turbam, intelligit turbam ferarum, quarum Signa plura sunt, quam hominum.
 555. Chelis quod utrumque Quadratum est, &c.] Cancer enim & Capricornus formant Quadratum cum Chelis, id est, Librâ, v. 544. & cum Ariete, v. 295.

556. Quæque in Lanigeri, &c.] His 4. v. scribit Scorpioni adversari Trigonom Arietis, id est, Arietem, Leonem & Sagittarium: & præterea Aquarium, Geminos, Taurum, Virginem & Libram fugere, quasi sibi infesta Signa.

557. Fœcundus.] Id est, satis potens.

558. Equoreum juvenem.] Aquarium,

v. 406.

560. Quique Sagittiferi, &c.] His 3. v. docet Sagittario adversari Geminos, Libram, Virginem, & Aquarium.
 562. Naturâ & lege jubente.] Ita restituo, id est, Deo & lege Naturæ volente; quem ad sensum cecinit Poëta v. 475.

Sic Deus, in leges Mundum cum conderet omnem,

Affectus quoque divisit, &c.

Malè autem Vulg. Legem & naturâ jubentem. At Scaliger rectè castigat: Naturâ lege jubente.

563. Hæc eadem, &c.] Hoc v. tradit Capricorno adversari eadem Signa, quæ Sagittario.

564. Et quos æternis, &c.] His 2. v. ait Aquario adversari totum ferarum agmen, nempe Arietem, Taurum, Cancrum, Leonem, Scorpionem, Sagittarium, Capricornum & Pisces. Nisi fortè per ferarum turbam intellexeris tantum Signa, quæ sub ferarum, non verò pecudum formâ condita sunt: quæ sunt Cancer, Leo, Scorpium, & Sagittarius. Cætera enim pecudum sunt aut reptilium, scilicet Aries, Taurus, Capricornus & Pisces.

- 565 Ad pugnam veniens agitat, totumque Trigonum;
 Turba, sub unius Juvenis virtute, ferarum.
Piscibus exortos vicinus Aquarius urget,
 Et Gemini fratres, & quos dat Virginis astrum,
 Quique Sagittiferi veniunt sub fidere nati.
- 570 Nec sola hæc ratio, quæ dat nascentibus arma,
 Inque odium generat partus, & mutua velle:
 Sed plerumque manent inimicâ tertia quæque
 Lege, in transversum vultu defixa maligno;
Quæque manent quocunque loco contraria Signa;
- 575 Adversosque gerunt inter se septima visus;
 Tertia quæque illis utrisque Trigona feruntur.

Piscibus exortus B.P.

veniunt B.P.
ut B.

Quæque quæ B.
utrisque B.P.

ANNOTATIONES.

hæc petit multitudo ferarum descendens ad certamen. & petit pariter totum Triangulum Aquarii sub viribus solius Pueri. Aquarius, qui proximus est Piscibus, vexat natos sub illis, & quos Gemini fratres, & fidus Virginis generant, & eos qui geniti sunt de Signo Sagittarii. At verò non hæc sola ratio est, qua subministrat arma nascentibus, & quæ gignit factus in ini-

micitiam, & in mutuum amicitiam: sed Signa cuncta, qua tertio loco à se distant, contraria sunt ex hostili ratione, quia convertunt visus inimicos in obliquum; inimica sunt etiam Signa, qua opposita sunt quocunque loco, & qua septimâ sede posita ferunt oculos inimicos inter se: & qua tertio loco posita, dicuntur Trigona illis utrisque septimis.

ANNOTATIONES.

565. *Totumque Trigonum.*] Nempè Aquarii, id est, Geminos & Libram, quæ cum Aquario Trigonum reddunt.

566. *Juvenis.*] Aquarii, v. 406.

567. *Piscibus exortos, &c.*] His 3, v. tandem scribit Piscibus adversari Aquarium, Geminos, Virginem, & Sagittarium. De his autem omnibus consule tabulam suprà, pag. 184.

570. *Nec sola hæc ratio, &c.*] His 9, v. monet non solum dari amicitiam aut odium Signis ex eo, quod aut Trigona Trigonis, aut Quadrata Quadratis, aut Humana Ferinis concordent aut adversentur, ut hactenus disputatum est: sed etiam adversari Signa Signis ex eo, quod Hexagona sint & Opposita invicem.

571. *Mutua velle.*] Mutuam amicitiam & concordiam.

572. *Tertia quæque.*] Hexagona, quæ tertio quoque loco à se distant. Sic Aries & Gemini: Taurus & Cancer: Gemini & Leo: Cancer & Virgo &c. Quod vi-

dere est in fig. Hexag. v. 358.

574. *Quæque manent... contraria, &c.*] Id est, Opposita, quæ scilicet septimo loco à se distant. Sic Aries & Libra: Taurus & Scorpius: Gemini & Sagittarius &c. Namque Libra septimum est Signum ab Ariete, & Aries vicissim septimum à Librà, Taurus septimum pariter à Scorpione, & Scorpius vicissim septimus à Tauro, &c. fig. Oppositorum pag. 162.

576. *Tertia quæque loco, &c.*] Oppositorum ordinem explicat, sed obscurioribus sanè verbis. Quæ enim Signa tertia sunt à septimis, ea quoque opposita sunt: v. g. Aries & Libra duo sunt septima & opposita Signa; at Gemini quod tertium est Signum ab Ariete, & Trigonum Libræ, opponitur Sagittario, quod tertium est Signum à Librà, & Trigonum Arieti. Itaque tertia quæque Signa à septimis duobus, Trigona sunt utrisque septimis, & ipsa sibi opposita. Consule figuram Trigonorum pag. 151.

Aa ij

*Nec sit mirandum si fœdus non datur astris ;
Quæ sunt adversis Signis cognata , Trigoni.
Per tot Signorum species contraria surgunt
580 Corpora , torque modis , quoties inimica creantur.
Pérque tot ætates hominum , tot tempora & annos ,
Tot bella , & varios etiam sub pace labores ,
Si Fortuna fidem quærat , vix invenit usquam.
Ah ! quanta est scelerum moles per sæcula cuncta ;
585 Quàmque onus invidiæ non excussabile terris !
Venales ad fata patres , matrúmque sepulchra :
Imposuit Phœbus noctem , terráque reliquit.
Quid loquar everfas urbes , & prodita Tempa ,
Et varias pacis clades , & mixta venena ,*

INTERPRETATIO.

Neque oportet ut sit mirum , si amicitia non tribuitur Signis Trianguli , qua sunt sociata Signis oppositis. Quoties homines generantur inimici , sunt inimici per tot formas adversas Signorum , & per totidem modos. Et si per tot æva , sæcula , annos , si per tot bella , & diversas calamitates acceptas etiam in tempore pacis , Fortuna petat rationem , vix aliquando reperit. Hæc ! quàm magnus est acervus criminum in omnibus sæculis , & quàm difficile est expellere à terris pondus invidia ! Patres & matres venundati sunt ad mortem & sepulturam : & Sol ex horrore scelerum iniecit tenebras , & deseruit terram. Quid memorem civitates dirutas , & ades sacras violatas , & diversas calamitates tempora pacis acceptas , & venena data in potum ,

ANNOTATIONES.

577. *Nec sit mirandum , &c.*] Id est , nec mirum sit , si fœdus non datur iis Signis Trigoni , quæ juncta sunt & sociata cum Signis adversis alterius Trigoni. Sic v. g. Sagittario , quod est Signum Trigoni Arietis , & Geminis , quod est Signum Trigoni adversi Trigono Arietis , ut patet ex dictis v. 520. not. his , inquam , duobus Signis , Sagittario & Geminis , non datur fœdus , quia opponuntur. Sic Leoni & Aquario fœdus quoque non datur , quorum ille ex Trigono est Arietis , hic verò ex Trigono Geminorum , quod opponitur Trigono Arietis. Sic Virgini , Capricorno , & Cancro non datur fœdus , quorum alter Trigonus est Tauro , alter verò ex Trigono opposito Tauri Trigono. Et ita de cæteris ex ordine.

579. *Per tot Signorum , &c.*] His 21. v. concludit eleganti carminum serie casus varios , clades , calamitates , scelera , cædésque , quæ hominibus in vitâ contingunt , ex variis Signorum diffi-

diis contingere , utque sibi Cœlum , sic terram sibi dissidere. Hinc in terris rara fides , rara concordia , paxque rara.
580. *Corpora.*] Sup. humana , id est , homines.

581. *Pérque tot ætates , &c.*] Hos 19. v. ingeniosè Scaliger ex alienâ sede in suam restituit. Benè enim ad rem faciunt. Quanquam non inconcinna videtur lectio Gemb. & Rom. Artificium enim est Manilianum ex contrariis rem institutam illustrare.

583. *Si.*] Ita restituendum fuit. Scaliger Cùm. Gemb. Ur. Rom. & Vulg. Er.

585. *Excussabile.*] Scaliger , benè. Quid enim magis accommodum oneri , quàm excussio ? Malè ergò Vulg. & Rom. *excussabile.*

587. *Imposuit Phœbus noctem , &c.*] Sol retrogressus est in tenebras. Notat Poëta facinus impium Atrei , quod ipse Sol non ferens terris noctem imposuit , quod longo carmine memorat Poëta , lib. 3. v. 17. & seqq.

- 590 Insidiâsque fori , cædes in mœnibus ipsis ,
 Et sub amicitia grassantem nomine turbam ?
 In populo sceus est , & abundant cuncta furore :
 Et fas atque nefas mixtum , legesque per ipsas
 Sævit nequities. Pœnas jam noxia vincit.
- 595 Scilicet , in multis quoniam discordia Signis
 Corpora nascuntur , pax est sublata per Orbem ;
 Et fidei rarum fœdus , pacisque tributum.
 Utque sibi. Cœlum , sic tellus dissidet ipsa ;
 Atque hominum gentes inimicâ sorte feruntur.
- 600 Idcirco nihil ex semet Natura creavit
 Pectore amicitia majus , nec rarius unquam.
 Unus erat Pylades , unus qui mallet Orestes
 Ipse mori : lis una fuit per sæcula mortis ,

Græc. B. P.

INTERPRETATIO.

*fraudes in foro factas , & neces-
 perpetratas intra muros ipsos , & mul-
 titudinem hominum savientem sub ti-
 tulo amicitia ? Est etiam crimen in ple-
 be , & omnia plena sunt rabie : & justi-
 tia & iniustitia permiscetur . & libido
 grassatur inter ipsas leges . Et scelus supe-
 rat jam supplicia . Nimirum , quia homi-
 nes nascuntur inimici sub multis Signis ,
 concordia substracta est per terrarum or-*

*bem , & pactum fidei pacisque datum est
 raro in terris . Et sicut Cœlum discordat
 sibi , ita terra ipsa sibi discordat ; &
 homines pari odio dissident . Ideo Natu-
 ra parens nunquam produxit ex seipsâ
 quicquam prastantius , nec rarius , quam
 cor amicum . Unus fuit Pylades , unus
 fuit Orestes , qui majori ardore ipse cu-
 peret mortem obire : una hæc fuit con-
 tentio de morte in anteaâis temporibus .*

ANNOTATIONES.

591. *Et sub amicitia , &c.*] Sic J. Cæ-
 sar in Curiâ ab amicis occisus fuit. *Sue-
 ron.* in vitâ J. Cæf.

600. *Idcirco nihil , &c.*] His 9. v. con-
 cludit à contrariis nihil majus aut præ-
 stantius esse amicitia , quia nihil rarius.
 Vix enim veræ amicitia datum est per
 sæcula exemplum : nisi Pylades unus , &
 unus Orestes , qui mutuâ inter se amici-
 citiâ conjuncti non dubitârunt alter pro
 altero mortem subire. Scilicet Pylades
 Agamemnonis unâ cum Oreste ex Cly-
 temnestrâ filio fuit educatus , unde à pue-
 ris intercessit inter eos amicitia. Orestes
 verò paternæ necis vindex matrem Cly-
 temnestram interemit. Quo facto fu-
 riis agitatus huc illuc errare cœpit , si-
 dumque periculorum suorum comitem
 ac socium Pyladem habuit. Fortè vela
 faciunt ad Mœotidis paludis oras , qui-
 bus regnabat Thoas , ad quem Iphi-

genia Orestis soror olim quoque con-
 fugerat , & apud quem magna Sacer-
 dos constituta fuerat. Mos autem fuit
 apud illas regiones , ut quotannis ad-
 vena Virginis Sacerdotis gladio ca-
 deret ad aras. Captus uterque fuit Ore-
 stes & Pylades , quorum alter ad aras
 Dianæ mactandus fuit. Dùm sacra pa-
 rat Iphigenia , rescivit horum alterum
 Orestem fratrem suum esse. Itaque ut
 moras neceretur , jubet horum alterum
 in patriam suam nuntium abire. Hinc
 inter utrumque lis amoris enituit. Py-
 lades mori mallens ire jubet Orestem :
 Orestes negat : lisque sine fine fuit. In-
 terea Iphigenia fratris sortem misera-
 ta utrumque morte liberavit , & unâ
 cum iis clam , occiso Thoante rege ,
 aufugit , Dianæque simulacrum de tem-
 plo rapuit. *Cicer.* 2. Off. *Virg.* 4. *Æn.*
 v. 471. *Ovid.* verò fusiis 3. *Pont.* 2.

Aa iij

cederet B. P.

so B. P.

om B. P.

quam B. P.
nec B.

tus B.

- Alter quod raperet fatum, non cederet alter.
 605 Et duo quæ potuere sequi vix noxia pœnis.
 Optavitque reum sponsor non posse reverti:
 Sponsorémque reus timuit, ne solveret ipsum.
 Si tamen & Cognata cupis dignoscere Signa;
 Quæ jungunt animos & amicâ sorte feruntur;
 610 Lanigeri partus cum toto junge Trigono.
 Simplicior tamen est Aries, meliùsque Leone
 Prosequitur genitos, & te, Centaure, creatos.
 Quâ colitur namque est naturâ mitius astrum,
 Expositumque suæ noxæ sine fraudibus ullis:
 615 Nec minùs ingenio molli, quàm corpore constat.
 Illis est feritas Signis, prædæque cupido,
 Venalisque animus nonnunquam excedere cogit
 Commoditate fidem, nec longa est gratia facti.
 At cum Lanigeri partui sub utroque Trigono

INTERPRETATIO.

ut alter lubens mortem acciperet, nec alter alteri cederet. Et hæc duo fata, quæ potuerunt evenire, vix erant digna supplicii: Et qui unus factus erat alterius, cupivit eum, qui accusabatur, non posse redire: & vicissim qui accusatus fuit, metuit eum, qui promiserat vadium, ne liberaret ipsum. Si tamen vis etiam cognoscere Signa amica, quæ conjungunt mentes, & quæ ducuntur concordie ratione; adde fœtus Arietis toti ejus Triangulo. Quamquam Aries mitior est, & melius

fovet genitos & natos sub se quàm, ipse Leo, & quàm tu, ô Sagittari. Etenim fidus est maxime mansuetum ex naturâ, quâ colitur, & obnoxium injuria sua, sine ullis dolis: neque habet animum minùs mitem, quàm corpus molle. Alia verò duo Signa ferina sunt & avida præda, & mens eorum venalis facit ut aliquando fides utilitate propriâ violetur, & ut ratio beneficii præstandi non sit diuturna. Verùm quando feritas utriusque illius Signi Triangularis non parcit

ANNOTATIONES.

604. *Fatum.*] Mortem, lib. 1. v. 1.
 605. *Et duo, &c.*] Sup. fata, id est, mortes duæ, scilicet Pyladis & Orestis.
 608. *Si cognata cupis, &c.*] His 34. v. docet ex Signis pacem & odium colligere inter homines. Eâdem enim sorte feruntur invicem homines, quâ Signa sub quibus nascuntur illi.
 610. *Lanigeri partus, &c.*] His 15. v. primum docet primi Trigoni Signa esse amica, hominûmque animos sub illis genitorum amicitia jungere, non tamen æquali sorte amicitia ferri. Aries enim, quia mitiori naturâ constat, mitius pariter est astrum: Leo verò & Sagittarius, quia illis est feritas, minùs amica sunt sidera, alterque altero magis bella gerit, nempè Sagittarius; li-

cet non ex unâ solum ferinâ, sed ex humanâ & ferinâ naturâ constet.

612. *Centaure.*] Sagittari, v. 241.

614. *Expositumque sua noxa.*] Id est, cui facile noceri potest: quod injuriis obnoxium est: hoc est, simplex, mite; qualis est ovis seu Aries.

616. *Illis.*] Leoni & Sagittario.

619. *Partui.*] Sup. feritas Leonis aut Sagittarii non parcit. Ita restituo. Malè enim Vulg. *partus*. Malè & Scaliger, *At cum Lanigeri partui sub utroque Trigono*

Non partis, sed rara gerit pro tempore bella.

Quid enim bella partis?

Utroque Trigono.] Leone & Sagittario, qui triangularia sunt Signa cum Ariete.

620 Non parcit, sed rara gerit pro tempore bella;
(Quod feritas utriusque magis pro tempore cogit);
Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
Cui commixtus homo est, quàm te, Nemæe, sub uno.
Idcirco pax est Signis & mixta querela.

625 Quinetiam Tauri Capricorno jungitur astrum;
Nec magis illorum coeunt ad fœdera mentes.
Virgineos etiam partus, quicumque creantur
Tauro, complecti cupiunt: sed sæpè queruntur.
Quosque dabunt Chelæ, & quos dat Aquarius ortus;

630 Unum pectus habent, fideique immobile vinculum.

Magnus erit Geminis amor & concordia duplex:

Magnus & in multos veniet successus amicos.

Scorpius & Cancer fraterna in nomina ducunt

Ex semet genitos. ^{illis} (nam sæpè est subdolus actus,)

635 Scorpius aspergit noxas sub nomine amici.

juncta B.

*nec non est piscibus acti: id est B.
concordant = noxas B.*

INTERPRETATIO.

natis sub Ariete, sed aliquando pro tempore bella facit, (quam rem magis facere pro tempore cogit utriusque feritas), plus tamen virium censendum est esse in eo, quod duplici constat naturâ, nempe in eo, cui homo junctus est, quàm in te, ô Leo, qui unâ constas formâ. Idè in Signis istis pax & odium intermiscetur. Similiter fidus Tauri conjungitur cum Capricorno; neque enim mentes eorum alter alteris magis conveniunt ad amicitiam: & qui nati sunt sub Tauro optant am-

plexari natos sub Virgine: plerumque tamen querelas miscunt. Et si parvi, quos Libra creabit, & ii, quos Aquarius creat, habent unum & idem cor, & immutabilem nexum fidei, Gemini habebunt magnum amorem, & Geminam concordiam: & magna prosperitas veniet ab iis in plures amicos. Scorpius & Cancer faciunt ut ex seipsis nati coeant in amicitiam fraternam, Scorpius tamen intermiscet rixas istas istis partibus sub titulo amicitia (namque plerumque dolosa est actio.)

ANNOTATIONES,

622. In duplici.] In Sagittario, qui duplici formâ constat, equinâ & humanâ, v. 241.

623. Nemæe.] Leo, à Nemæâ sylvâ Achæiæ, in quâ Hercules immanem Leonem interfecit, Theocr. *id.* 25. Unde à Syl. lib. 4. is Leo dicitur, *Nemæes frondentis alumnus*. Senec. in fur. *Nemæa timor: & Nemæa pestis*. In cujus rei memoriam Argivi quotannis Nemæa sacra instituebant, isque ager, in quo fuit ille Leo interfectus, Herculi sacer fuit.

625. Quinetiam. &c.] His 4. v. ait secundi Trigoni Signa partibus suis esse amica, non quidem æquali forte, Taurus enim & Capricornus ducunt quidem semper in fœdus amicitia: sed Virgo nonnunquam rixas & querelas

aspergit.

626. Nec magis.] Vulg. & Rom. bene, id est, alter altero non magis est amicus. At Scaliger, *Et magis*: male omnino.

629. Quosque dabunt. &c.] His 4. v. scribit tertii Trigoni quoque Signa esse amica suis natis: plus tamen amicitia ineffe Geminis (quia duo sunt) quàm Libræ, aut Aquario.

Chelæ.] Libra, v. 178.

633. Scorpius & Cancer. &c.] His 7. v. explicat quarti Trigoni Signa non omnia esse amica pari forte. Scorpius enim aliquando rixas intermiscet sub amici nomine: Pisces verò interdum etiam fœdus amicitia rumpunt, nec in eadem animi sententia constare sinunt.

- At quibus in lucem Pisces venientibus adfunt,
 His non una manet semper sententia cordi:
 Commutant animos interdum & fœdera rumpunt,
 Ac repetunt: rectæque lues sub fronte vagantur.
 640 Sic erit ex Signis odium tibi paxque notanda.
 In terris geniti tali sub lege creantur.
 Nec satis est tantum folis insistere Signis.
 Contemplare locum Cœli, sedemque Vagantum.
 Parte genus variant; & vires linea mutat.
 645 Nam sua Quadratis veniunt, sua jura Trigonis,
 Et quæ per senos decurrit virgula ductus,
 Quæque secant medium transverso limite Cælum.
vires huc p.p. Hinc modò dat Mundus vires, modò detrahit idem:
 Quæque illic sumunt iras, hîc acta reponunt;
 650 Distat enim surgantne eadem, subeantne, cadantne.
 Crebrius adversus odium est: cognata quadratis
 Corpora censentur Signis: & amica trigonis.
 Nec ratio obscura est, nam quartum quodque locavit

INTERPRETATIO.

Verum illi homines, quibus nascentibus Pisces favent, non perstant semper in eodem animi sensu: aliquando enim mutant mentes, & dissolvunt amicitias, & iterum reposcunt: & pestes occulta sub eorum vultu feruntur. Ita inimicitia & concordia observanda tibi erit ex Signis. In terris nati generantur sub pari conditione. Nec sufficit morari solum in singulis Signis privatim. Observa partem Cœli, & locum Planetarum. Hi namque mutant rem ex ratione loci: & virgula mutat vires siderum. Namque sua sunt dominia

Quadrangulis Signis, & sua Triangulis, & iis, qua linea describit per sex lineas, & iis qua interfecant medium Cælum ex lineâ diametrali. Inde nunc Cælum tribuit vires, nunc idem eripit illas. Et qua Signa capiunt odium in unâ parte cœli, reddunt illud in aliâ parte quò moventur; differt enim an orientur, an ascendant, an occidant. Sapius inimicitia inest Signis oppositis: affines partus tribuuntur Signis Quadrangularibus & amicis Triangularibus. Neque causa est latens, namque Auctor Natura posuit in circulo

ANNOTATIONES.

641. In terris.] Scaliger, benè. Vulg. In ternis, malè, nec ad sensum eorum, quæ hæcenus disputata sunt.

642. Nec satis est, &c.] His 11. v. monet non unis Signis tantum esse attendendum: sed & varias Cœli partes, variòque per Signa fines ac terminos esse observandos. Aliud quippe jus datur partibus Cœli quadratis, aliud Trigonis, aliud Hexagonis, aliud Oppositis: aliæ pariter Signorum vires sunt, pro variis per ea Planetarum terminis. Quæ singula sigillatim explicaturus est.

643. Vagantum.] Sup. stellarum, id est, Planetarum, lib. 1. v. 15.

648. Mundus.] Cælum, lib. 1. v. 9.

649. Acta.] Mota; Signa enim alias aliis in partibus Cœli sumunt aut deponunt affectiones.

651. Crebrius adversis.] His 2. v. docet Signis Oppositis tribuendos esse hostes; cujus rei nullam reddit causam, nisi quia adversa sunt Signa. Signis autem Quadratis cognatos seu affines, vicinos, & hospites; cujus rei singulas causas jam reddidit. Signis verò Trigonis amicos; cujus rei rationem quoque dabit.

653. Nec ratio obscura, &c.] His 16. v. explicat primum quæ Signa dicantur propriè & impropriè Quadrata; docetque, triplex Quadratorum esse genus, Ejusdem

Ejusdem generis Signum Natura per orbem.

655 Quattuor æquali Cælum discrimine signant,

In quibus articulos anni Deus ipse creavit.

Ver Aries : Cererem Cancer : Bacchumque ministrat

Libra : Caper Brumam genitūque ad frigora piscis.

Nec non & duplici quæ sunt connexa figurâ ,

660 Quartum quemque locum retinent. Duo cernere Pisces

Et geminos Juvenes , duplicemque in Virgine formam ,

locavit

quæq. R.

INTERPRETATIO.

Zodiaci unum quodque Signum quartum ejusdem generis. Quatuor igitur Signa notant Cælum pari intervallo , in quibus ipse Deus fecit quatuor Cardines anni. Aries dat Ver : Cancer Æstatem : Libra Autumnum : & Capricornum at-

que pars ejus piscis genita ad frigus dat Hyemem. Quinetiam Signa , quæ composita sunt ex geminâ formâ , occupant etiam quartam quamque sedem. Fas est videre duos Pisces , videre pariter duos Pueros , & geminam figuram Virginis ,

ANNOTATIONES.

1. est propriè dictum , quod adornant Aries , Cancer , Libra , & Capricornus. 2. & 3. est impropriè dictum , quorum alterum efficiunt Taurus , Leo , Scorpius , & Aquarius : alterum Gemini , Virgo , Sagittarius & Pisces. 1. est Signorum *Tropicorum* , seu mobilium , quia dum ea Sol ingreditur , nova fit temporis mutatio ; (in Ariete enim fit mutatio temporis hiberni in vernum : in Cancro , verni in æstivum : in Librà , æstivi in autumnale : in Capricorno , autumnalis in hibernum). Unde Quadratum hoc dicitur propriè & tempore. 2. est Signorum *Simplicium* , id est , eorum quæ unâ & simplici formâ constant , nempe Tauri , Leonis , Scorpii , & Aquarii ; quod quidem Quadratum non nisi numero & impropriè dicitur. 3. est *Duplicium* , id est , eorum Signorum , quæ duplici aut geminâ formâ constant , nimirum Geminorum , Virginis , Sagittarii , & Piscium. Quod etiam Quadratum nonnisi numero pariter & impropriè dicitur. Deinde docet Poëta 1. Quadratum , quod est *Tropicorum* , tribui *Cognatis* & affinis , seu consanguineis ; quia sicut ea quatuor Signa ejusdem sortis ac generis videntur esse , ita tribui debent natis ejusdem gentis ac familiæ. Unde hoc Quadratum cæteris duobus valentius æstimmatur , v. 685. At 2. Quadratum , quod

est *Simplicium* attribuit *Hospitibus* , quia sicut ea quatuor Signa magis removen-
tur à Tropicis , nec nisi numero *Quadratum* efficiunt , ita remotioribus gradibus tribuenda sunt , v. 682. *Quadratum* verò 3. quod est *Duplicium* , dat *Vicinis* , qui propius accedunt ad gradus affinitatis , sicut Signa *Duplicia* propius & magis proprio numero accedunt ad Signa *Tropica* , v. 680. Vide autem quæ suprà de Tropicis Signis annotatum est v. 156.

654. *Natura*.] Deus , Auctor Naturæ.

656. *Articulos anni*.] Quatuor Cæli Cardines , seu puncta Cardinalia , v. 156.

657. *Cererem*.] Æstatem. Ceres enim quia Dea frugum creditur , pro ipso tempore , quo segetes maturescunt & metuntur , à Poëtis usurpatur.

Bacchumque.] Autumnum. Bacchus enim , quia vini Deus est , pro ipso vindemiæ tempore solet usurpari.

658. *Geminis quo ad frigora piscis*.] Pars enim posterior Capricorni desinit in caudam piscis , quæ in se reflectitur , quasi frigore contracta , lib. 1. v. 272.

661. *Duplicemque in Virgine formam*.] Virginis , nimirum & spicæ , quam dextrâ gerit Virgo , lib. 1. v. 265. Quamquam v. 174. docuit aliâ de causâ duplicem dici formam in Virgine. X

M. MANIL.

Bb

pingitur B.P.
maxuit B.P.

- Et duo Centauri licet uno corpore textos:
Sic & simplicibus Signis stat forma quadrata;
Nam neque Taurus habet comitem: nec jungitur ulli
665 Horrendus Leo: nec metuit sine corpore quemquam
Scorpius: atque uno censetur Aquarius astro.
Sic quæcumque manent quadrato condita templo
Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem;
Ac veluti cognata manent sub fœdere tali.
670 Idcirco Affines signant, gradibusque propinquis
| Accedunt, unâque tenent sub imagine natos.
Quotquot Cardinibus proprio quadrante moventur,
10 Proxima, Vicinis subscribunt. Tertia quæque

INTERPRETATIO.

Et duos mixtos in uno corpore Sagittarii. Atque ita illa Signa Simplicia efficiunt figuram quadrangularem. Etenim neque Taurus habet socium: neque timendus Leo jungitur alteri: neque Scorpius timet aliquem, licet videatur esse sine virilus: & Aquarius habetur constans unico sidere. Ita hac omnia Signa, qua posita sunt in arcu quadrangulati Coelorum, similia sunt aut numero, aut tempore. & videntur quasi affinia sub tali lege: idcirco designant Propinquos. & proxima sunt gradibus affinitatis, & continent natos sub eadem similitudine. Quotcumque Signa feruntur ex proprio Quadrato Vicina articulis anni, favent Vicinis. Qua verò tertia

ANNOTATIONES.

662. Centauri.] Sagittarii, v. 170. & 241.
665. Sine corpore.] Totus enim pes est Scorpius: lævus tamen, acer, & pugnax.
666. Uno censetur Aquarius astro.] Etenim sub unius Pueri aquas effundentis ex urnâ figuratur Aquarius, licet aliquando Puer & Amphora illius pro ipso Aquarii Signo sigillatim usurpentur, v. 232.
667. Templo.] Arcu Coeli, de quo v. 354.
668. Numeris aut tempore.] Vide not. v. 653.
670. Idcirco Affines, &c.] Nimis Signa Tropica, quæ propriè ac ratione temporis Quadrata dicuntur, v. 653. not.
Gradibusque propinquis accedunt.] Nempe Signa Duplicia & Simplicia, quæ non nisi numero & impropiè Quadrata censentur, versu 653. & versu 675.
672. Quotquot Cardinibus, &c.] Hos 6. versus ex alienâ sede in suam restitui. Malè enim positi fuerant post illos septem, quorum primus incipit, *Longior in spatium, &c.* Explicato enim primo Signorum Quadrato, ratio postulat ut ex ordine secundum & tertium prius explicentur, quàm de Trigonis oratio fiat. Itaque his 6. v. docet secundo Quadrato, quod est Signorum Simplicium, tribui Vicinos: Tertio verò, quod est Duplicium, dari Hospites, vide not. v. 653. Scilicet hæc duo Quadrata non verà lege Quadrati censentur, quia non nisi numero Quadrata sunt. Igitur quò magis alterutrum à Cardinibus Coeli recedit, eò minùs est potens. Unde proximo à Cardinibus tribuitur Vicinitatis gradus, alteri verò gradus Hospitalitatis: major enim est gradus Vicinitatis, quàm Hospitalitatis: major autem utroque gradus Sanguinis, qui datus est primo Quadrato. Sic astrorum servabitur ordo.
Quadrante.] Gemb. benè. Vulg. *Varianse*, malè.
673. Tertia quæque.] Sup. à Cardinibus; id est, Duplicia Signa,

- 11 Hospitibus. Sic astrorum servabitur ordo.
 12 675 Quæ quanquam in partes divisi quattuor orbis
 13. Sidera quadrata efficiunt, non lege Quadrati
 14 Censentur: minor est numeri quàm Cardinis usus.
 2 Longior in spatium porrecta est linea majus,

sit B.
longe B.

INTERPRETATIO.

sunt à Cardinibus, ea favens Hospitibus. Itaque observandus est ordo Signorum. Quæ duo postrema Signorum genera licet adornent duo Quadrata circuli, qui dividentur in quatuor partes: tamen non habentur sub jure Quadranguli: scilicet ratio numeri minor est, quàm Cardinis. Est ductus major productus in longius intervallum,

ANNOTATIONES.

674. Sic astrorum.] Vulg. benè. Concludit enim Poëta hunc ordinem per Signa Quadrata esse observandum. Nugatoriè ergò Scaliger, *Sic astrorum. &c.* Ratio autem Cardinis major est ratione numeri, quòd fit ut Tropica Signa valentiora sint *Simplicibus* aut *Duplicibus*. Hic autem curavimus apponi figuram, in quâ Quadrata cum suis clientelis distinguere est. Scilicet in his duabus tabellis classes disposuimus: in quarum alterâ, quæ est ad sinistram, quæque notatur XXVI. Fig. distinximus Signa Tropica, Fixa, & Communia per suas quæque classes: in alterâ verò, quæ est ad dextram, & quæ notatur XXVII. Fig. singulas eorumdem Signorum classes suis juribus asseruimus, nempe Tropica Cognatis: Fixa Vicinis: Communia Hospitibus. Res clarè patet.

QUADRATA CUM SUIS CLIENTELIS.

Tropica	☿	♊	♋	♌	Cognatorum	☿	♊	♋	♌
Fixa	♍	♎	♏	♐	Vicinarum	♍	♎	♏	♐
Comunia	♑	♒	♓	♈	Hospitum	♑	♒	♓	♈
XXVI. Fig.	Pag. 195.				XXVII. Fig.	Pag. 195.			

679. Longior in spatium, &c.] His ti cedunt. Cujus rei rationem modò 8. v. docet Trigonis esse tribuendas amicitias, quæ nec sanguini, nec affinitati reddi versu 683. & jam antea reddidit v. 372.

B b ii

- 3 Quæ tribus emensis Signis , facit astra Trigona.
 4 680 Hæc ad amicitias imitantes jura gradumque
 5 Sanguinis , atque animis hærentia pectora ducunt.
 6 Utque ipsa ex longo coeunt summota recessu :
 7 Sic nos conjungunt majoribus intervallis.
 8 Hæc meliora putant , mentes quæ jungere possunt ;
 9 685 Quàm quæ nonnunquam fœdus sub sanguine fallunt.
 10 Jam nihil in totum servit sibi , mixta feruntur.
 11 Iplis dant fines Astris , capiuntque vicissim ;
 12 Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
 13 Adde suas partes Signis , sua partibus astra :
 14 690 Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem ,
 15 Pacata infestis Signa ut perdiscere possis.
 Perspice nunc tenuem visu rem , pondere magnam ,
 Quæ tantum Graio signari nomine possit ,
 Dodecatemoria in titulo signantia causas.
 695 Nam cum tricenae per partes sidera constent ,
 Rursus his senis numerus deducitur omnis.

INTERPRETATIO.

qui , tribus Signis integris exactis , efficit Signa triangularia. Hæc Signa sunt ad amicitias , quæ similes sunt legibus & gradibus affinitatis , & ad corda , quæ sibi mente junguntur. Et sicut ipsa remota nonnisi ex longo secessu conveniunt : ita jungunt nos ex spatiis remotioribus. Homines existimant hæc Signa meliora , quæ possunt jungere animos , quàm quæ sapientuntur amicitiam sub nomine affinitatis. Jam verò nullum sidus sibi soli est usus in se toto : sed intermixta sunt. Scilicet Signa dant terminos ipsis Planetis , &

vice versa accipiunt ; quæ res jam mihi venient disponenda per certum ordinem. Tribus etiam Signis suas partes , & partibus sua Signa : sic enim causa deducenda est ex cunctis rebus per disciplinam , ut facile queas discernere Signa amica ab inimicis. Attende nunc rem exiguum aspectu , sed magnam rem , quæ nonnisi vocabulo Græco queat significari , nimirum Dodecatemoria , quæ vox signat in se causas suæ appellationis. Etenim cum singula Signa componantur ex triginta partibus , iterum tota hæc summa dividitur in duodecim partes.

ANNOTATIONES.

686. Jam nihil in totum , &c.] Ita restituo , malè enim omnes , Nam nihil , &c. Scilicet Poëta , prætermisissimis , quæ supra de Hexagonis fuerat pollicitus , aliam de Planetarum terminis per Signa , deque Signorum finibus per Planetas orationem aggreditur. Quod ut explicet præmittit quæstionem de Dodecatemoriis Signorum , quæ nos cum ipso sumus interpretaturi. Itaque his 6. v. quasi ex abrupto prædicat singula sidera , id est , Signa & Planetas , non sibi in totum servire , sed singula singulis esse miscenda pro certis partibus ; ut pacata ab infestis , hoc est ami-

ca ab inimicis mutuo discernantur. Quis verò sit partium numerus observandus jamjam demonstratur v. 692.

691. Pacata infestis , &c.] Gemb. bene. Malè Vulg. Partitam infestis &c. sup. artem. Quam lectionem tutatur J. Bitur. dum castigat : Partitam in festis , hoc est , inquit ille in segmenta partium. Durior sanè interpretatio.

692. Perspice nunc , &c.] His 14. v. docet & explicat quis sit ille numerus partium per Signa observandus , quod Dodecatemorion Græci vocant. Dodecatemorion itaque Græca vox est , à vocibus δώδεκα duodecim , & μέρος pars : quæ

annis B. P.
in B. P.

quoq; B

nam B.

signant B.

et partem B.

cos B.

- Ipsa igitur ratio binas in partibus esse
 Dimidiâque docet partes. His finibus esse
 Dodecatemorion constat, bis senâque cuncta
 700 Omnibus in Signis, quæ Mundi conditor ille
 Attribuit totidem numero fulgentibus astris,
 Ut sociata forent alternâ sidera sorte;
 Et similis Mundus sibi, & omnia in omnibus astra,
 Quorum mixturis regeret concordia corpus,
 705 Et tutela foret communi mutua causâ?
 Idcirco quanquam Signis nascuntur iisdem,
 Diversos referunt mores, inimicâque vota:
 Et sæpe in pecudes errat Natura, marêmque
 Fœmina subsequitur: miscentur sidere partus,
 710 Singula adversis variant quot partibus astra,
 Dodecatemoriis proprias mutantia causas.

INTERPRETATIO.

Ita ratio demonstrat esse duas partes cum dimidiâ in singulis duodenis partibus. Manifestum est Dodecatemorion contineri his terminis. & esse duodena quæque in singulis Signis, quæ duodena ille fabricator Universi adscribit totidem numero Signis lucentibus, ut Signa mixta forent per alternam sortem, & ut Cœlum foret par sibi & Signa cuncta essent in cunctis, quorum commixtionibus mutuis

consensus gubernaret Universum. & tamen foret reciprocum ratione communi. Idcirco licet homines nascantur sub iisdem sideribus, sortiuntur tamen mores varios, & studia contraria: Et plerumque Natura v. g. humana degenerat in bestias; & fœmina sequitur marem: & nati sub aliquo Signo variantur totidem modis, quot partibus variis Signa quæque mutantur, quæ Signa recipiunt suas rationes per Dodecatemoria.

ANNOTATIONES.

si duodecima pars. Est igitur Dodecatemorion nihil aliud, quam Signi duodecima pars; cum autem Signum quodque triginta partibus constet, profectò duodecima pars cuiusque Signi constet necesse est ex duabus partibus cum dimidiâ: duodecies enim 2, &c., dant 30. Monet verò hanc duodenarii numeri rationem per singula Signa fuisse à Deo distributam pro duodecim Signorum numero, ut horum mixturis totum Cœlum bene concordaret, regereturque ex mutuâ & communi tutela. Ita enim Signa singula feruntur, ut in uno quodque duodecim contineantur alternâ sorte sociata. Quod jam infra explicabitur v. 712 annot.

703. *Mundus.*] Cœlum, lib. 1. v. 9.

704. *Corpus.*] Universum, vel totum corpus duodecim Signorum.

706. *Idcirco quanquam*, &c. His 6. v. concludit ex dictis supra de Dodecate-

moriis, nihil mirum esse, si nati sub iisdem Signis aded tamen diversos sortiuntur mores, studiaque diversa; tot enim modis variantur vires siderum, quot partibus diversis ipsa sidera mutantur. Singulis quippe Signorum Dodecatemoriis singula Signa dominantur, v. 714. 715. &c.

708. *Et sæpe in pecudes errat Natura.*] Sic verbi gratiâ degenerat sæpe natura hominis in partus ferinos, ac in Naturæ monstra; licet partus fiant sub eodem Signo.

Marêmque Fœmina subsequitur.] Id est, sub eodem Signo non mares omnes, aut omnes fœminæ nascuntur: sed modò mares, modò fœminæ. Quam sexus diversi sortem alternam refert Poëta in mutuam Signorum alternâ sorte mixturam. Unde fortasse vetus illa divisio graduum Signorum in masculinos & fœmineos juxta hanc tabulam.

B b iij

211 B.
 199 B. P.

211 B. P.
 199 B.



T A B U L A
 GRADUUM MASCULINORUM
 ET FOEMINORUM
 IN SIGNIS.

♈	Masc	8.	Fem	1.	Masc	6.	Fem	7.	Masc	8.	0.	0.	0.	0.
♉	Fem	5.	Masc	6.	Fem	6.	Masc	4.	Fem	3.	Masc	6.	c.	c.
♊	Fem	5.	Masc	11.	Fem	6.	Masc	4.	Fem	4.	0.	0.	0.	0.
♋	Masc	2.	Fem	6.	Masc	2.	Fem	2.	Masc	11.	Fem	4.	Masc	3.
♌	Masc	5.	Fem	3.	Masc	7.	Fem	8.	Masc	7.	0.	0.	0.	0.
♍	Fem	8.	Masc	4.	Fem	8.	Masc	10.	0.	0.	0.	0.	0.	0.
♎	Masc	5.	Fem	10.	Masc	5.	Fem	7.	Masc	3.	0.	0.	0.	0.
♏	Masc	4.	Fem	10.	Masc	3.	Fem	8.	Masc	5.	0.	0.	0.	0.
♐	Masc	2.	Fem	3.	Masc	7.	Fem	12.	Masc	6.	0.	0.	0.	0.
♑	Masc	11.	Fem	8.	Masc	11.	0.	0.	0.	0.	0.	0.	0.	c.
♒	Masc	5.	Fem	10.	Masc	6.	Fem	4.	Masc	2.	Fem	3.	0.	c.
♓	Masc	10.	Fem	10.	Masc	3.	Fem	5.	Masc	2.	0.	0.	0.	c.

XXVIII. Fig.

Pag. 108.

Nam quid sit, cuiusve canam, quove ordine constet,

INTERPRETATIO.

Etenim cantabo tibi, quid sit Dodecatemorion, cuiusve sit, & quâ ratione fiat.

ANNOTATIONES.

712. Nam quid sit cuiusve canam, &c.] His 9. v. docet quid sit Dodecatemorion, & quâ ratione constet per Signa singula. Itaque ex dictis manifestum est duodecim Dodecatemoria esse in singulis Signis: primum cuiusque Signi Dodecatemorion attribuitur ipsi Signo: secundum sequenti per ordinem, quo feruntur in Coelis: & ita de reliquis,

donec numerus duodecim Dodecatemoriorum, duodecimque Signorum per singula Signa expleatur. Hic ordo patet in hac tabulâ, in quâ primus ordo in capite à sinistra in dextram est duodecim Dodecatemoriorum: secundus partium Dodecatemoriorum: ceteri vero, duodecim Signorum per suas cuiusque Signi Dodecatemoriorum partes.

DODECATEMORIA IN SIGNIS.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
2 $\frac{1}{2}$	5	7 $\frac{1}{2}$	10	12 $\frac{1}{2}$	15	17 $\frac{1}{2}$	20	22 $\frac{1}{2}$	25	27 $\frac{1}{2}$	30
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈
♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈	♈

Ne vagus ignotis Signorum partibus erres.

Ipsa suo retinent primas in corpore partes

715 Sidera : vicinis subeunt attribuantur :

Cætera pro numero ducunt ex ordine partes ;

Ultima & extremis ratio conceditur astris.

Singula sic retinent binas in sidera quæque

Dimidiâque sui partes : & summa repletur

720 Sortibus exactis triginta fidere in omni.

Nec genus est unum , ratio nec prodita simplex ;

Pluribus inque modis verum Natura locavit ,

Diduxitque vias , voluitque per omnia quæri.

INTERPRETATIO.

ne ignarus decipiaris in partibus Signorum , quas ignorares. Ipsa singula Signa servant sibi in unoquoque suo corpore primas partes : partes autem subsequentes dantur proximis Signis : reliqua sumunt partes alias ex ordine secundum numerum , & postrema foris numeri datur postremis Signis. Ita cuncta Signa conservant sibi

duas sui partes cum dimidiâ supra singula alia : & numerus absolvitur ex platis triginta partibus in unoquoque Signo. Neque autem unica est ratio , nec unicus modus datus inveniendi veri : sed Deus posuit verum in multis modis , & multiplicavit etiam modos illius inveniendi , & voluit ut investigetur per omnes modos.

ANNOTATIONES.

714 Suo . . . in corpore.] In seipsis.

Primas partes.] Primum Dodecatemorion , quod duabus partibus seu gradibus constat cum dimidio.

715. Vicinis.] Sup. Signis ; quo scilicet ordine per sidera feruntur.

Subeunt.] Sup. partes , id est , sequens Dodecatemorion.

721. Nec genus est unum. &c.] His 23. v. aliud Dodecatemorii genus explicat. Duplex enim distinguitur inter sidera ; alterum , quod Dodecatemorion simpliciter , aut Dodecatemorion Signorum dicitur , de quo supra disputatum est : alterum Dodecatemorion Dodecatemorii , vel Dodecatemorion Planetarum vocatur ; de quo jam quæritur. Illud fit per 12. quot scilicet Signa lucent in Cœlo : hoc verò per 5. quot nempe stellæ Erraticæ dicuntur : namque Veteres quinque tantum stellas Erraticas statuunt , Saturnum , Jovem , Martem , Venerem , & Mercurium , præter Solem & Lunam , quorum alter Luminare majus , altera Luminare minus illis dicitur. Quinque verò cæteri Planetæ , stellæ Erraticæ : stella quidem , quia vix luce aut specie , aut magnitudine differunt à cæteris stellis : Erraticæ verò seu Errantes , quia vagæ feruntur per Cœlum , quâ in re differunt à Fixis , lib. I. v. 15. Jam verò ad hujus Dodecatemorii intelligentiam observabis I. Quodlibet Signum ex 30. gradibus seu partibus constare. II. In quolibet Signo esse duodecim Dodecatemoria. III. Quodlibet Signi Dodecatemorion constare ex duodecimâ parte Signi , hoc est ex 2. gradibus , seu ex 5. semigradibus. IV. Quodlibet Dodecatemorion istiusmodi adæquare tamen cujusque Signi 30. partes. Quo fit ut quisque semigradus adimpleat sex gradus Signi : quinquies enim 6. dant 30. Denique observabis quinque illos semigradus respondere numero quinque stellarum Erraticarum. His ita observatis quæritur jam quâ ratione cujusvis stellæ Erraticæ , Solisque ac Lunæ , id est Planetarum Dodecatemorion per Signa possit inveniri. Duplicem viam jam proponit Poëta : alteram v. 724 : alteram v. 730. Interea his 3. v. prioribus præfatur non unâ , sed multiplici viâ reperiri posse verum. Hinc non mirum si sub eodem titulo Dodecatemorii hæc altera ratio veri cõperta sit.

722. Natura. Deus , auctor Naturæ.

Hæc

Hæc quoque comperta est ratio sub nomine eodem :

725 Quæcumque in parte, nascentum tempore, Luna
Constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,
(Sublimi totidem quia Fulgent sidera mundo :)
Inde suas illi Signo, quo Luna refulsit,
Et quæ dehinc fuerint, partes numerare memento :

* * * * *
* * * * *
* * * * *

quocumq in parte B. P.
Assuet B.

Quæq hinc defuerint B. P.

INTERPRETATIO.

Hinc via ista reperta est astinum sub eodem titulo Dodecatemorii : in quocumque gradu Luna fuerit in tempore partibus, duc illum gradum per numerum duodecimum, (quia scilicet tot Signa lucent in summo Cælo :) postea recordare annumerare suas partes tricenæ et Si-

gno, in quo Luna refulsit, & suas Signis aliis, quæ subsequuntur.

* * * * *
* * * * *
* * * * *

ANNOTATIONES.

724. Hæc quoque comperta est. &c.] His itaque 6. v. seqq. primam proponit methodum inveniendi per Signa Dodecatemorii Planetarum. Quæ tamen ratio impar videtur nisi post hunc versum 729. Et quæ dehinc fuerint. &c. tres hi versus, aut similes addantur, qui nonnisi post 733. v. interponuntur.

In quâ defituet eo, justum Luna tenebit

Dodecatemorien Signi. Post cætera duces

Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.

Id autem erroris accidere potuit per incertiam Librarii, qui quia iterum repetuntur in explicandâ secundâ methodo, hos frustra præponi credidit sub finem primæ methodi. His igitur observatis, sic reperiri potest Dodecatemorien cuiusque Planetæ per Signa. Cujus enim Planetæ Dodecatemorien quærere volueris, vide quæ in Signo, quæve in parte Signi constiterit : deinde duc per 12. numerum graduum, quos decurrit Planeta ; postea partire hanc summam productam per 30. ut singulis Signis ex ordine 30. tribuantur, incipiendo ab

M. MANIL.

eo Signo, in quo Planeta lucet : residuus verò numerus ostendet tibi partem Dodecatemorii quæsitæ. Exempli gratiâ, Luna sit in 6. gradu Arietis : multiplica 6. per 12. fiet summa 72. Ex his 72. da primam tricenam sortem ipsi Arieti : secundam Signo sequenti, quod est Taurus : residua sunt 12. quæ ostendunt tibi Lunæ Dodecatemorien incidere in 12. partem Geminorum, id est, in 2. è 5. semigradibus Dodecatemorii Geminorum. Quid clarius ? Ita Firmicus Manilii interpres rem quoque explicat lib. 2. cap. 15.

725. Quæcumque in parte.] Gemb. bene, id est, quocumque in gradu. Vulg. quocumque in parte, mendose.

726. Numeris dispone quaternis.] Multiplica per duodecim.

728. Inde suas.] Nempe triginta gradus.

729. Et quæ dehinc fuerint.] Gemb. bene, id est, Et suas quoque triginta partes numerare memento Signis, quæ sequuntur. Malè autem Vulg. & Rom. quæ hinc defuerint. Defiderantur autem, ut monui, post hunc versum tres illi, qui postponuntur versui 734. aut similes.

C c

pariter ducunt B.P.

ium R.P.

vide = B.P.

= 45 = 15 = 30 B.P.

- 730 Proxima tricenae partes sententia ducit;
Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relictā
In binas sortes adjectā parte locetur
Dimidiā, reliquis tribuatur ut ordine Signis.
In quā destituet te, justum Luna tenebit
735 Dodecatemorion Signi. Post cetera duces

INTERPRETATIO.

Alterā opinio, quā ad hanc accedit, tollit tringenta partes: quando autem hac summa tricesima deerit, tunc numerus superstes ponatur in his duas partes, ad-

ditis duabus dimidiis partibus, ut ex ordine detur ceteris Signis. In quā sorte numerus relinquet te, Luna habebit tum maxime Dodecatemorion Signi. Dein-

ANNOTATIONES.

730. Proxima tricenae. &c.] His 7. vers. seqq. proponit alteram methodum inveniendi Dodecatemorii Planetarum. Quae methodus cum priori convenit, licet non ubique pari modo procedat. Itaque multiplicato per 12, numero graduum, quibus Planeta quilibet luxerit, & datis ex summā productā singulis tricenis fortibus per Signa ex ordine, initio ducto ab eo Signo, in quo lucet Planeta; residua summa ostendit tibi quo in Dodecatemorio Signi fuerit Planeta: sed ut cognoscas quā in parte Dodecatemorii, hoc est, quo in semigradu ē quinque, quibus Dodecatemorion constat, sit ille Planeta, iterum partire residuam illam summam per binas sortes 2. $\frac{1}{2}$ seu per 5. Primam sortem istiusmodi 5, da iterum Signo in quo Planeta lucet: secundam Signo sequenti; tertiam tertio, & ita de ceteris. Residuus numerus infra aut intra 5, ostendet tibi quem semigradum Dodecatemorii Planeta teneat. Idem fit exemplum, quod superiori methodo datum est. Luna sit in 6. grad. Arietis: multiplica 6. per 12. fit summa 72. Tolle tricenae sortes ē 72; & da primam ipsi Arieti, secundam sequenti, residua sunt 12. quae ostendunt quidem Lunae Dodecatemorion incidere in Geminorum partem 12. Sed ut cognoscas quo in semigradu ē quinque sit, divide hanc residuam summam 12. per binas sortes cum dimidiā, id est, per quinque & da primam sortem iterum ipsi Arieti, secundam Tauro, residua sunt 2. quae ostendunt tibi Lunae Dodecatemorion

incidere in 2. semigradum Dodecatemorii Geminorum. Bene, ut vides, res per utramque methodum sibi consentit.

732. In binas sortes.] In his duas partes, cum suā parte dimidiā: id est, in 5. partes, seu in quinque semigradus.

734. In quā.] Gem. bene, suppl. parte. Mendose Vulg.

In quā destituent, te justum Luna videbis.

Dodecatemorii Signis post cetera ducunt,

Ordine quaque suo, sic constant astra locata.

Malē pariter J. Bitur.

In qua destituet te vis: tum Luna videbis

Dodecatemorii Signis, post cetera ducet. Quis enim sensus in hisce omnibus?

735. Post cetera duces. &c.] Id est, similiter reperies ceteros Planetas. Poëta quippē in exemplum proposuit Lunam. Porro non est necesse inter Planetarum Dodecatemoria perquirenda, ut eorundem naturalis ordo ac situs in Coelo servetur, nisi majoris ordinis causā. Hic autem inter eos est ordo: Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Hic verò non abs re erit tradere Dignitates Planetarum per Dodecatemoria Signorum, de quibus ne verbum quidem Manilius, sed quae faciunt ad ea, quae jam ab ipso tractantur. Joannes de Saxoniā in verba Alchabitii differ. 4. docet quemque Planetam ex ordine dominari cuilibet suo Dodecatemorio Signorum, ita ut

Ordine quæque suo, sicut stant astra locata.

Hæc quoque te ratio ne fallat, perspice paucis.
Major in effectu, minor est, quod partibus ipsis
Dodecatemorii quid sit, quod dicitur esse

740 Dodecatemorion. Namque id per quinque notatur
Partes; nam totidem præfulgent sidera Cælo,
Quæ vaga dicuntur: ducunt & singula partes
Dimidias, virêsq; in eis & jura capessunt.

In quocumque igitur stellæ quandoque locatæ

745 Dodecatemorio fuerint, spectare docebit.

INTERPRETATIO.

de sumis reliquis singulas stellas Erraticas pro suo ordine quo posita sunt in Cælis. Verum ne ratio hæc Dodecatemorii decipiat te, adverte paucis verbis. Nempe, licet hæc ratio Dodecatemorii videatur minor, major tamen est in virtute, eo quod in ipsis partibus Dodecatemorii sit aliquid, quod censetur esse Dodecatemo-

rion. Etenim hoc Dodecatemorion signatur per quinque partes, quia tot stellæ fulgent in Cælo, quæ vocantur Erraticæ: & singula sibi sumunt dimidias partes & quinque, & capiunt virtutem ac potentiam suam in illis dimidiis partibus. Ergo conveniens erit observare in quonam Dodecatemorio interdum stella Erratica fuerint posita.

ANNOTATIONES.

cujusque Signi primo Dodecatemorio domineatur Planeta ille, qui sit Dominus illius Signi: secundo, Planeta succedens, descendendo secundum ordinem. V. g. Mars, quia Dominus est Arietis, Dominus est quoque primi Dodecatemorii Arietis: Sol succedens, Dominus est secundi: Venus, tertii: Mercurius, quarti: Luna, quinti: Saturnus, sexti: Jupiter, septimi: Mars iterum octavi: Sol, noni, & ita deinceps ex ordine. Ad cuius rei intelligentiam observandum est Planetas eorum esse Dominos Signorum, quæ Domus cujusque Planetæ dicuntur. Aries autem & Scorpion Domus sunt Martis: Taurus & Libra, Veneris: Gemini & Virgo, Mercurii: Cancer, Lunæ: Leo, Solis: Sagittarius & Pisces, Jovis: Capricornus & Aquarius, Saturni.

737. Hæc quoque te ratio. &c.] His 7. v. posterioribus monet hanc alteram Dodecatemorii rationem, licet minor videatur, esse tamen effectu majorem, quam rationem Dodecatemorii Signorum; quippe quæ per quinque partes notetur, pro quinque stellis Erraticis, quæ suam vim ac virtutem singulæ capiunt in illis quinque partibus. Scili-

cet Dodecatemorion est Dodecatemorii, ut supra dictum est.

742. Quæ vaga.] Qui Planetæ: quæ stellæ Erraticæ. v. 721. not.

743. Dimidias partes.] Semigradus: quinque enim, ut monui, sunt semigradus in quolibet Dodecatemorio simpliciter dicto.

744. In quocumque igitur. &c.] His 4. v. concludit Poëta conveniens fuisse observasse quo in Dodecatemorio fuerint Planetæ, quia dabunt suos effectus in eo, inque ejus viribus Dodecatemorii, in quo terminabuntur. Quod autem pollicitus erat v. 686. & seqq. id jam solvit hisce 4. versibus. Frustrâ autem credidêre Interpretes tractari hic à Manilio terminos Planetarum, prout ab Alchabitio, Ptolemæo, & Firmico tractantur. Hæc enim illi de terminis Planetarum habent; monent quippè omnes nullos esse Soli & Lunæ constitutos fines per sidera: sed utrumque volunt includi suâ quâque medietate Zodiaci, vice terminorum: Solem nempe claudi à principio Leonis, & in fine Capricorni definere: Lunam verò ab initio Aquarii incipere, & in fine Cancrî definere. Cæterarum autem quin-

Cc ij

sic constant R. P.

— quino R. P.
licet R. 248 bit.

que stellarum Erraticarum vix certos fines statuunt. Tres enim de his diversæ feruntur opiniones. 1. Judæorum. 2. Ægyptiorum, 3. Chaldaeorum, ut benè notavit Joannes de Saxon, in Alchabit. Ptolemæus autem tres instruxit

tabulas diversas horum terminorum; 1. Ægyptiacorum, 2. Chaldaicorum. 3. Auctoris ignori. Nos eas tres hic apponi curavimus, ex quibus tota hæc res satis innotescat ac facillimè intelligi possit.

TABULA TERMINORUM ÆGYPTIACORUM IN SIGNIS.

♈	♎	6	♀	6	♂	8	♂	5	h	5
♉	♀	8	♂	6	♎	8	h	5	♂	3
♊	♂	6	♎	6	♀	5	♂	7	h	6
♋	♂	7	♀	6	♂	6	♎	7	h	4
♌	♎	6	♀	5	h	7	♂	6	♂	6
♍	♂	7	♀	10	♎	4	♂	7	h	2
♎	h	6	♂	8	♎	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	♂	8	♎	5	h	6
♐	♎	12	♀	5	♂	4	h	5	♂	4
♑	♂	7	♎	7	♀	8	h	4	♂	4
♒	♂	7	♀	6	♎	8	♂	5	h	5
♓	♂	12	♎	4	♂	3	♂	9	h	2
Signa	Planetae	Gradus	Planetae	Gradus	Planetae	Gradus	Planetae	Gradus	Planetae	Gradus

XXX Fig.

Pag. 204

TABULA TERMINORUM

AUCTORIS IGNOTI IN SIGNIS.

♈	♎	6.	♀	8.	♏	5.	♍	5.	h	4.
♉	♏	8.	♏	7.	♎	7.	h	2.	♍	6.
♊	♏	7.	♎	6.	♀	7.	♍	6.	h	4.
♋	♍	6.	♎	7.	♏	7.	♀	7.	h	3.
♌	h	8.	♏	7.	♍	5.	♀	6.	♎	6.
♍	♏	7.	♀	6.	♎	5.	h	6.	♍	6.
♎	h	6.	♀	5.	♏	5.	♎	8.	♍	6.
♏	♍	6.	♀	7.	♎	8.	♏	6.	h	3.
♐	♎	8.	♏	6.	♏	5.	h	6.	♍	3.
♑	♀	6.	♏	6.	♎	7.	h	6.	♍	5.
♒	h	6.	♏	6.	♏	8.	♎	5.	♍	5.
♓	♏	8.	♎	6.	♏	6.	♍	5.	h	5.
Signa.	Planetae.	Gradus.	Planetae.	Gradus.	Planetae.	Gradus.	Planetae.	Gradus.	Planetae.	Gradus.

XXXII. Fig.

Pag. 206.

Cajus enim stellæ fines in sidere quoque
Inciderint, dabit effectus in viribus ejus.

mentibus B. P.

Undique miscenda est ratio, per quam omnia constant.

Verùm hæc posterius proprio cuncta ordine reddam.

750 Nunc satis est docuisse suos ignota per usus,

Ut cum perceptis steterit fiducia membris,

Sic totum corpus facili ratione notetur.

Et bene de summâ veniet post singula carmen.

at B.

Ut rudibus pueris monstratur littera primum

755 Per faciem noménque suum; tum ponitur usus:

Tum conjuncta suis formatur syllaba nodis:

Hinc verbis structura venit per verba legendi:

Tunc rerum vires atque artis traditur usus,

Pérque pedes proprios nascentia carmina surgunt;

760 Singulâque in summâ prodest didicisse priora.

Quæ nisi constiterint propriis fundata elementis,

compo = B.

INTERPRETATIO.

Namque is Planeta, cujus termini ceciderint in quocumque Signo, dabit effectus suos in viribus illius Dodecatemorii, in quo erit. Scilicet miscenda est ratio ex omnibus partibus, ut ex eâ cuncta certa sint. Ego tamen non referam hæc res omnes ex ordine suo, nisi infra. Nunc enim sufficit monstrâsse res incognitas in usu suo, ut quando fides data fuerit certa partibus cognitâ, ita totum corpus observetur hâud difficilis modo. Et sanè risè carmina dabuntur de toto corpore, postquam da-

ta sunt de singulis partibus illius. Sicut enim primò littera docentur pueros tyrones per suas figuras ac per suas appellationes: deinde usus litterarum traditur: postea syllaba fit connexa ex suis nexibus: inde constructio fit legendi verbo ad verbum: postea docentur virtutes vocum, & usus artis, & versus fiunt exurgentes per suas mensuras: & juvat summam præcognovisse singulas res, quæ præcedunt. Etenim nisi hæc res bene fuerint stabilita cunctis suis fundamentis.

ANNOTATIONES.

747. In viribus ejus.] Gemb. bene, supl. Dodecatemorii. Vulg. in mentibus ejus. Malè.

748. Undique miscenda est ratio, &c.] His 6. v. docet ita Planetas Signis, Signâque Planetis esse intermiscenda, ut ex eorum mixturis ratio veri eruatur. Quam tamen veri eruendi rationem alibi se daturum pollicetur, nunc eo contentus, quòd ignota per suos usus docuerit, quæ prius gradatim statuenda fuerant, quàm de summâ carmen veniret.

754. Ut rudibus pueris, &c.] His 17. v. præclaram instituit comparisonem, quâ confirmet à minimis ad majora, esse procedendum, primâque rerum principia esse prius stabilienda, quàm de earum summâ agatur. Sicut enim prius monstrantur pueris litteræ per suas

figuras ac nomina; deinde litterarum usus venit per suas syllabas: postea syllabarum structura formatur per suas dictiones ac voces: denique mensura vocum ac ratio pedum traditur, prius, inquam, quàm versus doceantur, ne rerum præposterus ordo evanescat: ita sibi canenti totum Cœlum, Fatigue conscia sidera prius singula rerum gradibus suis fuerunt tradenda, fidèlesque per partes ducenda, quàm de rerum summâ præcepta Poëta traderet, ne rem properè ac præmatuè docere videretur.

758. Artu.] Poëtice aut Grammaticæ.

761. Elementu. Principiis, rudimentis, præceptis. Notas enim litterarum Elementa vocamus ex similitudine; quòd ex litteris primum syllabæ, deinde ex syllabis dictiones formentur.

Verſis , quæ properè dederint præcepta magiſtri ;
Effluat in vanum rerum præpoſterus ordo.
Sic mihi per totum volitanti carmine Mundum

765 Erutâque obſtruſâ penitus caligine Fata ,
Pieridum numeris etiam modulata canenti ,
Quâque Deus regnat revocanti numen ab arce ,
Per partes ducenda fides , & ſingula rerum
Sunt gradibus tradenda ſuis , ut , cùm omnia certâ
770 Notiâ ſteterint , proprios revocentur ad uſus.

Ac velut in nudis cùm ſurgunt mœnibus urbes ,
Conditor & vacuos muris circumdare colles
Deſtinat , antè manu quàm tentet ſcindere foſſas ,
Vertit opus ; ruit ecce nemus ; ſaltûſque vetuſti
775 Procumbunt , Solémque novum nova ſidera cernunt ;

INTERPRETATIO.

necesse est ut ordo perversus rerum evaneſcat perversis ſcilicet præceptis , quæ præceptores tradiderint præmaſturæ. Ita mihi , qui carmine meo percurro totum Cœlum , & ipſa Fata , quæ deducuntur ex tenebris omnino obſcuris , & qui cano etiam res , quæ menſurantur menſuris Pieridum , & qui deduco divinitatem ex ſummo loco , quo Deus ipſe regnat , mihi , inquam , docendum eſt per partes , & res ſingula tradenda ſunt per

ſuos ordines & gradus , ut cuncta res deducantur in ſuos uſus , quando fuerint cognita per certas cognitiones. Et ſicut , quando urbes incipiunt fieri ab ipſis primis muris , & quando fundator illarum ſtatuit circumcingere mœnibus montes , qui non cingebantur muris , priuſquam aggrediatur præſcindere foſſas , evertit totum opus , en ſylva cadit ; & antiqua nemora corrumpunt ; & nova ſtella videns novum Solem ;

ANNOTATIONES.

762. Verſis.] Sup. præceptis , quæ , &c. Figura eſt Poëtis non inuſitata. Sic enim v. 746. Cujus enim ſtella fines : id eſt , Stella enim , cujus fines , &c.
765. Fata.] Fatales rerum eventus , quos Dii ſideribus alligârunt , lib. x. v. 1.
766. Pieridum.] Muſarum , quæ Pierides dictæ ſunt vel à Piero monte in Theſſaliâ Muſis ſacro : vel à Pieriâ regione Theſſaliæ : vel à Pieri Macedoniæ prædivitis filiabus , quæ muſas ad certamen cantûs auſæ provocare , victæ ſunt ab iis , & in picas mutatæ. Ovid.
771. Ac velut in nudis. &c.] His 6. v. aliam inſtituit comparationem , quâ confirmat à primis rerum principiis ac fundamentis eſſe incipiendum. Sicut enim in urbibus condendis , priuſ eligitur locus , materies comparatur , lapidis effoditur , & alia ejuſmodi quæruntur , quàm urbs nova ſtructa ſurgat : ita in Horoſcopis partuum ſtruendis , priuſ habenda eſt ſingularum cœli partium ac ſiderum notiâ , quàm ratio

de his tradatur.

774. Verſis opus , &c.] Locus urbi deſignatus aratro vertitur. Is enim antiquus Romanorum mos fuit in novis urbibus condendis , ut quâ murus ire deberet , id ſpatii priuſ aratro deſignaretur , Tacit. lib. 12. & Iſid. 15. Etym. c. 2. Urbs vocata ab orbe , quod antiquitus civitates in orbem fiebant : vel ab urbe parte aratri , quâ muri deſignabantur locus enim futura civitatis ſulco deſignabatur , id eſt aratro. Cato , qui urbem , inquit , novam condet , tauro & vaccâ aret ; & cum araverit , moram faciet ; ubi portam vult eſſe , aratrum ſubtollet . & poſtea , & portam vocet , &c. Sic Virg. ſ. æn. v. 755. & Manil. lib. 4. v. 554.

775. Solémque novum , &c.] Quem enim præ nimia arborum celſitudine Solem priuſ orientem videre non poterant ſidera , eadem eum jam citius terris aſcendentem cernere poſſunt præciſis arboribus , qui idè novus Sol illis ſideribus dicitur , Poëtica locutio.

Pellitur

numine marte R. P.

montibus R. P.

- Pellitur omne loco volucrum genus atque ferarum,
 Antiquasque domos, & nota cubilia relinquunt:
 Ast alii silicem in muros, & marmora Templis
 Rimantur; ferrique rigor per tempora nota
 780 Quæritur; hinc artes; hinc omnis convenit usus;
 Tunc demum confurgit opus, cum cuncta supersunt,
 Ne medios rumpat cursus præpostera cura.
 Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli,
 Materies primum, rerum ratione remotâ,
 785 Tradenda est, ratio ne sit post irrita, néve
 Argumenta novis stupeant nascentia rebus.
 Ergo age noscendis animum compone sagacem
 Cardinibus, qui per Mundum sunt quatuor omnes
 Dispositi semper, mutantque volantia Signa.
 790 Unus ab exortu Cæli nascentis in Orbem,
 Qui primum terras æquali limite cernit.
 Alter ab adversâ respondens ætheris orâ,

ili li B. P.

tractanti B. P.

qua B. P.

INTERPRETATIO.

gens omnis avium & belluarum ejicitur ex illo loco; & feræ volucresque deserunt vetera sua domicilia. & sedes assuetas: alii autem homines effodiunt lapidem ad moenia ædificanda, & marmora ad ades sacras; & durities ferri quaritur per certum temporis spatium: inde artes veniunt: inde omnis usus subit: & tandem opus astollitur, quando res omnes comparata sunt. Ne scilicet labor perversus interrumpat cursus medios operis: ita oportet ut ego, qui cesso aggredi-

di tam ingens opus, primò tradam materiem, semotà rerum causâ, ne postea causa sit vana, vel ne homines obstupescant rationes oriri de rebus inusitatis. Agendum confer mentem solertem ad Cardines Cæli cognoscendos, qui quatuor omnes sunt perpetuò locati per Cælum, & variant sidera, ut quæque per eos feruntur. Unus est ab ortu Cæli surgentis super terram, qui primò conspicit terras ex sinibus paribus. Secundus respondet illi ex parte Cæli, quæ est opposita,

ANNOTATIONES.

779. Ferrique rigor, &c.] Id est ferarum aquâ temperatur per notum temporis spatium in varia instrumentorum genera fabricanda, sine quibus varix non surgerent artes.

783. Moli.] Operi, quod est siderum rationem tradere.

787. Ergo age &c.] Ab hoc vers. ad usque finem hujus libri Poëta agit tam de duodecim Signorum stationibus, quas vulgò Signorum domus vocant, ac castra, quàm de septem Planetarum tutelis per certas istas stationes. Quas autem stationes vocant, ex sunt certæ Cæli partes per Zodiacum, qui in duodecim partes æquales dividitur, initio

ducto ab Ortus. Inter has partes præcipuum locum habent quatuor Cæli Cardines, Ortus, Occasus, Medium Cæli, & Imum Cæli, quos potissimum observant Astrologi in Horoscopo du-cendo. His enim quatuor veluti compaginibus totum nititur Cælum v. 802. Unde dicuntur Cardines, Cardinalia puncta, Articuli, &c. Hos igitur primùm explicat Poëta, notatque his 22. v. prioribus, qui sint illi Cardines.

790. Unus ab exortu, &c.] His 2. v. notat Cæli Cardinem, qui Ortus dicitur.

792. Alter ab adversâ, &c.] His 2. v. notat Cæli Cardinem, qui Occasus vocatur.

M. MANIL.

Dd

Unde fugit Mundus , præcepſque in Tartara tendit.
Tertiùs excelsi ſignat faſtigia Cœli ,

795 Quo deſeſſus equis Phœbus ſubſiſtit anhelis ,
Declinatque diem , mediâſque examinat umbras.
Ima tenet quartus fundato nobilis Orbe ,
In quo principium eſt reſcitùs , ſiniſque cadendi
Sideribus ; paritèrque Occaſus cernit & Ortus.

800 Hæc loca præcipuas vires , ſummôſque per artem
Fatorum effectus referunt , quòd totus in illis
Nititur æthereis veluti compagibus Orbis ,
Quæ niſi perpetuis alternâ ſorte volantem
Cuſſibus excipiant , neſtântque in vincula bina

805 Per latera , atque imum Templi , ſummûmque cacumen ,
Diſſociatâ fluat reſoluto machina Mundo.
Sed diverſa tamen viſ eſt in Cardine quoque ,
Et pro ſorte loci variant , atque ordine diſtante.

INTERPRETATIO.

quâ parte Cœlum recedit , & cadens ruit in inferna loca. Tertiùs notat verticem ſummi Cœli , in quo Sol quaſi deſatigatus moratur præ equis anhelis , & deſeſſit diem , & ponderat quaſi examine medias tenebras ab utrâque parte. Quartus , inſignis eſt ex immoto globo terrarum , occupat inſimum Cœli locum , & in eo initium eſt ſtellis redeundi ſurſum , & ruendi deorſum ; & aſpicit ex aquo Occidentem & Orientem. Hæc quatuor ſedes reddunt peculiâres vires , & maxima effectus

Fortuna per diſciplinam , eò quòd totum Univerſum fulcitur in illis , tanquam in articulis æthereis. Quæ loca niſi recipiant alternatim molem Cœlorum , dum volvitur continuiſ motibus , & niſi connectant illam in duobus lateribus per duos nexus , & in inſimâ Cœli parte , & in ſupremo vertice , neceſſe foret ut miles Univerſi diſſolveretur , diſſoluto ipſo Cœlo. Varia tamen virtus eſt in uno quæque Cardine , & diverſi ſunt pro diverſâ ratione loci , & diſſimiles ſunt ordine.

ANNOTATIONES.

793. In Tartara.] In inferiorem Cœli partem , Tartarus enim ſing. maſc. plur. neutr. locus eſt inferorum profundiffimus , quo fontes plethi creduntur , quique pro imis terrarum partibus uſurpatur , ſub quas Sol ac ſidera cadunt , dum ſuperioribus terris occidunt.

794. Tertiùs , &c.] His 3. v. notat Cœli Cardinem , quod eſt Medium Cœli ; quòd ſcilicet provectus Sol quaſi medias hinc inde ab Ortu & Occaſu cernit & examinat umbras ac tenebras , quibus pars terrarum inferior obducitur.

795. Phœbus.] Sol , lib. 1. v. 19.

796. Umbras.] Gemb. benè. Vulg. & Rom. undas , minùs eleganter. Sic

Poëta v. 919. & 920.

797. Ima tenet. &c.] His 3. v. notat Cœli Cardinem , qui dicitur Imum Cœli.

805. Per latera.] Nimirum in Ortu & Occaſu , quæ duo ſunt Univerſi latera , habitâ ratione ſtantis terrarum Orbis.

Templi.] Cœli , v. 210. 453. 667. &c.

806. Machina.] Sup. Univerſi , id eſt , Univerſuna.

Mundo.] Cœlo , lib. 1. v. 7. 9.

807. Sed diverſa , &c.] His 2. v. monet quatuor Cœli Cardines pares non eſſe viribus , ac dignitate : ſed alios aliis præſtare. Præſtat enim Medium Cœli tribus aliis : Imum Cœli proximum eſt dignitate : Ortus tertium occupat locum : Occaſus denique poſtremus eſt.

- Primus erit summi qui regnat in culmine Cæli ,
 810 Et medium tenui partitur limite Mundum ,
 Quem capit excelsâ sublimem gloria sede.
 Scilicet hæc tutela decet fastigia summa ,
 Quidquid ut emineat sibi vendicet , & decus omne
 Adferat , & varios tribuendo regnet honores.
 815 Hinc favor & species , atque omnis gloria vulgi :
 Reddere jura foro : componere legibus Orbem :
 Fœderibusque suis externas jungere Gentes :
 Et pro sorte suâ cujusque extollere nomen.
 Proximus , est imâ quanquam statione locatus ,
 820 Sustinet æternis nixum radicibus Orbem :
 Effectu minor in specie , sed major in usu :
 Fundamenta tenet rerum , censûsque gubernat :
 Quàm rata sint fossis scrutatur vota metallis ,
 Atque ex occulto quantum contingere possis.

Ius omnis B.P.

æternis B.P.

= tantum B.P.

INTERPRETATIO.

Primus enim Cardo erit ille , qui tenet summa fastigia Cæli , & qui dividit medium Cælum exigua lineâ , & quem ætatum in sublimi loco honor excipit. Nimirum hoc dominium convenit sublimi vertici , ut attribuat sibi id omne , quod præcellit , & ut assumat sibi gloriam omnem , & ut occupet primam sedem largiendo diversos honores. Ex hoc loco gratia , dignitas , atque omnis honor plebis oritur : is locus dat reddere jus in Senatu ; regere terram legibus , & adjungere populos externos suis fœderibus , & efferre laudes cujusque pro sua conditione. Secundus Cardo , quamvis positus sit in infimo loco , & sustentat globum Universi , qui sempiternis fundamentis fulciuntur , minor quidem est effectû quoad speciem , quàm primus , sed major quoad usum. Namque habet in suâ tutelâ fundamina divitiarum , & regis opes : & perscrutatur quàm certa sint desideria in effossis metallis , & quantum queas comparare ex divitiis absconditis in terræ visceribus.

ANNOTATIONES.

809. Primus erit , &c.] His 10. v. docet Medium Cæli primum esse Cardinem dignitate & effectû. Sic Firm. lib. 2. c. 22. Hic locus principalis est & omnium Cardinum potestate sublimior. Vis autem hujus Cardinis ea est , ut sibi vendicet summos magistratus & honores , gratiam apud populum , ac gentium externarum fidem & amicitiam. Est autem hic locus decimus inter duodecim stationes , ut videre est fig. pag. 214. & in fine libri hujus.

814. Adferat.] Gemb. benè. Vulg. adferat , mendosè.

815. Species] Eminentia , dignitas , quæ omnium oculis in se convertit.

819. Proximus est , &c.] His 6. v. docet Imum Cæli secundum esse dignitate & effectû Cardinem. Scilicet , ut ait Firmic. lib. 2. c. 22. Hic locus ostendit nobis patrimonium , substantiam , fundamenta , mobilia & quidquid ad latentes vel r. positas patrimonii pertinet facultates. Sic v. 822. Est autem hic locus quarta statione , ut videre est Fig. pag. 214.

820. Æternis.] Vulg. & Rom. benè. Imum enim Cæli veluti radix est æterna , quâ totum Universum nixum stat. Gemb. alternis.

822. Fundamenta.] Immobilia , Gallicè , les biens immenses.

Census.] Opes , redditus rerum , lib. 1. v. 12.

- 825 Tertiū æquali pollens in parte nitentem
 Qui tenet exortum , quā primū sidera surgunt :
 Unde dies ređit , & tempus describit in horas ;
 Hinc inter Graias Horoscopus editur urbes ,
 Nec capit externum , proprio quia nomine gaudet.
 830 Hic tenet arbitrium vitæ ; atque hic regula morum est ;
 Fortunāque dabit rebus , ducetque per artes ;
 Qualiāque excipiant nascentes tempora prima ;
 Quos capiant cultus ; quali sint sede creati ,
 Utcumque admixtis subscribant viribus astra.
 835 Ultimus , emenso qui condit sidera Mundo ,
 Occasūque tenens submersum respicit Orbem ,
 Pertinet ad rerum summas , finemque laborum ;
 Conjungitque epulas , extremāque tempora vitæ ,
 Otiāque & cœtus hominum , cultūque Deorum.

INTERPRETATIO.

Tertius Cardo ille est , qui dans vim suam in pari parte occupat ortum Cœli fulgentem , quā parte astra primò astollantur : ex quā parte dies reuertitur , & distribuit tempus in suas horas : unde fit ut dicatur Horoscopus apud civitates Graecas ; neque sumat alienum nomen , quia gloriatur suo nomine. Is Cardo habet ius vita , & is est norma morum : & dabis sortem rebus , & feret ad colendas disciplinas : & dabit qualia tempora prima

atque nati sortiantur , quā studia sequantur , & ex quali loco sint nati , nimirum prout Planeta annuens ex viribus suis adiunctis. Postremus Cardo , qui occultas stellas , ubi peragravit Cælum , & qui occupans Occidentem videt partem globi terrarum depressam aquis , inquam , Cardo attinet ad extrema rerum , & ad terminum laborum : & una tenet convivia & ultima tempora vita & desidiam , & societates hominum , & cultum Deorum.

ANNOTATIONES.

825. Tertiū æquali , &c.] His 10. v. docet Ortum Cœli tertium esse Cardinem dignitate & effectu ; cujus hæc vis est , ut prima genituræ fundamenta , ut vitæ hominum , ut mores , ut varia studiorum genera , ut artes , ut cultus , rerumque sortem sibi asserat , Firmic. lib. 2. c. 22.

Æquali pollens ,] Sic castigandum ex Vulg. & Rom. in quibus legitur : æquali tollens. Id est , qui æquipollet aliis Cardinibus dignitate & effectu. Gemb. aquè illi pollens ; id est , æquipollens , secundo scilicet Cardini ; non malè.

828. Horoscopus.] Græca vox ἀπὸ τῶν ὁρῶν τὰ ἀστὲρ , id est , ab horis inspicendis. Scilicet ab hoc Cardine , qui Ortus est , horæ describuntur per genituras , & genituræ temporis initium du-

citur. Estque prima statio , quam Signa decurrunt , & à quā dies cum Sole redeunt.

829. Externum.] Latinum. Proprio.] Græco.

834. Astra.] Non solum Signa , sed & Planetæ , à quibus suas vires accipiunt ipsi Cardines , v. 858.

835. Ultimus &c.] His 5. v. ait Occasum esse quartum & postremum Cœli Cardinem dignitate & effectu ; ex quo , inquit Firm. lib. 2. c. 22. cognoscimus quantitatem & quantitatem nuptiarum , &c. scilicet hic locus , qui septimus est inter duodecim stationes , nuptiarum est , mulierum , finis laborum , & extremæ vitæ , cultūque Deorum.

838. Epulas.] Nuptias , quæ nonnisi cum epulis olim celebrabantur.

atq; illi B. tollens P.
 una dies reddet B. P.

Ultimus B. P.

835 = B. P.

= vada B.

- 840 Nec contentus eris percepto Cardine quoque ;
 Intercepta etiam memori sunt mente notanda ,
 Per majus dimensa , suas reddentia vires.
 Quidquid ab exortu summum curvatur in Orbem ,
 Etatis primæ , nascentisque asserit annos.
 845 Quod summo premitur devexum culmine Mundi ,
 Donec ad Occalus veniat , puerilibus annis
 Succedit , teneramque regit sub sede juventam.
 Quæ pars Occalus , interque imumque sub Orbem
 Descendit , regit hæc maturæ tempora vitæ ,
 850 Et propriâ serie , varioque exercita cursu.
 At quæ perficitur cursu redeunte sub imo ,
 Tarda supinatum lassatis viribus arcum
 Ascendens , seros demùm complectitur annos ,
 Labentisque dies vitæ , tremulamque senectam.
 855 Omne quidem Signum sub qualicumque figurâ

INTERPRETATIO.

Neque satis erit tibi observasse quem-
 que Cardinem Cœli ; intermedia enim
 spatia sunt quoque observanda memori
 animo , quæ spatia sunt magis extensa
 quàm Cardines , & quæ suas habent
 vires. Illud autem omne spatium , quod
 ab Ortus flectitur in supremum arcum ,
 assumit sibi annos ætatis nascentis & pri-
 mæ. Illud verò , quod desuper fertur à
 supremo cacumine Cœli , quoadusque de-
 scendat ad Occasum , tribuitur infantili-
 bus annis , & sub loco suo tenet teneram

juventutem. Quæ autem pars Cœli dimi-
 titur inter Occasum & sub infimum globum
 terrarum , ea gubernat tempora ætatis vi-
 rilis , & quæ jam acquisiverunt usum pro-
 prio progressu , & diversâ exercitatione : sed
 ea pars intermedia , quæ absolvitur per
 progressum reverentem sub infimo Cœlo , &
 quæ lenta assurgit ad curvaturam desuper
 inversam , quæ viribus fatigata , ea pars
 habet seniles annos , & dies vitæ decrepi-
 tos , & senectutem labescentem. Omne au-
 tem Signum , sub qualicumque forma sit

ANNOTATIONES.

840. Nec contentus eris.] His 3. v. mo-
 net non unos tantum Cardines esse ob-
 servandos , sed & quatuor intermedia
 spatia , quæ quidem magis extendun-
 tur quàm ipsi Cardines , quæque suas
 hominum ætates sibi vendicant. Quæ
 spatia vulgò dicuntur Quadrantes.

843. Quidquid ab exortu , &c.] His
 2. v. docet primum Cœli Quadrantem ,
 quod est illud intermedium spatium ,
 quod ab Ortus ad Medium Cœli perti-
 net , sibi in tutelam asserere Pueritiam.

845. Quod summo , &c.] His 3. v.
 notat secundum Quadrantem , quod est
 illud spatium , quod inter Medium Cœ-
 li & Occasum intercipitur , vendicare
 sibi Juventutem.

848. Quæ pars , &c.] His 3. v. ait
 tertium Cœli Quadrantem , quod est

illud spatium interceptum inter Occa-
 sum & Imum Cœli , regere Virilem æta-
 tem , quæ nonnisi longo jam vitæ cur-
 su & exercitatione acquiritur.

851. At quæ perficitur , &c.] His 4. v.
 ait quartum Cœli Quadrantem , quod
 illud est spatium interceptum inter
 Imum Cœli & Ortum , habere in suâ
 tutelâ Senectutem.

852. Tarda supinatum.] Vulg. benè
 & eleganter. Gemb. tardâque spiratum ,
 id est , in spiras actum ; minus rectè.

855. Omne quidem , &c.] His 8. v.
 præmonet non solum ex integris illis
 quatuor Intermediis spatiis inter Cardi-
 nes singula Signa suas ducere vires ,
 cum per eas Stationes in orbem præ-
 tereunt : sed ex ipsis duodenis parti-
 bus , quas Stationes vocant.

D d iij

Partibus inficitur Mundi ; locus imperat astris ,
Et dotes noxamque facit. Vertuntur in orbem
Singula , & accipiunt vires , Cœloque remittunt.

Vincit enim natura genus , legesque ministrat
860 Finibus in propriis , & prætereuntia cogit
Esse sui moris , vario nunc dives honore ,
Nunc sterilis , pœnamque ferentia sidera sedis.

Quæ super exortum est à summo tertia Cœlo , —

INTERPRETATIO.

afficitur à locis Cœli ; fors enim Cœli
dominatur Signis , & reddit illis bonas
aut malas affectiones. Signa enim qua-
que voluntur in orbem per 12. statio-
nes Cœli , & recipiunt vires à Cœlo ,
redduntque vicissim. Scilicet Natura lo-
ci superat diversam naturam Signo-

rum , & proscribit illis leges in suis si-
nibus , & facit ut Signa prætereuntia
sint sua natura ; qua modo locuples est
diverso titulo , modo inops , & facit ut
sidera habeant duram sortem stationis ,
quam tenent. Quæ igitur pars interme-
dia tertia est à medio Cœlo super Ortum.


ANNOTATIONES.

859. Vincit enim natura genus.] Id est ,
locus imperat astris ; natura loci superat
naturam siderum. Sic Firm. lib. 6. præf.

862. Sedis.] Vulg. & Rom. optimè ,
id est , loci , stationis. Gemb. *seclis* ;
error sanè librarii scribentis *cl* pro *d* :
pestimè autem castigat Scaliger *saclis* ,
quis enim est sensus ?

863. Quæ super exortum , &c.] His
7. v. agit de duodecimâ & sextâ statio-
ne , quæ utraque infœlix est regio. Un-
de Græcis illa dicitur *κακοδαιμων* , id est ,
malus demon : hæc *κακὴ τύχη* , id est ,
mala Fortuna , Firm. lib. 2. c. 22. Utra-
que autem fertur *Porta lateris* , quia in
utrâque scandendum est & cadendum.

Stant enim immotæ stationes ; sed per
eas decurrunt Signa & Planetæ , ex quo
fit ut vulgò Signorum ac Planetarum
domus aut tutelæ dicantur. Quanquam
non omnes illæ stationes feruntur Pla-
netarum tutelæ , sed certæ tantum ,
ut jam postea longius annotabitur. Sci-
licet 1. statio , Mercurii tutela cense-
tur : 3. Lunæ : 4. Saturni : 6. Martis ,
(quamvis id siluerat Manilius) : 9. So-
lis : 10. Veneris : 11. Jovis. Res patet
in hac figurâ , in quâ 1. circulus est 12.
Stationum : 2. est Planetarum sub suis
Stationibus : 3. est Quadrantum qua-
tuor : & in cuius medio sunt 4. Car-
dines ex ordine suæ dignitatis numerati.



- Infœlix regio, rebûsque inimica futuris,
 865 Et vitio fœcunda nimis. Nec sola, sed illi
 Par erit, adverso quæ fulget sidere sedes
 Juncta sub Occasu. Ne præstet Cardine Mundi,
 Utraque præteritâ fertur dejecta ruinâ:
 Porta laboris erit, scandendum est atque cadendum. —
 870 Nec melior super Occasum, contrâque sub Ortu
 Sors agitur Mundi. Præceps hæc, illa supernè
 Pendens aut metuit vicino Cardine finem,
 Aut fraudata cadet. Meritò Typhonis habentur
 Horrendæ sedes, quem Tellus sæva profudit,
 875 Cùm bellum Cælo peperit, nec matre minores
 Exiierunt partus: sed fulmine rursus in altum
 Compulsi, montesque super rediêre cadentes;

INTERPRETATIO.

ea infortunata est statio, & adversa rebus venturis, & nimium abundans malo. Nec sola est infœlix: sed ea quoque regio similis est illi, qua lucet ex opposito Cælo, & qua adhæret ad Occasum. Ne autem utraque hæc regio melior sit Cardine suo, dicitur disjecta, propter damnum quod accepit antea: utraque pariter erit porta laboris, quia in utrâque est ascendendum, & descendendum. Neque sedes ea, quæ est supra Occasum, & ea, qua è regione jacet infra Ortum,

melior fertur pars Cæli: hac enim cadens est, illa verò desuper appensa, & utraque vel meritò habet terminum in proximo Cardine, vel privata sine præceps ruet. Rectè ambæ dicuntur horribiles stationes Typhoei gigantis, quem crudelis terra procreavit, quando intulit bellum Cælo, & ejusmodi filii geniti sunt non minores parente suâ: sed perculsi tamen fulminis ictu depressi sunt iterum in Tartara, & montes reversi sunt super illos terræ filios dum caderent;

ANNOTATIONES.

866. *Adverso qua fulget, &c.*] Sexta statio est, quæ duodecimâ opponitur. Consule figuram pag. præcedenti.

867. *Ne præstet, &c.*] Id est, ne alterutra suo Cardine præstet aut melior sit, in eo suum terminum ac finem meruit; unde utraque *Dejecta* fertur propter damnum à suo Cardine acceptum. Duodecima quippè finitur in Ortu: sexta verò in Occasu; quo fit ut utraque deterioris sit conditionis ac sortis, quàm uterque ille Cardo.

868. *Utraque.*] Ita omnes, præter Scaligerum, qui legit *ut qua*, minùs benè; loquitur enim Poëta non de alterutrâ, sed de utrâque illâ statione, in quâ pariter cadendum est & ascendendum; unde utraque dicitur *Porta laboris*.

870. *Nec melior, &c.*] His 10. v. explicat situm ac dotes secundæ & octavæ stationis, quæ pariter sibi opponun-

tur; altera enim, quæ secunda est, sub Ortu sequitur: altera, quæ octava, desuper Occasum pendet. Unde hanc utramque cum sextâ & duodecimâ comparat Poëta, quia par utrobique sors: est enim in utrâque cadendum & scandendum. Porro secunda statio Græcis dicitur *ἀνὰ πύργον*, id est, *sursum elatio*: octava verò *ἐν καταπύργῳ*, id est, *præceps locus*. Et utraque fertur Typhonis *Horrenda sedes*, quasi *pænis ac mortis locus*. Firmico tamen secunda dicitur *spes*, quia locus est substantiæ ac divitiarum: octava verò *Mors*, quia laborem, tristitiam, mortuorum hereditates, ac vitæ finem præfigit. Fig. in fine lib. pag. 123.

873. *Typhonis.*] vel Typho i gigantis, qui à Jove perculsus est fulmine & in Tartara compulsus, cùm bellum Cælo pararet, ut annotatum est v. 15. & lib. 1. v. 411. & dicitur iterum lib. 5. v. 354.

Porta B. P.
 su B. P.

fundata B.

Exiierunt B. P.

nec præstet:

Typho: secunda Egeos
 Mali Principiu ad Plu-
 beret de Jov. et Cælo

- Cessit & in tumultum belli, vitæque Typhoeus :
 Ipsa tremis mater flagranti monte sub Ætnâ.
 880 At quæ fulgenti sequitur fastigia Cælo
 Proxima, (nève ipsi cedat qui fungitur alto),
 Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum,
 Altiùs insurgit summæ comes addita fini :
Imperiisque manent cursus, nec vota supersunt.
 885 Quocircâ minimè est mirum si proxima summo,
 Atque eadem interior venerandâ sorte dicatur :
Cui titulus fœlix, censum si proxima Graiæ

INTERPRETATIO.

& ipse Typhon adactus est in sepulchrum belli, & vita; cuius motu terra parens ipsa adhuc horrens tremis sub Ætnâ monte ardenti. Sed ea statio qua subsequitur verticem vicinam Cælo lucens, (ne scilicet etiam cedat ipsi Cardini, qui tenet summum Cælum), est melior in spe, quam prædictæ stationes; & vendicat sibi victoriam, & superat primas illas, & extollitur magis in altum, quàm illæ, quia proximè comitatur supremum Cardinem: & in eâ motus sunt ad regna nec desideria restans insuper alia. Quapropter non est mirandum, si consecratur angusto titulo, cum sit vicina supremo Cælo, & eadem sæpè sit intermixta illi supremo Cælo; cui stationi nomen est fortunatum, si nostra lingua Latina proximè

ANNOTATIONES.

878. Typhoeus.] Græcè Τυφώεω, unde non Typhoeus, sed Typhoeus latinè scribendum est.

879. Mater.] Terra parens gigantum. Flagrans.] supl. Ætnâ, benè. Vulg. flagrantis, supl. Typhonis: Scalig. flagrantem, supl. Typhonem.

Sub Ætnâ.] Qui mons est in Sicilia, sub quo jacere fingitur Typhoeus. Virg. 9. æn. v. 717.

Inarime Jovis imperiis impæcta Typhoeo.

880. At qua fulgenti, &c.] His 10. v. explicat situm & dotes undecimæ stationis, quæ proxima sequitur Medium Cælum, unde nec ipsi cedit viribus ac dotibus; quasi comes addatur Medio Cælo, quod cæteris stationibus præstat, v. 810. & Firmic. lib. 2. c. 22. Quo fit ut undecima hæc statio spe melior cæteris aliis stationibus credatur, saltem duodecimâ & sextâ, octavâ & secundâ, quæ quatuor adjunguntur duobus Cardinibus hinc inde, Ortui, & Occasui, qui quidem Cardines duo spe minores sunt Medio & Imo Cæli. Igitur hæc undecima statio Græcis dicitur ἀγαθὸς δαίμων, Latinis bonus dæmon: verbisque nominibus dicta est olim

ἀγαθὸς νόμος, id est, bona Fortuna. Scilicet, ut ait Firm. citat. Hic locus est domus spei, fortuna, fiducia. & perditum regis adiutorium, & ejus qui proximè ad regem accedit. Estque tutela Jovis v. 263. 889.

881. Alio.] Id est, Medio Cælo. cui proxima est hæc undecima statio. Vulg. & Scaliger astro, malè.

882. Priorum.] Secundæ, sextæ, octavæ, & duodecimæ stationis, de quibus jam suprà disputatum est.

883. Fini.] Cardini, articulo Cæli, &c.

884. Imperiisque.] Gemb. benè; hæc enim statio regum est, ut monui v. 880. At Vulg. & Rom. Imperiisque, minus benè. Quam tamen lectionem ita tuetur Jun. Bitur, quasi, inquit, sit, ut ex hoc loco quocumque excurreris in pejus excurras. Quod falsum est; namque decima statio, quæ huic proxima est, hæc pejor non est, imò melior.

886. Interior.] Id est, quæ sæpè invenitur partibiliter in Medio Cælo. aut contrâ, ut ait Firm. lib. 2. c. 22.

887. Censum.] Vim, dotes, &c. lib. 1. 15.

Nostra

Atq; æc = B.P.

astro B.

In perisus B.P.

Quod B.

Nostra subit linguæ, vetèrique à nomine nomen.

Juppiter hic habitat. Fortunæ crede regenti.

890 Huic in perversum similis dejecta sub Orbe,

Imaque submersi contingens culmina Mundi,

Adversâ quæ parte niter, defessa peractâ

Militiâ, rursûsque novo devota labori,

Cardinis & subitura jugam, fortémque potentem;

895 Nondùm sentit onus Mundi, jam sperat honorem.

Dæmonien memorant Graii: Romana per ora

Quæritur inverso titulus. Sub corde sagaci

Conde locum, numénque Dei, noménque potentis.

Quæ tibi posterius magnos revocantur ad usus,

900 His momenta manent nostræ plerumque salutis,

Bellâque morborum tetrâ pugnancia telis.

Viribus ambiguum geminis, causâque dici,

INTERPRETATIO.

sumat vim lingua Græca, & appellatio-
nem ab antiquâ appellatione. Jovis Plane-
ta manet in hac statione. Conside ergo
huic sorti dominanti. Huic autem statio-
ni par est ea, qua depressa sub globo ter-
rarum in transversum tangit infimos verti-
ces Cæli demersi. & lucet ex oppositâ Cæli
parte, & quæ quasi defatigata videtur ex
confecto suo officio, & quæ quasi destinata
videtur novo cursui iterum peragendo, &
quæ est quasi latura onus imi Cardinis,
& vicem sortem illius, & quæ non ge-

mit adhuc sub pondere Universi, sed quæ
quasi expectat gloriam. Græci vocant il-
lam Dæmonien: apud linguam Latinam
queritur nomen, quod conveniat huic
Græco traducto. Tu tamen statue in tuo
soleri animo hanc esse sedem tutelam, &
titulum Dei potentis. In stationibus, qua
postea tibi reducuntur ad magnos usus,
sæpè sunt tempora nostra sanitatis, & si-
mul pugna morborum, qui certant cum
savis sagittis. Qua duplex fors oritur ex
duplicibus viribus, & ex ratione dici,

ANNOTATIONES.

888. Nostra.] Supl. lingua Latina.
Vetèrique.] Bonincontrius, benè.
Huic enim undecimæ stationi nomen
vetus fuit ἀγαστήν ὄρη, id est, bona For-
tuna. Firm. lib. 2. c. 22. Malè ergo
Scal. vertitque.

889. Juppiter hic habitat.] Est enim
hic locus Planetæ Jovis, v. 863. not.
890. Huic in perversum, &c.] His
9. v. notat situm quintæ stationis, quæ
undecimæ est opposita, quàmque Græ-
ci vocant ἀγαστήν, id est, Genium.

891. Culmina.] Ita castigandum. Li-
cet enim Culmen propriè dicatur de re-
rum vertice: Imum tamen Cæli cul-
men dici potest, habitâ ratione Cæli
inversi. Scalig. fulmina, quasi, inquit,
fulcimenta. Sed ejusmodi interpretatio-
nis alterum mihi desideratur exemplum.

893. Militiâ.] Munere, cursu, &c.
lib. 1. v. 102, 106, 108 &c.

M. MANIL.

898. Dei.] Nempe boni Genii, qui
Deus creditur potentissimus.

899. Quæ tibi posterius, &c.] His 18. v.
notat situm & explicat dotes tertiz &
nonæ stationis. Utraque autem Mani-
lio sedes est sanitatis & morbi: Firmi-
co tamen tertia dicitur de fratribus, so-
roribus, & amicitiiis: non verò de
fide, religione, cultu Deorum, &c.
Hæc vulgò Deus vocatur: illa, Dea.
Tertia statio tutela est Lunæ, v. 912.
nona, Solis, v. 906.

902. Viribus ambiguum, &c.] His 2. v.
monet hanc duplicem sortem sanitatis
& morbi duci ex geminis viribus dici,
quem Sol & Luna partiuntur, alter in
lucem, altera in tenebras. Quasi non
minùs ex Sole, quàm ex Lunâ vitia
corporum ducantur, cùm tamen ad
Lunam cuncta corpora vulgò potiùs
dicantur fingi & moveri, v. 94.

E c.

virtutis B. P.
loc B.

seq. nitet parte et B. P.

opus B. P.

totumq. B. P.

Hinc B. P.

astra B.

adit B. P.

Occurrunt B. P.

mortisq B. P.

oriz B.

Nunc huc ; nunc illuc sortem mutantis utramque.
 Sed medium post castra diem , curvatâque primûm
 905 Culmina nutantis summo de vertice Mundi ,
 Æthere Phœbus amat : sub quo quoque corpora nostra
 Decernunt vitia , & fortunam ex viribus ejus
 Concipiunt. Deus ille locus sub nomine Graio
 Dicitur. Huic adversa nitens , quæ prima refurgit
 910 Sedibus ex imis , iterûmque reducit Olympum ,
 Pars Mundi , fulvûmque nitet , noctemque gubernat ,
 Et dominam agnoscit Phœben , fraterna videntem
 Regna per adversas Cœli fulgentia partes ,
 Fatâque damnosis imitantem finibus orbis.

INTERPRETATIO.

qui variat utramque rationem modo in hanc partem modo in illam. Verum Sol amat illas stationes , quæ sunt post medium Cælum , & quæ sunt illi vertices declives Cœli , quod primûm labitur ex alto culmine per aëra : sub quo Sole nostra corpora definiunt quoque sibi suas firmisates , & ducunt sibi suam sortem ex virtute illius. Ista statio vocatur Gra-

câ voce Deus. At ea pars Cœli , quæ huic opposita lucet , & quæ prima astollitur ex infimis locis , & rursus adducit Cælum , & quæ quasi flavescent jam lucet , regitque noctem , & agnoscit Lunam dominam , quæ inde aspicit sedem fratris sui Solis splendens ac fulgentis in partibus Cœli oppositis , & qua sequitur sortem illius globi per terminos descientes.

ANNOTATIONES.

903. *Utramque sortem.*] Supl. sanitatis & morbi , pro diversâ divisione dici in lucem & in tenebras.

904. *Sed medium post castra diem . &c.*] Ita restituendum ; malè enim Vulg. post astra. Igitur his s. v. sigillatim disputat de nonâ statione , quæ Solis tutela est. Hujus autem stationis ita situm notat Poëta , ut prima post medium diem , id est , post medium Cælum retrovertatur. Namque per *Castra* intelligit stationem , vers. 681. Similiter per *culmina Cœli primûm curvata* , notat nonam illam stationem primam esse , quæ ponè *Medium Cœli* curvatur , & vergat ac nitit de summo vertice.

906. *Æthere.*] Per inania , per supremas auras.

Phœbus.] Sol , lib. 1. v. 19.

Sub quo.] Phœbo.

Deus ille locus , &c.] Phœbus enim , seu Sol græcè , dicitur Θεός , id est , Deus , quasi omnia intuens , à verbo Græco θεᾶδου , cernere.

909. *Huic adversa , &c.*] His 8. v sigillatim explicat situm & dotes tertiz stationis , quæ proximè præcedit Imum

Cœli , & quæ prima videtur ex imo ascendere sursum , & quasi secum reducere submersum Cœlum. Vocatur autem *Dea* ; Lunæque tutela est , regitque momenta nostræ salutis ac morborum , v. 900.

910. *Olympum.*] Cælum , v. 377.

911. *Fulvûmque nitet.*] Id est , quasi jam subobscurâ luce splendet , quippè quæ jam jam ex imis tenebris ad supremas auras prima videatur assurgere. Poëtica phrasis.

912. *Phœben.*] Lunam , Phœbi sororem , cujus in tutelâ tertia hæc statio est. *Fraterna.*] Solis.

914. *Fatâque damnosis , &c.*] Luna quippè fraternos Solis vultus imitatur , v. 95.

Tu quoque fraternis reddis sic oribus ora ,

Atque iterûm ex iisdem repetis , quantumque reliquit ,

Aut dedit ille , refers : & sidus sidere constat.

Orbis.] Id est , globi , disci ; Vulg. & Rom. benè. Scaliger , *Oris* . minus benè.

- 915 Huic parti Dea nomen erit Romana per ora :
Græcia voce suâ titulum designat eundem. —
Arce sed in Cœli , quâ summa acclivis finem
Inveniunt , quâ principium declivis sumit ,
Culminâque insurgunt Occasus inter & Ortus ,
920 Suspenduntque suo libratum examine Mundum ,
Afferit hanc Cytherea sibi per sidera sedem ,
Et veluti faciem Mundi sua collocat ora ,
Per quæ humana regit. Propria huic est addita parti
Vis , ut connubia & thalamos , tædâsque gubernet.
925 Hæc tutela decet Venerem sua tela movere.
Nomen erit Fortuna loco ; quod percipe mente ,
Ut brevia in longo compendia carmine præstem.
At quâ subdidit converso Cardine Mundus —

sumunt B.

ex ordine B.P.

stat B.

INTERPRETATIO.

Huic loco nomen dabitur Dea apud linguam Latinam : Græcia verò lingua suâ dat ei nomen idem. At in culmine Cœli in quo partes ascendentes Cœli reperiunt terminum. & in quo declivitates ejusdem capiunt initium. & in quo vertices Cœli attolluntur medii inter Occidentem & Orientem , & quasi appendunt Cælum appensum suo aequilibrio. Venus, inquam, vendicat sibi hanc stationem inter astra , & disponit in eâ vultum suum (per quem

gubernat vultus humanos ,) ad formam Universi. Ea virtus data est huic loco . ut regat conjugia , & toros , & faces nuptiales. Hoc quidem dominum convenit Veneri , ut in eo traheret suas sagittas. Nomen Fortuna dabitur huic loco : quod quidem velim in animo tuo concipias , ut in longâ serie ac prolixo fluctu versum præbere possim tibi breves vias. Verum quâ in parte Cælum inverso Cardine occupat fundamina ,

ANNOTATIONES.

916 Titulum eundem.] *Θεία*, id est , Deam.

917. *Arce sed in Cœli , &c.*] His 11. v. docet Medium Cœli sedem esse ac tutelam Veneris Planetæ. Hactenus igitur de duodecim stationibus Cœli per sidera : nunc de Planetarum tutelis per easdem stationes agit. Quamquam jam ex occasione docuit passim suprâ quas stationes sibi in tutelam assumerent Mars , Jupiter , Sol , & Luna , v. 863. annot. & 889 906. & 912. Superest igitur ut eas stationes notet , quæ tutelæ sint Veneris , Saturni , & Mercurii. His autem v. 11. monet Medium Cœli , quæ decima statio est , esse tutelam Veneris. Unde locus hic est de nuptiis.

920. *Suspenduntque suo , &c.*] Sic v. 796.

Declinâsque diem , mediâsque examines umbras , &c.

921. *Cytherea.*] Venus , quæ Cytherea , & Cythereis dicitur , vel à Cytheris insulâ , vel à Cythereâ urbe in Cytheris. Est autem Cythera , orum , plur. insula Paphos contra Cretam , in quam ferunt olim primùm advectam Venerem conchâ marinâ. *Cythera* verò , æ. sing. urbs est Cypri , in quâ Venus olim colebatur potissimum.

924. *Tædâsque.*] Supl. nuptiales. id est , nuptias. Illud enim moris fuit apud antiquos , ut in nuptiis faces ac tædæ præferrentur , dum per noctem sponsæ ducerentur à sponsis.

926. *Fortuna.*] Id nomen præcipuè datur huic loco.

* 928. *At quâ subdidit , &c.*] His 10 v. docet Imum Cœli , quæ quarta est statio , in tutelâ Saturni esse. Sicut enim olim à Cœlo pulsus est Saturnus , & in imas terras dejectus : ita decuit hunc locum infimus & depressus.

Ee ij

- Fundamenta tenens , adversum & suspicit Orbem ;
 930 Ac mediâ sub nocte jacet , Saturnus in illâ
 Parte suas agitât vires , dejectus & ipse.
 Imperio quondam Mundi , solioque Deorum
 Et pater in patrios exercet Numina casus ,
 Fortunamque senum. Prima est tutela duorum ,
 935 Nascentum atque patrum , quæ Cœli condita pars est.
 Asperum erat tempus , titulum cui Græcia fecit
 Dæmonium , signatque suas pro nomine vires.
 Nunc age , surgentem primo de Cardine Mundum
 Respice quâ solito nascentia Signa recurſu
 940 Incipiunt : udus gelidis & Phœbus ab undis
 Enatat ; & fulvo paulatim accenditur igne ,
 Et tua templa ferit , Maïa Cyllenie nate ,

INTERPRETATIO.

Et conquiscit , & videt sursum Cælum
 oppositum , & deprimatur sub mediâ nocte , in eâ , inquam , parte , Saturnus ipse , qui pariter olim depulsus est è regno Cœli , & è throno Deorum , exercet sua jura. Et ipse parens agit suas vires in sortes paternas , & in sortem seniorum. Hic locus , quæ pars est Cœli depressa , primus est , qui sit tutela duorum , nempe natorum & parentum. Olim dicebatur durum tempus , cui Græcia dedit nomen Dæmonium , quo vocabulo notavit virtutem illius. Jam verò agendum , aspice Cælum ascendens de primo Cardine , quâ parte Signa exorientia incipiunt redire super terras assueti suo reditu : & quâ parte Sol madidus emergit ex aquis frigidis , & pededentim ardescit flammâ subrubrâ , & tangit tuas stationes , ô ! Cyllenie fili Maïa ,

ANNOTATIONES.

933. Et pater in patrios &c.] Is enim locus est de paternis casibus , de patrimoniis , deque liberis ; & de rerum fundamentis , 819.
 934. Prima est tutela duorum.] Alius enim locus est parentum , nempe statio hæc quarta : alius est natorum , nimirum prima statio , v. 945. Verum hæc quarta statio prima est quæ patrum & natorum simul sit locus.
 736. Asperum erat tempus &c.] Vulg. & Rom. benè. Alludit enim Poëta ad Græcum Saturni nomen , ἄσπερος , tempus ; quod nomen olim Saturno tributum fuerat rudioribus sæculis , quibus regnasse fingitur. Unde dictum volunt Saturnium à saturando ; χρόνος verò , id est , tempus , à verbo Græco χρονίζω , id est , saturare , quasi saturaretur annis. Hinc fabula de Saturni voracitate , qui filiis suis non pepercit. At Scaliger legit : asper & asensum , ex veteribus MS. in quibus legitur : asper & ad tempus. Nugæ. Poëta enim innuit huic loco datum esse olim durius hoc nomen Tempus : cujus loco lenius datur Dæmonium , id est , Geniale ; quæ vox satis indicat hunc locum esse patrum & natorum , id est , genitoris & geniti. Δαίμων enim , id est , ad genituram pertinens.
 938. Nunc age fulgens m. &c.] His 9. v. monet Cœli Ortum , quæ prima est statio , tutelam esse Mercurii. Eleganti autem carmine scribit ab hoc loco , seu primo Cardine oriri Solem & sidera : hancque stationem esse natorum.
 Mundum.] Cælum , lib. 1. v. 9.
 942. Tua templa.] Tuas stationes , quas nempe tu , Mercuri , in tutelam sumis. Tempia enim , id est , stationes , sedes , arcus , certas Cœli partes , &c. v. 354.
 Maïa Cyllenie nate.] Mercuri filii Atlantis regis Arcadiæ ex Maïa , &c. lib. 1. v. 34.

- O ! facies signata notâ , quod nomen & ipsi
Auctores tibi dant artis , quæ ducit Olympum.
945 In quâ fortunam natorum condidit omnem
Natura , équè illâ suspendit vota parentum. —
Unus in Occasu locus est super : ille ruentem
Præcipitat Mundum terris , & sidera merfat ,
Tergâque prospectat Phœbi , qui viderat ora.
950 Ne mirère nigri si Ditis janua fertur ,
Et finem vitæ retinet , mortique locatur.
Hinc etiam ipse dies moritur , terrâque per Orbem
Subripit , & noctis captum sub carcere claudit.
Nec non & Fidei tutelam vendicat ipsam ,
955 Pectoris & pondus. Tanta est in sede potestas ,
Quæ vocat & condit Phœbus , recipitque refertque ,

= Sum B.

INTERPRETATIO.

o ! imago obsignata proprio suo Signo ;
(quem titulum dant quoque tibi ma-
gistræ disciplina istius , qua regit Cœlum) ;
& quâ in parte Auctor Natura constituit
totam sortem nascentium , & ex quâ par-
te appendit tota desidria parentum. Una
statio restas in Occidente qua agit præceps
Cœlum , quod cadit sub terras , & quæ im-
mergit quoque stellas , & qua prius aspe-
xerat vultum Solis cuius jam respicit dorsa.

Neque admireris , si locus hic dicitur por-
ta Ditis atri , quia scilicet & vendicat sibi
terminum vitæ , & datur morti. Ab hac
quoque parte Cœli dies ipse deficit , & eripit
terras per globum terrarum ; & ubi compre-
hendit ipsum Orbem terrarum , includit
eum sub custodiâ tenebrarum. Quinetiam
asserit sibi tutamen Fidei , & vota cordis.
Adèò magna vis est in eo loco , qui accersit ,
& abscondit , qui accipit & reddit Solem ,

ANNOTATIONES.

943. O ! facies signata notâ.] Alludit
Poeta ad Græcorum Εμψας , id est ,
statuas , seu signa & truncos , quorum
capita permutari poterant : sed quæ
Mercurii referebant imaginem , quæ-
que circum sepulchra & monumenta in
viis erigebantur. Ejusmodi autem Mar-
curii statuar erectæ signabantur notâ.

944. Artis , qua ducit Olympum.] Astro-
nomiæ , sideralis scientiæ : cujus tamen
auctor ipse Mercurius creditur , lib. 1.
v. 34.

Olympum.] Cœlum , v. 377.

946. Natura.] Deus , Auctor Na-
turæ.

947. Unus in Occasu , &c.] His 11. v.
cum dimidio docet Poeta Cœli Occa-
sum , quæ statio est septima , Ditis
atri januam dici , quia ab hac parte
definit dies , occidit Sol , latèntque si-
dera. Unde hic locus mortis est. Quan-
quàm unâ dicitur Fidei tutela. Tanta
est potestas hujus loci.

948. Mundum.] Cœlum , lib. 1. v. 9.

949.] Tergâque , &c.] Gemb. benè.
Occiduis quippe horizon , qui Solis sur-
gentis viderat ora ad Ortum , ejusdem
Solis Occidentis terga prospicit , dum
sub terras delabitur , ut iterum redeat
per Inum Cœli ad Ortum. Vulg. Ter-
gâque , mendosè.

950. Ditis.] Dis , Ditis , frater fuit Jo-
vis & Neptuni , Deus inferorum , quem
Plutonem vocant. Utrumque autem
hoc nomen habet à divitiis. Græcè Ζεύς
& Πλούτωνος dicitur ; poniturque etiam
Dix pro divite , Terent. adelph. Hic au-
tem usurpatur pro Inferis , seu morte ;
est enim hic locus mortis , seu Infero-
rum. In hoc scilicet occidunt Sol & si-
dera.

954. Necnon & Fidei , &c.] Est &
Fidei & amicitiae locus. Idem quippè
locus hic , qui condit Solem & sidera ,
recipit , & reddit pariter Solem & si-
dera vicissim.

Ee iij

Consumitque diem. Tali sub lege notandæ
 Templorum tibi sunt vires, quas pervolat omnis
 Astrorum series, ducitque & commodat illis
 960 Ipsa suas leges; stellæque ex ordine certo,
 Ut natura finit, lustrant, variâsque locorum
 Efficiunt vires: utcumque aliena capessunt
 Regna, & in extremis subsidunt hospita castris.

Hæc mihi sub certâ stellarum parte canentur.

965 Nunc satis est Cœli partes titulôsq; notâsse,
 Effectûsque loci per se cuiusque, Deûsque,
 Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,
 Octotopos, per quos stellæ diversa volantes,
 Quos reddant motus proprio venit ordine rerum.

INTERPRETATIO.

Qui terminat diem. Virtutes ha stationum duodecim sic fuerunt tibi observanda sub tali ordine; quas virtutes, omnis ordo siderum percurrit, & assumit, & impertitur ipse has leges; & Planeta quoque secundum certum ordinem, prout scilicet Natura Auctor permittit, percurrit eas, & faciunt ut virtutes stationum sint diversa; & aliquando subeunt aliena imperia; & veniunt hospites manent in alienis sedibus. Ha autem res cantabuntur à me in certa parte stellarum. Nunc sufficit observâsse regiones Cœli, & nomina illarum, & effectus uniuscujusque stationis per seipsam; & Deos, & cui parti nomen Octotopos dedit is, qui invenit hanc disciplinam. Jam sequitur ex ordine rerum dicendum per quos locos stella diversimodè vagantur, & quos motus habeant.

qui terminat diem. Virtutes ha stationum duodecim sic fuerunt tibi observanda sub tali ordine; quas virtutes, omnis ordo siderum percurrit, & assumit, & impertitur ipse has leges; & Planeta quoque secundum certum ordinem, prout scilicet Natura Auctor permittit, percurrit eas, & faciunt ut virtutes stationum sint diversa; & aliquando subeunt aliena imperia; & veniunt hospites manent in alienis sedibus. Ha autem res cantabuntur à me in certa parte stellarum. Nunc sufficit observâsse regiones Cœli, & nomina illarum, & effectus uniuscujusque stationis per seipsam; & Deos, & cui parti nomen Octotopos dedit is, qui invenit hanc disciplinam. Jam sequitur ex ordine rerum dicendum per quos locos stella diversimodè vagantur, & quos motus habeant.

ANNOTATIONES.

957. Tali sub lege, &c.] His 7. v. concludit Poëta tali sub lege, tali sub jure, talique ordine fuisse observandas duodecim stationes, id est, Octotopos seu octo locos intermedios, præter quatuor Cardines, ut quisque noverit Signa quæque & Planetas, dum per has stationes volitant, vires ex suis stationibus accipere, & vicissim reddere.

958. Templorum.] Stationum, v. 354. 414. 942.

961. Natura.] Auctor Naturæ, Deus.

964. Hæc mihi, &c.] His 6. v. ultimis monet se alibi observaturum quâ ratione Signa & Planetæ reddant & accipiant vires à duodecim stationibus; quod tamen in hoc opere non præstitit: nunc autem satis esse ait notâsse situm, ordinem, titulos, tutelas, effectûsque varios cuiusque stationis, Deûsque & Numina, quorum sint illæ stationes.

967. Artem.] Astrologiæ disciplinam.

968. Octotopos. [Id est, octo locos, seu octo stationes & sedes, quæ inter

quatuor Cardines intercipiuntur. Itaque hæc tenens disputatum est de quatuor Cœli Cardinibus, de quatuor Quadransibus, & de octo locis seu stationibus intermediis, quos Manilius Octotopos vocat. Verùm minùs curant Astrologi quatuor illos Quadrantes Cœli, quam quatuor Ordines, & Octotopos. Hinc vulgò distinguuntur tantum duodecim Stationes, quas vulgò Domus Cœlestes vocant, quarum in numero quatuor Cardines Cœli censentur. Nos autem in figurâ superiori pag. 214. distinguimus 12. Stationes: 4. Quadrantes: & 4. Cardines ex ordine suæ dignitatis: at in seq. fig. sunt tantum 12. Stationes seu Domus Cœlestes cum suis tutelis ac titulis.


969. Venit ordine.] Namque tertio sequenti libro ager potissimum Poëta de spatiis, quæ sidera in ortu & occasu suo occupant. His igitur præmissis operæ pretium duxi subnectere hanc figuram, quæ 12. stationum ordinem, titulos, tutelas, ac Numina contineat.

= 293 B.
 27/422 ni

Qui B.
 27/422 ni

DUODECIM DOMUS

COELESSES.



M.

Marci Manlij Pontis ad Octavianum Augustum Astronomicum
 liber secundus explicit, incipit tertius:



M.

MANILII

ASTRONOMICON

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.



OSTQUAM de variis ac vulgaribus aliorum Poëtarum argumentis pauca præfatus est Manilius, I. Materiem nulli priorum, ut ait, cantatam aggreditur; alteram nempe duodecim Athlorum rationem, (in quâ fors Fortunæ dux est cæterorum), mensurâ verborum metitur, carminumque vinculo constringit eleganter. II. Cunctis Athlorum fortibus breviter explicatis ex ordine, docet modum inveniendi Fortunæ locum per astra, quo cognito facile est cætera dignoscere. Neque enim ita immota stant duodecim Athla, sicut duodecim Stationes Cæli sunt immobiles: sed variè moventur pro diverso Solis à Lunâ, aut Lunæ vicissim à Sole motu ac recessu. Quod quidem præcipuè observandum est in genituris diurnis aut nocturnis. III. Rem longè difficiliorem aggreditur; docet enim varias Signorum ascensiones ac descensiones, seu ortus & occasus per quamcumque terrarum regionem, pro vario Sphæræ situ ac habitu. In primis statuit duplicem temporis mensuram, horarum & stadiorum. Prius autem refutat veterem ac vulgarem opinionem de binis ho-

M.. MANIL.

Rf.

ris in ortum aut ocafum cujusque Signi , quàm doceat modum inveniendi per quot horas ac ftadia surgant aut cadant fingula Signa. I V. Quibus explicatis demonftrat rationem , quâ menses hiberni per horas crefcant , æftivi verò decrefcant. Docet & quomodo Solis annuos curfus Signa quæque fuos ducant : quomodo menftruos Lunæ motus quifque fuos menfis afferat : & quomodo primam diem quodque fuam , primamque horam diei quodque fuam Signum Horofcopans vendicet ; atque primum Solarem annum ejus effe Signi , in quo Sol lucet : primum menfem ejus effe Signi , in quo Luna lucet : primum diem primamque diei horam ejus effe Signi , quod Horofcopans erit , dum quis nafcitur. V. His autem abfolutis aliam tradit rationem de annis vitæ , quos & Signa quæque , & Stationes quæque Cœli dant. Quorum annorum per Signa & Stationes cenfum agit , quem exemplo Lunæ lucentis in primâ Statione , qui eft Ortus , confirmat inductionem præclaram agendo. Notat denique quot annos vitæ dent præcipuè quatuor Tropica Signa ; variâfque refert opiniones de gradu , in quo cujusque Signi Tropici verfura contingat,



MARCI MANILII

ASTRONOMICON

LIBER TERTIUS.



N nova surgentem , majoraque viribus aufum ,
Nec per inaccesos metuentem vadere saltus
Ducite Pierides ; vestros extendere fines
Conor , & indignos in carmina ducere cantus.

indictos B. et P.

Non ego in excidium Cœli nascentia bella ,
Fulminis & flammæ ; partusque in matre sepultos.

INTERPRETATIO.

O ! Musa estote duces Poëtæ erigenti se in opera nova , & aggredienti negotia majora suis viribus : nec timens ire per sylvas invias ; scilicet enitor dilatare vestros limites , & proferre modulos licet indignos in carmina . Ego enim non commemorabo bella exorientia in ruinam Cœli , & ignes fulminis ; & filios sumulatos in parente suâ .

ANNOTATIONES.

I. *IN NOVA surgentem &c.*] His 4. v. auspiciatur hunc librum tertium Manilius ab invocatione Musarum, quarum ope præsertim in hoc opere se indigere fatetur , quia rem novam à nemine antè cantatam aggreditur . Is autem mos est Poëtarum , ut aut à Musarum , aut à Deorum , Dearumve invocatione auspiciantur , qui rebus præsidere creduntur , quas sunt aggressuri .

3. *Pierides.*] Musæ , sic dictæ à Piero Bœotiz monte , quem incolere credebantur : vel à Pieriâ Bœotiz civitate , in quâ ex Jove & Mnemosine natæ dicuntur : vel à Pieridibus Pieri Macedoniæ regis filiabus , quæ novem numero sorores , novem Musas ad certamen cantus ausæ sunt provocare ; sed quarum devictarum nomen in trophæum usurparunt postea Musæ .

4. *Indignos.*] Gemb. bene , quasi huic operi se imparem agnoscat Poëtâ . Scaliger , *irignos* , pro *irignos* , quæ metaphorâ nihil ad mentem Poëtæ addit .

5. *Non ego . &c.*] His 25. v. longâ &

multiplici Poëtarum aliorum materiâ enumeratâ , jactat se non eandem materiam , aut similem in argumentum assumere , innuitque speciosis rebus illos condidisse carmina , atque auro eborique decus addere facile esse . Ipse autem rem rudem & difficilem est aggressurus .

In excidium Cœli , &c.] His itaque 2. v. notat bella Gigantum adversus Deos ; quæ Hesiodus Græco carmine conscripserat . Quo de bello fusiûs dictum est lib. 1. v. 411. & lib. 2. v. 15.

6. *Fulminis.*] Quo percussi sunt Gigantes à Jove .

In matre.] In terrâ , quæ parens fuit Gigantum , & in quâ sub montibus sepulti sunt , lib. 2. v. 873. 878. 879. Viderit autem Scaliger , qui hunc locum interpretatus est de Semele ; non de Gigantibus . Neque enim Semelæ partus , nempe Bacchus , in ipsâ suâ parente sepultus est , cum Jovis icta fulmine perierit illa , sed à Jove assumptus est & in femore repositus ad maturum nascendi tempus .

FF ij.

*4 Indignos) Ita legit Salma-
sius not: ad Pers: Pollutione
quasi vilos est nullius part;
at vero improba est ista
interpretatio, at notini Og
Indictos.*

Hectora venalem, cineri Priamumque ferentem.
 Colchida nec referam vendentem regna parentis,
 Et lacerum fratrem stupro; segetisque virorum;
 10 Taurorumque truces flammæ; vigilemque Draconem;
 Et reduces annos; aurique incendia facta;
 Et malè conceptos partus, pejúsque necatos.
 Non annosa canam Messanæ bella nocentis.

potentis B. et P.

INTERPRETATIO.

Non canam Hectora venditum, nec Priamum, qui reportat illum ad cineres. Non canam Medeam prodentem regna sui patris; & fratrem illius dilaceratum stupro, & messes hominum; & ignes taurorum, & custodem Draconem; & annos renovatos; & incendia facta per aurum; & filios conceptos per scelus & deterius interfectos. Non canam bella diuturna urbis Messanæ, qua causa fuit belli perniciosi.

ANNOTATIONES.

7. *Hectora venalem.* &c.] Virgilius post Homerum cantavit Hectoris miserum fatum. Hector quippe Priami Trojanorum regis filius ab Achille interfectus bigisque alligatus ter circum Trojæ muros reptatus est. Quam injuriam non passus Priamus auro corpus filii redemit, ut ex more cremaret illud Virg. 1. æn. & Manil. lib. 2. v. 3. annot.

8. *Colchida.* &c.] His 5. v. notat Medææ scelus, de quâ tragœdiam inscripsit Seneca *Medeam*. Ea autem Ætæ Colchorum regis filia fuit, & Colchis dicta ab Colchide insulâ.

Vendentem regni parentis.] Medea quippe patrem prodidit, dùm Jasonem edocuit, quâ ratione vellus aureum rapere posset, quod apud Colchos Draco vigilans asservabat.

9. *Lacerum fratrem.*] Medea enim patris, quem prodiderat, iram metuens fugam cum Jasonem arripuit, secumque fratrem suum Absyrtum traxit, quem discerptum articulatim per agros huc illuc disjecit, ut insequenti patri moram faceret.

Segetisque virorum.] Eâ quippe lege impetravit Jason ab Ætâ vellus aureum, ut & Draconem vigilem, & Tauros flammivomos, & viros ex dentibus Draconis terræ satis ortos interficeret. Primum igitur Æta seminavit partem eam dentium Draconis, quem Cadmus olim interfecerat, (pars enim dentium illius Draconis data fingitur Cadmo, pars altera Ætæ à Marte &

Pallade, testibus Apollon. lib. 3. & Pherecyde). Quibus ex dentibus terræ satis nati sunt viri ingentes armati, quos ut interficeret Jason à Medæa edoctus, lapidem per ipsos eminens conjecit, cujus jactu illi incitati sese mutuo interfecerunt. Ovid. 7. metam.

10. *Taurorumque flammæ.*] Duos tripedes & flammivomos tauros, quos ope Medææ sub jugum facillè misit Jason. Ovid. 7. met.

Vigilemque Draconem.] Velleris aurei custodem, quem Jason ope Medææ solavit. Ovid. citat.

11. *Reduces annos.*] Quos Medea incantatrix Æsoni Jasonis patri renovavit suis incantamentis. Ovid. 7. met.

Aurique incendia facta. Medea quippe tandem a Jasonem repudiata, rem indignè ferens, ignem in scrinio, muneris loco, ad Creusam misit, quam ejus loco duxerat Jason; quo igne totam regiam & Creusam ipsam incendit. Ovid. 7. met.

12. *E malè conceptos.* &c.] Quos enim stupro ex Jasonem filios susceperat Medea, eos membratim disceptos ante illius conspectum ex altâ turre disjecit. Ovid. 7. met.

13. *Non annosa canam.* &c.] Hoc vers. notat vel primi Punici belli infestam causam: vel diuturnam Messenæ urbis in Peloponneso per novem & decem annos obsidionem. Messana enim civitas duplex fuit, altera in Sicilia, quam prima Punica bella nobilitarunt,

- Septenósque duces, ereptáque fulmine flammis
 15 Mœnia Thebarum, & victam quæ vicerat urbem.
 Germanósque patris referam, matrísque nepotes:
 Natorúmque epulas, conversáque sidera retrò,
 Ereptúmque diem. Nec Perfica bella profundo

Perisca B.

INTERPRETATIO.

Non canam septem ductores Athenarum, & muros Thebarum igne liberatos per fulmen Jovis, & urbem devictam, qua victrix antea fuerat: nec re-

censebo fratres patris qui sunt nepotes suæ matris: nec dapēs filiorum, & stellas retrogressas ex scelere patrato, & lucem diēi subductam: nec memorabo bella Perfica

ANNOTATIONES.

quorum origo fuit, ut testatur Flor. lib. 2. Altera in Peloponneso, quæ & Messene vel Mefene dicta, per decem & novem annos obfessa à Spartanis tandem fuit expugnata & solo æquata. Hinc fortè *annosa bella* dixit. Quamquam & de bellis Punicis rectius *annosa bella* dixerit, quæ multos per annos gesta sunt inter Romanos & Carthagenienses. Quis autem hæc earminibus conscripserit Poëta, non comperi. ✱

14. *Septenósque duces, &c.*] His 2. v. notat bella Atheniensium cum Thebanis. Septem enim hi Athenienses, Adrastus, Amphiaræus, Capaneus, Hippodemon, Polyneix, Tydeus, & Parthenopæus, duces missi sunt ad bellum Thebanum, cujus indicendi causa hæc fuit, Oedipus Laio patre per imprudentiam interfecto, Jocastæ matris nuptias adiërat. Quo ex conjugio nati Etheocles & Polynices inter se convenerant, ut alternis annis regnarent. Verùm Etheocles anno perfunctus suo regnum Polynici cedere noluit. Quâ injuria commotus Polynices vocavit sibi in auxilium Adrastum ceterósque sex suprà dictos duces, ut Thebas expugnaret, Stat. in Thebaid.

Ereptáque fulmine, &c.] Capaneus enim dux Argivus ad Thebanum bellum profectus Thebas oppugnavit per scalas, quas cum ipse muris admove-ret, à Thebanis tantâ lapidum mole fuit obrutus, ut à Jove fulminis ictu extinctus dictus fuerit. Quo mortuo Thebæ liberatæ sunt ab igne, quem ipsis Capaneus minitabatur. Ovid. 4. trist. 3.

15. *Et victam quæ vicerat urbem.*] Sup. Thebarum. Has enim Athenienses post-eâ duce Theſeo ceperunt ac diripuerunt,

quæ antea victrices fuerant. Apol. lib. 3.

16. *Germanósque patris, &c.*] Hoc v. notat historiam Oedipi, qui jussu patris feris objectus fuit, (quia ex oraculo audierat futurum ut à filio necaretur); sed Polybii regis pastore fortè servatus est & nutritus. Adultus autem patrem inciens occidit, inciensque matrem suam Jocastam in uxorem duxit, ex quâ liberos quatuor suscepit, quos Poëta *Germanos patris, matrísque nepotes* vocat. Etenim ex matre uterini fratres erant Oedipi, erant & nepotes Jocastæ, quia filii erant ex Oedipo filio suo. Unde illud de Oedipo.

— *Avi gener, patrisque rivalis sui.*
Frater suorum liberum, & fratrum parens

Quod scelus scripsit Senec. in Theb. & Oedip.

Patris.] Oedipi.

Matris.] Jocastæ.

17. *Natorúmque epulas, &c.*] Hoc v. cum dimidio notat impium Atrei scelus, qui fratri suo Thiesti proprios illius filios epulandos apposuit, quod scelus Sol ipse non ferens ad Auroram retrogressus dicitur, Ovid. 2. trist. 1. Quâ de re tragœdiam scripsit Seneca.

Sidera. Solem.

18. *Nec Perfica, &c.*] His 2. v. cum dimid. notat Poëta bellum quod Græcis Xerxes Persarum rex intulit. Septingenta millia de regno suo armaverat, & trecenta millia de auxiliis, ut non immeritò proditum sit flumina ab ejus exercitu siccata: naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur quibus totum mare stravit & operuit, teste Justino lib. 2. c. 10. Hujus autem apparatus lepidè ridet Juvenal. sat. 10.

Ff iij

Canis

transp. B.

transp. B.

Desert B.

- Indicta, & magnâ Pontum sub classe latentem
 20 Immissumque fretum terris, iter æquoris undis :
 Non reges magnos. Spatio majore canenda,
 Quàm si tacta loquar, Romanæ gentis origo ;
 Tôtque duces Orbis, tot bella, tot otia, & omnis
 In populi unius leges ut cesserit Orbis,
 25 Differtur. Facile est ventis dare vela secundis :
 Fœcundumque solum varias agitare per artes,
 Aurôque atque ebori decus addere, cùm rudis ipsa
 Materies niteat. Speciosis condere rebus
 Carmina vulgatum est opus, & componere simplex.
 30 At mihi per numeros, ignotâque nomina rerum,
 Temporâque & varios casus, momentâque Mundi,

INTERPRETATIO.

illata in mari, & Pontum absconditum
 sub magnâ classe navium, & mare im-
 pulsus in terras, & viam factam in
 aquis mari: non canam reges magnos.
 Origo gentis Romana, qua cantanda est
 majori cum otio, quàm si narrem res tra-
 ctatas jam, differtur canenda à me,
 aequè ac tot Imperatores Orbis terrarum,
 & tot bella, tot tempora pacis, & quo-
 modo totius terrarum Orbis fueris reda-
 ctus sub iura unius gentis Romanæ. Fa-

cile autem est iradere carbasia ventis fa-
 ventibus: & exercere per diversas ar-
 tes terram qua jam feris est, & dif-
 ficile non est adungere ornamentum
 auro & ebori quia ipsa materies licet
 non elaborata niteret. Labor est vulgaris
 & simplex scribere & facere versus in
 rebus præclaris per se. Sed obnitendum
 est mihi per modulos, & per incogni-
 tas voces rerum, per tempora, per di-
 versos eventus, perque motus Cæli,

ANNOTATIONES.

20. Immissumque fretum terris, &c.]
 Quædam enim maria, inquit Justin.
 lib. 2. c. 10. ad navigationis commo-
 dum per compendium ducebat Xerxes:
 Athonâque montem à continenti sepa-
 rari iussit, factâ fossâ passuum 1500.
 longâ, eâque latitudine, ut duæ na-
 ves contrariæ exciperentur. Juvenal.
 satyr. 10.

Iter æquoris.] Quædam enim maria,
 inquit Justin. citat. pontibus sternebat
 Xerxes: Hellespontumque, quod fre-
 tum est angustum inter Propontidem
 & Ægeum mare, ponte stravit, quo
 ex Asiâ in Europam pedes cum toto
 exercitu transfret.

21. Non reges magnos.] Romanorum
 reges primos: vel, quod verisimilius
 est, Philippum & Alexandrum ma-
 gnos Macedoniæ reges. Jam enim
 postea sigillatim ager de Romanis, quo-
 rum originem, Reges, Imperatores, ac
 potestatem in aliud tempus sibi canen-
 dam differt.

22. Romana gentis origo.] Quam Ti-
 tus Liv. & alii tùm Historici cùm Poë-
 tæ altiùs à principio repetièrunt.

25. Facile est, &c.] His s. v. innuit
 se neque facilem, neque pulchram,
 neque vulgatam: sed intactam, rudem
 & arduam materiam aggressurum. Quod
 quidem aliis Poëtis hætenus non con-
 tingerat.

30. At mihi, &c.] His s. v. propo-
 nit argumentum rerum, quas hoc li-
 bro tertio tractaturus est, atque se
 disputaturum de vario motu ac tempo-
 re siderum. à quibus vitas & fata ho-
 minum Natura suspendit. Quas res car-
 mine dicere non ita facile est, tùm pro-
 pter ignota rerum nomina, cùm pro-
 pter res ipsas, quæ ornari negant con-
 tentæ doceri.

31. Momentâque Mundi.] Motus Cœ-
 li. Est enim momentum exiguum tem-
 poris spatium. Plin. lib. 8. c. 37. Sol
 quotidie ex alio Cæli momento, quàm
 pridie oritur. Id est, aliâ Cæli parte.

Reges Asia, illi enim dicti sunt
 βασιλεῖς βασιλεῖς

Quorum quæque vices , partésque in partibus ipsis ;
Luctandum est. Quæ nôsse nimis : quod dicere quantum est,
Carmine quod proprio , pedibus quod jungere certis !

- 35 Huc ades , ô quicumque meis advertere cœptis
Aurem oculóisque potes , veras & percipe voces.
Non ad juratos Reges , Trojámque cadentem
Impendas animum , nec dulcia carmina quæras.
Ornari res ipsa negat contenta doceri ,

- 40 Et si qua externâ referentur nomina linguâ ,
Hoc operis , non Vatis erit. Non omnia flecti
Possunt , & propriâ melius sub voce notantur.

Nunc age , subtili rem summam perspice curâ ,
Quæ tibi præcipuos usus monstrata ministrat ,

- 45 Et certas dat in arte vias ad Fata canenda ,
Si bene constiterit vigilanti condita sensu.

Principium rerum & custos Natura latentum ;

INTERPRETATIO.

quorum singula vicissitudines, & partes continentur in ipsis partibus. Quas res cognoscere nimium est: quod referre, quodque connectere proprio versu, certisque mensuris vocum quàm magnum est opus! Huc adsis, ô quicumque potes intendere aurem, & oculos meis ausis, & accipe verba vera. Non advertas quidem mentem ad Reges qui juraverunt in arma, neque ad Trojam percurrentem, neque expectes versus jucundos. Materies ipsa non patitur exornari, satis ha-

bens monstrari. Et si qua vocabula dicuntur alienâ linguâ, id non spectat ad Poëtam, sed ad rem. Namque res omnes nequeunt verti, & aliquando rectius significantur suâ linguâ. Ergo age, animadverte solerti diligentiam rem magnam, qua edocta suppeditat tibi maximas utilitates, & præbet certas vias in fiderali hac disciplinâ, ad perspicuendos fatales casus, si modò ars illa facta fuerit solerti mente, & certa fuerit. Natura, quæ est origo & custos rerum occultarum,

ANNOTATIONES.

35. Huc ades, &c.] His 8. v. benevolentiam auditoris captat, profiteturque se non æquè dulcia carmina cantaturum, ac si bellum Trojanum caneret; veniâque petit si quando vocibus utatur externis, cum omnia flecti nequeant, & propriâ, hoc est, Græcâ voce melius notentur.

37. Juratos reges.] Græcos & Trojanos, qui infesti in arma juraverant, & quorum bella eleganti carmine scripserunt Homerus & Virgilius.

Trojámque cadentem.] Vulg. benè. Ipsa enim Troja cecidit, & solo est adæquata à Græcis. Scaliger, Trojâque cadentes, supli. reges, tùm Græci, cùm Trojani, qui ante Trojam ceciderunt.

40. Externâ.] Græcâ, quâ potissimum scriptum est de his rebus de quibus agit Manilius,

41. Flecti.] Supli. in latinas voces.

42. Propriâ.] Græcâ.

43. Nunc age, &c.] His 4. v. antequam rem aggrediatur, attentum reddit auditorem, præmonetque eum ut rem solerti curâ observet, quæ in posterum magnos sibi in usus erit.

45. Fata.] Fatales rerum eventus, quos sideribus alligari crediderunt veteres, lib. 1. v. 1.

47. Principium rerum, &c.] His 17. v. primum præfatur Deum, seu Naturam rerum auctorem, dum Universum, Universique partes singulas conderet, fata & vitas hominum suspendisse ab astris, quæ quidem sunt præcipua & nobiliora Mundi opera, quæ quasi Coeli præcordia obtinent; quæque modò vincunt Planetas, modò vincuntur ab ipsis. Notat autem præcipuè Signa Zodiaci.

quod R. quid P.

tur P.
videnda R.

- Cum tantas strueret moles per mœnia Mundi ;
 Et circumfufis Orbem concluderet aſtris
 50 Undique pendentem in medium , diverſaque membra
 Ordinibus certis fociaret corpus in unum ,
 Aërâque & terras , flammâque , undamque natantem
 Mutua in alternum præbere alimenta juberet ,
 Ut tot pugnantes regeret concordia cauſas ,
 55 Starétque alterno religatus fœdere Mundus ,
 Exceptum à ſummâ ne quid Ratione maneret ,
 Et quod erat Mundi Mundo regeretur ab ipſo :
 Fata quoque & vitas hominum luſpēdit ab aſtris ,
 Quæ ſummas Operum partes , quæ lucis honorem ,
 60 Quæ famam aſſerent , quæ nunquam feſſa volarent ,
 Quæ quaſi per mediam Mundi præcordia partem

INTERPRETATIO.

cum fabricaret tam ingentes moles totum in muris Univerſi , & circumcingeret ſtellis circumſperſis Orbem Cœlorum , qui ex omnibus partibus appenditur in medium Univerſi , & conjungeret certis ordinibus varias partes in unum corpus , & imperaret aëra , & terram , atque ignem , & aquam etiam fluentem præſtare ſibi mutuo alterna nutrimenta , ut amicitia concors moderaretur tot contraria principia . & Univerſum

conſtaret obſtriſſum mutua concordia , & ne qua pars Univerſi ſubducta reſtaret à ſupremâ mente , & ut id , quod pertinebat ad Univerſum , gubernaretur ab ipſo Univerſo : Natura , inquam , appendit etiam mortem & vitam hominum ab iis ſideribus qua vendicarent ſibi præcipuas partes Athlorum , & decus , & gloriam ſplendoris , & qua indefatigata volverentur , & qua cum ſint poſita in medio Cœlo occupent veluti viſcera illius .

ANNOTATIONES.

48. *Mœnia Mundi.*] Cœlos , lib. 1. v. 155. 485. quibus Univerſum , quaſi mœnibus cingitur.

49. *Orbem.*] Supl. Cœlorum.

50. *Diverſaque membra*] Diverſas Univerſi partes.

51. *Corpus in unum.*] In ipſum Univerſum , in Totum.

53. *In alternum.*] Gemb. benè , id eſt , viciffim , mutuo. Elementa enim ſibi mutuo ſerviunt , aliâque aliis temperantur , lib. 1. v. 253. & ſeqq. Vulg. *In alternum* , minùs benè. *Alterutrum* enim dicitur tantùm de duobus.

54. *Cauſas.*] Quatuor præcipuè elementa , quæ pugnant , quæque ſunt prima rerum principia , lib. 1. v. 247. & ſeqq.

55. *Mundus.*] Univerſum , ſed Cœlum præfertim , quod divina vis agit , lib. 1. v. 64. III.

57. *Mundo regetur.*] Sic lib. 1. v. 111.

58. *Fata quoque* , &c.] Sic lib. 1. v. 235. ad v. 262. ubi ait à Signis Zodiaci rationem omnem Fatorum duci ; id eſt , fatales rerum eventus. Hic autem per *fata* intelligit mortes , lib. 1. v. 1.

59. *Operum.*] Athlorum , de quibus jam infra v. 75. & quæ per Signa Zodiaci diſponuntur.

Qua lucis honorem.] Signa quippè Zodiaci lucidiora ſunt & clariora cæteris ſideribus ; quippè quæ , ut ait lib. 1. v. 258.

Solæque alternis vicibus per tempora portant .

Atque alia adverſo liſtantiæ ſidera Mundo.

61. *Qua quaſi per mediam* , &c.] Sic lib. 2. v. 17. & v. 257.

Qua media obliquum præcingunt ordine Mundum.

Diſpoſita:

Disposita obtineant ; Phœbum Lunamque vagâsque
Evincant stellas , nec non vincantur & ipsa.

His regimen Natura dedit , propriâsque sacravit

65 Unicuique vices , sanxitque per omnia summam

Undique ne Fati ratio traheretur in unam.

Nam quodcumque genus rerum , quodcumque laborum ,

Quæque Opera , atque artes , quicumque per omnia casus

Humanâ in vitâ poterant contingere , sorte

70 Complexa est : tot & in partes , quot astra locarat ,

Res posuit , certâsque vices : sua nomina cuique

Attribuit , totumque hominis per sidera censum

Ordine sub certo duxit , pars semper ut eidem

Confinis parti vicinis staret in arvis.

regnum P. et B.

quod P. Summa. P. et B.

ut et statum. unum P. et B.

Sortem P. et B.

totq. B. quot et B.

arvis B. et P.

INTERPRETATIO.

& quæ superent Solem & Lunam , & cæteras stellas Erraticas , sed qua pariter ipsa superentur ab illis , Natura auctor tribuit his sideribus moderamen rerum , & dedit unicuique Signo suas proprias sortes , & statuit ne Fatum ducetur ex omni parte ad unam & eandem rationem. Etenim posuit in suo proprio loco omne genus Operum , omnia Athla ,

& omnes disciplinas , & omnes rerum eventus , qui poterant accidere in vitâ hominum per omnes res : & collocavit res illas omnes in tot partes & in tot certas sortes , quot posuerat sidera : dedit unicuique sua nomina , & distribuit totam sortem & rem hominum per sidera sub certo ordine , ut pars maneret vicina illæ eidem parti quasi in finibus proximis.

ANNOTATIONES.

62. Phœbum. Solem , lib. 1. v. 19.

Vagâsque . . . stellas.] Planetas , quæ stellæ sunt Erraticæ , lib. 1. v. 15. qui à Signis , sicut vicissim Signa ab iis , vires capiunt , aut reddunt , lib. 2. v. 857. & seqq.

Volvuntur in orbem

Singula , & accipiunt vires , Cæloque remittunt.

Vincit enim natura genus , legesque ministrat

Finibus in propriis , & prætervinctia cogis

Esse sui moris , vario nunc divos honore.

Nunc sterilis , pœnâque ferventia sidera sedis.

64. His regimen. &c.] His 12. v. docet Deum seu Naturam rerum auctorem singulis Signis suas Athlorum seu Operum sortes attribuisse , ne Fati ratio duceretur ad unam & eandem rationem in variis genituris nascentium. Igitur sicut sunt duodecim Signa Zodiaci , ita duodecim Athlorum sortes , quæ , dum

Signa volvuntur in orbem , singulis Signis respondent , initio factò ab eâ sorte Athlorum , quæ Fortuna est. Rem fusius explicabimus infra v. 75. clarâque dabit figura pag. 240. quam de his excudi curavimus ad maiorem rei notitiam.

69. Sorte . . . Complexa est.] Id est , in duodecim sortes ac partes distribuit.

70. Locarat.] Ita restituendum. Vulg. vocarat , malè. Scaliger , notarat , nondum benè.

72. Censum.] Quidquid est hominis , id est , opera , artes , studia , fatalésque rerum eventus. Censui enim , ut dictum est lib. 1. v. 12. usurpatur pro opibus , fortunâ , réque familiari.

74. Arvis.] Per metaphoram , pro in stationibus ac castris vicinis. Ita enim duodecim Athlorum sedes positæ sunt per sidera , ut quæ fors vicina est alteri sorti , ea quoque respondeat Signi stationi propriæ ; altera vera illa fors , vicinæ Signi stationi ; & ita de cæteris per ordinem.

62 Phœbus &c. Pro 5
latus Planetæ.

M. MANIL.

Gg

desert P.

- 75 Horum Operum sortes ad singula Signa locavit ;
 Non ut in æternâ Cœli statione manerent ,
 Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
 Ex iisdem repetita locis : sed tempore sedes
 Nascentum acciperent proprias , Signisque migrarent ;
 80 Atque aliis alio fors quæque accederet astro ,
 Ut caperet genitura novam per sidera formam ,
 Nec tamen incerto confunderet omnia motu :
 Sed cum pars Operum , quæ primâ condita parte est ,
 Accepit propriam nascentis tempore sedem ,
 85 Cætera succedunt , Signisque sequentibus hærent.
 Ordo ducem sequitur , donec venit orbis in orbem.
 Has autem series rerum per Signa locatas ,

facile B.

INTERPRETATIO.

Porro alligavit has partes Athlorum singulis Signis , non ut starent perpetuè in iisdem Cœli castris , & ut ducerentur æqualiter ad omnes natiuitates hominum , quasi ducta semper ex iisdem sedibus : sed ut in tempore nascentium Signa quæque sortirentur suas stationes , & mutarent illas , & ut alia fors stationis adveniret alteri Signo post alia Signa , ut scilicet natiuitas nova acciperet aliam figuram per

Signa , neque tamen misceret omnia vago cursu & motu : sed postquam una fors Athlorum , qua posita est in primo loco , sortita est propriam stationem in tempore genitura hominis , cætera sortes Athlorum subsequuntur & adherent Signis sequentibus. Totus ordo sequitur primum , usqueadum omnis ordo absoluitur in orbem. Verum sicut septem stella Erraticæ aut malè affligunt , aut etiam adjuvant ,

ANNOTATIONES.

75. *Horum operum* , &c.] His 12. v. seqq. iterum docet has duodecim Athlorum sortes , non immotâ statione manere ad certa Signorum castra , v. 165. sed moveri , seu potius mutari ad varia Signorum castra ; scilicet ne Fatorum ratio in omnibus genituris ab uno & eodem capite semper duceretur. Itaque duplex est distinguendum thema genituræ : alterum castrorum ; alterum Athlorum. De 12. castris seu stationibus Signorum , quas Domus Cœlestes vocant , disputatum est fufius lib. 2. à v. 787. ad finem libri ; jam verò de Athlorum sortibus agitur. *Athla* autem Græca vox est v. 162. à verbo ἀθλόν , certo , laboro , &c. Athla igitur sunt opera , res , labores , studia , certamina , artes , & quicumque casus in vitâ humanâ possunt contingere. Cujusmodi duodecim classes distinxerunt artis fideralis Auctores. Quæ quidem Athlorum diversa genera & nomina videre est fig. pag. 240. quam de his excudi curavimus ; & quorundam censum acturus

est Poëta à v. 96. ad v. 160.

81. *Formam* , &c.] Thema , figuram ; Cœli positionem , &c.

82. *Nec tamen incerto* , &c.] His 4. v. monet duodecim Athla certum inter se servare ordinem , ita ut prima fors sit *Fortuna* , quam ducem cætera sequuntur : & sicut duodecim Signa ex ordine volitant per duodecim Athla : ita duodecim Athla & per duodecim Signa , & per duodecim stationes migrent duce Fortunâ. Consule fig. pag. 240.

83. *Quæ prima* , &c.] Id est , *Fortuna* fors , quæ Athlorum princeps est & dux , v. 96.

87. *Has autem* , &c.] His 6. v. monet singulas sortes Athlorum bene aut malè contingere nascentibus , pro bonâ , aut malâ Planetarum affectione , & pro Cardinum præsertim viribus ac dotibus. Jam verò longum esset singulas cujusque Planetæ affectiones persequi ac recensere. Consulat lector Henricum Rauzonium 2. parte de Planet. c. 3. memb. 1. Has enim omnes vario carminæ complexus est.

LIBER TERTIUS.

235

*Natura. P. et B. in margine
cum jam P. et B.*

- In quibus omnis erit fortuna condita summa,
Ut quoniam stellæ septem læduntve, juvantve;
90 Cardinibûsque movet divina potentia Mundi:
Sic fœlix aut triste venit per singula Fatum,
Talis & illius sors est speranda Negotii.
Hæc mihi solemnî sunt ordine cuncta canenda,
Et titulis signanda suis, rerûmque figuris,
95 Ut pateat positura Operum, noménque genûsque.
Fortunæ sors prima data est. Hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domûs, domnîque hærentia cuncta:
Qui modus in servis, qui sit concessus in arvis:
100 Quæve datum magnas operum componere moles,

*consensus P. et B.
Quæ B.*

INTERPRETATIO.

(*quoniam* ita afficiunt), *istos ordines* Operum positos per sidera, in quibus Operibus omnis ratio Fati sita erit: & sicut *via divina* afficit illos suis Cardinibus Cæli: ita *Fortuna* vel *fortunata* vel *infortunata* convenit cunctis Athlis, & similis eventus illius rei est expectandus. Hæc autem Athla sunt à me canenda magnifico ordine, & notanda suis nominibus.

& notis rerum, seu vocibus, ut *positio*, & *titulus*, & *ratio diversa* Athlorum innotescat. Primus locus datus est *Fortuna*. Quo nomine honoratur ille per disciplinam sideralem, quia complectitur in seipso fundamenta familia & ea omnia quæ pertinent ad familiam: docet & quæ moderatio data sit in famulis, & quæ in agris: & quæ ratione concessum sit struere ingentia ædificia.

ANNOTATIONES.

88. *Omnis Fortuna summa.* Id est, quidquid in vitâ hominî potest contingere, ut dixit v. 69. Et quod alio nomine vocat v. 72. totumque hominîs censum: & v. 91. fatum.

89. *Ut quoniam.* Sic restitui ex Vulg. benè quidem; nam vox *ut* particula est similitudinis, quæ respondet voci *sic*, v. 91. Itaque vox *quoniam* parenthesi claudenda est, quasi iterum repetendæ sint voces *læduntve*, *juvantve*. Scaliger autem legit: *ut sit. cum.* Frustrâ autem hæc mutatio, cum nec clarior sit, nec alium sensum reddat.

Stella septem. Supl. Erraticæ, id est, septem Planetæ, lib. 1. v. 15.

90. *Cardinibûsque.* &c. lib. 2. v. 787. & seqq. disputatum est de Cardinum propriis viribus.

91. *Fatum.*] *Fortuna*, v. 88. & lib. 1. vers. 1.

92. *Sors Negotii.*] *Sors* Athlorum; namque res, negotium, opera, Athla, &c. sunt eadem Manilio hic.

93. *Hæc mihi.* &c.] His 3. v. præmonet se singulas Athlorum sortes esse explicaturum.

95. *Operum.*] Athlorum.

96. *Fortuna sors.* &c.] His 6. v. explicat primam Athlorum sortem, seu locum, qui *Fortuna* datur, estque cæterorum dux per sidera. Jam verò per *Fortunam* intellige familiam, & id omne quod ad familiam spectat, servos, agros, ædificia, &c. Unde autem initium ducat sors Athlorum per sidera, jam infra docebitur, v. 186. & 194.

Artem.] Sideralem nempe, id est, Astrologiam.

99. *Concessus.*] Gemb. benè, supl. modus. Vulg. *Consensus*, malè.

100. *Magnas operum moles.*] *Ædificia.* Opus enim dicitur quod ædificando est editum. Hinc tam publica, quam privata ædificia dicuntur *Opera*. Virg. 8. zncid.

Mollibus & stragis opera ad fabrilis surgit.

*quod inaptius, 2 quasi inaptius
apud Virg. signant Ædificia.*

Gg ij

(Ut vaga fulgentis concordant sidera Cœli) :

Post hanc Militiæ locus est , quâ quidquid in armis ;

Quôdque peregrinas inter versantibus urbes

Accideré assuevit , titulo comprehenditur uno.

105 Tertia ad Urbanos statio est numeranda labores.

Hoc quoque militiæ genus est civilibus actis

Compositum , fideique tenet parentia vincla :

Format amicitias , & sæpè cadentia frustra

Officia , & cultus : contingant præmia quanta

110 Edocet , (appositis Mundus cùm consonat astris) :

Judiciorum opus in quarto Natura locavit ,

Fortunamque fori : fundentem verba patronum ;

Pendentemque reum linguâ : Rostroisque loquentem

INTERPRETATIO.

(prout scilicet stella Erratica Cœli lucen-
tia consentiunt) . Post hunc locum sequi-
tur fors Militiæ , quâ id omne , quod soli-
tum est evenire in bellis , & quod accidit iis ,
qui degunt in civitatibus externis , conti-
netur hoc uno nomine . Tertius locus cen-
sendus est operibus Civilibus . Quod qui-
dem genus pariter est quoddam genus
Militiæ , constatque ex rebus Urbanis , &

continet nexus , qui obediunt fidei : facit &
amicitias & obsequia , & beneficia , qua ple-
rumque nequicquam abeunt : docet quanta
remunerations adveniant , (si modo Cœlum
consentis per sidera vaga adnota) . Auctor
Natura posuit rationem Judiciorum in quar-
to loco , & sortem fori : & causidicum pro-
ferentem voces : & accusatum , qui dependet
à verbis causidici : & Oratorem sedentem

ANNOTATIONES.

101. Ut vaga , &c.] Id est , ut Pla-
netæ consenserint , seu læserint , juve-
rintve , ut ait v. 89.

102. Post hanc , &c.] His 3. v. ex-
plicat secundam Athlorum sortem , quæ
Militiæ est . Porro per Militiam intel-
lige id omne quod & in armis , & in
peregrinationibus contingere solet , sæ-
pè enim in itinere cum obviis & pere-
grinis est pugnandum .

105. Tertia ad Urbanas , &c.] His
6. v. explicat tertiam Athlorum sortem ,
quæ Urbanorum est negotiorum . Quo-
in genere censentur acta civilia , fides
in actis contractis , amicitia civium ,
officia præstita , ingrati animi ratio ,
cultus & obsequium & gratitudo .

106. Hoc quoque Militiæ , &c.] Ete-
nim quot lites , quot contentiones ,
quot rixas patiunt acta civilia ! Unde
Cicero pro Muræna , dixit Urbanam Mi-
litiæ sequi , pro in judiciis versari , &
cum adversariis ferro contendere .

108. Cadentia frustra officia .] Id est ,
frustra reddita , & quæ ingrati animi

ratio plerumque sequitur . Quoniam
sunt qui per Officia frustra cadentia in-
telligi voluerunt caduca officia , & mu-
nera , de quibus novell. 53. apud Justi-
nian. Hoc est , cum munus alicujus eo-
rum , qui publica principio negotia ge-
runt , per ejus mortem cecidit . Verum
non tertia , sed quarta fors Athlorum ,
est rerum forensium .

110. Mundus ,] Cœlum .

Astris . . . appositis .] Planetis consen-
tientibus , v. 101.

111. Judiciorum opus , &c.] His 9. v.
explicat quartam Athlorum sortem ,
quæ rerum est Forensium , seu Judicio-
rum fori . Quo titulo continentur Ju-
dicia , Judex , Patronus , Reus , Ora-
tor , Leges , Jus antiquum & rece-
ptum , &c.

113. Rostroisque loquentem .] Oratorem .
Rostra enim locus fuit apud Romanos
antè Curiam Hostiliam , in quo sug-
gestum erat ornatum rostris navium ,
quas olim Antiatibus Romani ceperant .
Quo ex suggesto conciones & orationes

Quæq; P. et B.

consonat P. et B.

Rostroisque loquentur P. rostroisque
loquentis B.

- Impositum, & populo nudantem condita jura :
 115 Atque expensa sua solventem jurgia fronte,
 Cum judex vero nihil amplius advocat ipso.
 Quidquid propositas inter facundia leges
 Efficit, hoc totum partem concessit in unam,
 Atque, (utcumque gerunt dominantia sidera), paret.
 120 Quintus Conjugio gradus est per Signa dicatus,
 Et socios tenet, & comites, atque hospitium una
 Jungitur, & similes conjungens fœdus amicos.
 In sextâ Dives numeratur copia sede,
 Atque adjuncta salus rerum. Quarum altera, quanti

manant P. et B.

hospitis P. et B.

INTERPRETATIO.

in Rostris, & qui explicet plebi leges promulgatas: & Judicem qui dirimat solo suo vultu lites, quæ bene ponderata sunt. quia judex nihil magis vocat in auxilium judicii, quam ipsam veritatem. Id omne, quod eloquentia facit inter jura condita, abiit in hunc unum locum, & cedit, prout stella Erratica dominantes affi-

ciunt Cœlum. Quinta fors per sidera consecrata est Matrimonio, & complectitur socios, & comites; & hospitalitas simul huic sorti adjungitur, & concordia, quæ jungit pares amicos. Locuples abundantia censetur in sextâ sorte, & conservatio divitiarum, quæ comitatur illam. Quarum una docet quàm magni

ANNOTATIONES.

habebantur ad populum. Quatuor enim fori genera distinxit Cicero. 1. Orat. pro quadruplici causarum genere. 1. forum, in quo civiles agebantur causæ. 2. subællia seu Judicia, quæ sedes erant sub dio, in quibus sedebant Judices, qui reos sententiis Tabellaribus judicabant, & qui jura publica exercebant. 3. Rostra. 4. Curia, quæ sedes aut templum fuit publici Consilii, in quo sententiæ dicebantur, & in quâ Senatus conveniebat.

114. Impositum.] Rom. & Vulg. bene, id est, sedentem, suppl. Oratorem. Scaliger in possid. , suppl. jura, quæ erant leges trinundino promulgatæ. Trinundinum autem spatium est viginti septem dierum, quasi ternarum nundinarum, quæ statæ feriæ erant apud Romanos, uno quoque die celebrari solent, eoque consilio institutæ, ut octo diebus rustici in agris essent, nono autem in urbem commearent, partim ut res necessarias sibi compararent, partim ut Plebiscita & Senatusconsulta frequentiore populo referrentur, quæ idem Trinundino, hoc est, tribus nundinis proponebantur,

ne quempiam latere possent. Unde lex jure lata non dicebatur, nisi Trinundino esset promulgata. Quam Scaligeri lectionem non improbo.

Condita jura.] Leges promulgatas, vel potius jus antiquum & receptum.

115. Solventem.] Supl. judicem.

116. Vero.] Gemb. bene, id est, veritate. Scaliger, veri, quasi sit hæc verborum constructio: cum Judex veri, nihil amplius advocat ipso; suppl. vero. Clarior Gemb. lectio.

119. Dominantia Signa.] Planetæ.

Paret.] Sic restituo, , suppl. quidquid, &c. Malè ergo Alii parent. Vulg. manant. Alii, diuunt.

128. Quintus conjugio, &c.] His 3. v. explicat quintam Athlorum sortem, quæ Conjugii est; quæque complectitur pariter id omne, quod pertinet ad Socios, Comites, Hospites, & amicitie Fœdus.

123. In sextâ, &c.] His 4. v. explicat sextam Athlorum sortem, quæ est Divitiarum dispensatio & conservatio.

124. Quarum altera.] Nempe divitiarum dispensatio.

- 125 Contingant usus, monet: altera, quam diuturni.
(Sidera ut inclinant vires, & templa gubernant):
Septima censetur sævis horrenda Periclis,
(Si malè subscribunt stellæ per Signa locatæ).
Nobilitas tenet octavam, quâ constat Honoris
130 Conditio, & famæ modus, & genus, & specioso
Gratia prætextu. Nonus locus occupat omnem
Natorum sortem dubiam, patriosque timores,
Omniâque infantum mixtâ nutritia turbâ.
Huic vicinus erit, vitæ qui continet actum:
135 In quo Servorum mores, & qualibus omnis
Formetur domus exemplis; quôque ordine certo
Ad sua compositi discedunt munera servi.
Præcipua undecimâ pars est in sorte locata,
Quæ summam nostri semper, virésque gubernat:
140 Quâque valetudo constat, nunc libera morbis,
Nunc oppressâ, (movent ut Mundum sidera cumque):

INTERPRETATIO.

usus divitiarum contingant: altera, quam duraturi sint illi usus: prout scilicet stella Erraticæ inflectunt vires suas, & regunt stationes Signorum. Septima fors, quia horrida est, attribuitur horrendis discriminibus, (sc. stella Erraticæ, quæ per Signa posita sunt, malè annuerint). Dignitas generis occupat octavam sedem, in quâ continetur status dignitatis, & ratio estimationis, & nobilitas stirpis, & favor, qui situs est in specie apparenti. Nonâ sedes tenet omnem fortunam ambiguum filiorum, & metus paternus, & omnia

quæ sine discrimine spectant ad educationem puerorum. Locus huic proximus erit ille, qui completitur actum vitæ; & in quo sunt famulorum mores, & dabit qualibus exemplis cuncta familia institatur; & quo certo ordine famuli dociles abeant ad sua quæque munia. Principalis fors posita est in undecimo loco, qui regit perpetuò totam nostri rationem, & robur nostri corporis: & in quo valetudo nostra, modò exempta morbis, modò vexata morbis asseritur, prout dicitur stella Erraticæ afficiunt Cælum.

ANNOTATIONES.

125. *Alterâ.*] Nimirdm salus rerum, seu divitiarum conservatio.

126. *Sidera ut inclinant, &c.*] Id est, prout Planetæ afficiunt Cælum ac Signa, *Templa.*] Signorum castra, aut stationes, lib. 2. v. 942.

127. *Septima censetur, &c.*] His 2. v. explicat septimam Athlorum sortem, quæ est *Periclorum*, ac vitæ discriminum.

128. *Stella.*] Supl. Erraticæ, id est, Planetæ.

129. *Nobilitas tenet, &c.*] His 5. v. explicat octavam Athlorum sortem, quæ est *Nobilitas*, famæ, gratiæ: explicat simul & nonam Athlorum sortem, quæ est *Puerorum* educatio, &

nutritia, id est, ea quæ sunt nutritis, & nutritoris, pædagogi & gubernatoris, &c.

134. *Huic vicinus erit, &c.*] His 4. v. explicat decimam Athlorum sortem, quæ est *Athionum* vitæ, servorumque, ac familiæ numerum.

135. *Servorum mores, & qualibus, &c.*] Scaliger benè. Hic enim locus totus est servorum ac familiæ. Vulg. *Soritur mores*, Gemb. *sortium rumores*, *aqualibus, &c.*] malè.

138. *Præcipua undecimâ, &c.*] His 7. v. explicat undecimam Athlorum sortem, quæ est *valetudinis*, & *medicationum*.

141. *Movent ut Cælum sidera.*] id est, ut Planetæ afficiunt Cælum.

Natorum P. et B.

intraclâ P. et B. Patricia B.

Servis P. et B.

dent P. et B.

quæ P. et B.

et P. et B.

Non alia est sedes, tempusque genusve medendi
Quæ sibi deposcat, vel cujus tempore præster
Auxilium, & vitæ succos miscere salubres.

145 Ultimus & totum concludens ordine, *Summa P. et B.*

Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes
Votorum effectus; & quæ sibi quisque, suisque
Proponit studia, atque artes, hæc irrita ne sint:
Seu ferat officium nutus blanditus in omnes:

150 Aspera sive foro per litem jurgia tentet,
Fortunamve petat pelago, ventisque sequatur:
Seu Cererem plenam, vincentemque horrea messem;
Aut repetat Bacchum per pingua musta fluentem.
Hæc in parte dies atque hæc momenta dabuntur,

155 Si benè conveniant stellæ per Signa sequentes.
Quarum ego posterius vires in utrumque valentes
Ordine sub certo reddam, cum pandere earum
Incipiam effectus. Nunc, ne permista legentem

INTERPRETATIO.

Neque est alius locus qui vendicat sibi vel tempus, vel genus sanandi corpora, vel in cujus tempore remedia sint meliora; & magis conveniat præbere liquores salubres vitæ. Postremum Opus, & quod claudit ordine totum numerum Athlorum, datur opibus acquirendis, & est illud quod complectitur cuncta effecta desideriorum, & facit ne vana sint disciplina & munera, qua quisque proponit sibi, & suis. Sive quis adulatus in omnia obsequia reddat officium: sive aggrediatur atroces rixas in

foro per judicium: sive quærat & infestetur divitiis per mare & per tempestates: sive colligat plenam messem, & segetem qua superet horrea ipsa: sive eliciat vinum, quod distillet per uvæ benè uberes. In hoc loco dies & tempora rerum istarum dabuntur, modo stella Erraticæ benè succedant, & consentiant per Signa. Quarum stellarum Erraticarum ego referam postea sub certo ordine vires potentes in utramque partem, quando incipiam explicare effecta illorum. Nunc autem,

ANNOTATIONES.

145. *Ultimus ac totum, &c.*] His II. v. explicat ultimam & duodecimam Athlorum sortem, quæ est *Votorum* omnium, studiorum, & artium, quas quisque ad res adispicendas sibi proponit, sive per blanditias, sive per litem, sive per navigationem, sive per vindemiam, & per alias ejusmodi rationes.

151. *Cererem.*] Id est, messem. Ceres enim, quia frugum Dea credita est, à Poëtis usurpatur pro messe ac frugibus, lib. 2. v. 21.

Horrea messem.] Vulg. & Rom. benè ad sensum priorum istorum verborum *Cererem plenam*: Quia enim Ceres seu messis plena est, & copiosa, vincit horrea. Scaliger, *vincentem credita messe*: cujus sententiæ sensum non capio.

153. *Bacchum.*] Vinum. Bacchus enim, quia vini Deus creditur, vulgè usurpatur pro vino ac vindemiâ, lib. 2. v. 20. 21.

155. *Stella.*] Supl. Erraticæ, id est, Planetæ.

156. *Quarum ego, &c.*] His 8. v. primum innuit se alibi disputaturum de viribus in utramque partem Planetarum per Athla & Signa: de quibus tamen nullibi in hoc ejus opere Astronomico mentio fit. Deinde concludit interea satis esse id monuisse, ne rerum multitudo lectorem perturbet, duodecimque Labores seu Opera, quæ Græci Athla vocant, ut & annotatum est v. 75. in singulas suas sortes ex ordine distribuisse, eorumque nomina per vires ac rationes edocuisse.

alias P. et B.

tur P. et B.

ita ferat P. et B.

reputat. P. et B.

hæc P. et B. monumenta P.

int P. et B.

utrum P. et B.

Confundant, nudis satis est insistere membris;
 160 Et quoniam toto digestos orbe labores,
 Nominâque in numerum, virêsq; exegimus omnes;
 (Athla vocant Graii) quæ cuncta negotia rerum

INTERPRETATIO.

ne res confusa perturbent lectorem, sufficit
 motari in simplicibus partibus; & sufficit
 quod redegitur in mensuram carminum


Opera duodecim disposita per totum Cœli
 circulum, & titulos, & omnes virtutes
 illorum, quæ Opera Græci vocant Athla.

ANNOTATIONES.

160. *Labores.*] Opera, Athla, v. 75.
 161. *In numerum.*] In carminis men-
 suram, lib. 1. v. 10.

162. *Athla.*] Græca vox, ἀθλα, qua-
 sicertamen, labor, opus, &c. v. 75. not.
 Recentioribus autem dicitur ἀνδρεία,
 id est, actio: vel ἐμπειρία, id est,
 studium, ars, professio, &c. Hactenus
 igitur de duodecim Athlorum fortibus,
 quorum nos hanc figuram excudi cu-
 ravimus, in quâ I. seu exterior ordo
 est 12. stationum immotarum, quas
 nudis numeris signavimus, I I, est 12. Si-

gnorum quæ ad 12. illas stationes mo-
 ventur: est & 7. Planetarum, qui pa-
 riter ad illas stationes moventur per
 Signa, quorum tamen sedes proprias
 assignare hîc non potuimus. III. est
 duodecim Atholorum, quæ pari-
 ter moventur ad 12. Signa per Cœ-
 los; & quorum *Fortuna* locum, qui
 dux est cæterorum, addiximus primo
 Cardini seu Ortui ad ipsum Arietem,
 qui dux est quoque Signorum. Quem
Fortuna locum signavimus notâ orbi-
 culari, quasi *Fortuna* rotâ.



In genera & partes bis sex divisa coherent.

Nunc quibus ascendant Signis quandoque canendum est:

165 Perpetuas neque enim sedes, eadēque per omnes
Sidera nascentes retinent: sed tempore mutant

Nunc huc, nunc illuc Signorum motu per orbem,
Incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.

Ergo age, ne falsā variet genitura figurā;

170 Si sua quemque voles revocare ad fata Laborem,
Fortunæ perquire locum per sidera cuncta,
(Quæ prima pars est numero sic dicta sub Athlis).

Qui tibi cūm fuerit certā ratione repertus,

Cætera prædicto subeuntibus ordine Signis

175 Conjunges, teneant proprias ut singula sedes.

Et ne fortē vagus Fortunæ quærere sedem

Incipias, duplicem certā ratione capeſſe.

Cūm tibi nascentis percepto tempore forma:

INTERPRETATIO.

qua omnia Opera rerum bene constanti distributa in duodecim sortes & genera, jam verò tandem mihi canendum est quibus Signis singula Athla assurgant. Neque enim servant stationes æternas, eadēque Signa omnibus nascentibus: sed alia modo in hanc partem, modo in illam per circulum Signorum identidem variant, ita tamen ut quæ series eorum posita est restet salva & eadem. Agendum igitur, ne nativitas mutetur ex fallaci formâ ductâ: si cupies reducere uniuscujusque Athli

sortem ad suos fatales casus, primum quare per cuncta Signa sedem Fortuna, (quæ prima numero fors est ita appellata inter Athla). Quæ fors Fortunæ cūm per certam viam fuerit à te inventa, reliquas sortes Athlorum addes subsequentibus Signis, eo ordine quo dictum est, ut quæque habeant sua loca. Et ne fortasse incertus cæperis investigare locum Fortuna, accipe geminum modum inveniendi illum certo modo. Quando figura Cœli erit tibi nota & constans tempore cognito nati

ANNOTATIONES.

164. Nunc quibus, &c.] His 5. v. præmonet Poëta se docturum modum inveniendi Athlorum loca per Signa. Neque enim immota stant Athla, sicut stationes ac castra duodecim, de quibus disputatum est lib. 2. à v. 787. ad finem libri, ut suprà monui v. 75. sed mota aguntur per 12. Signa, integro tamen ordine semper manente in orbem.

169. Ergo age, &c.] His 7. v. monet primum inveniendum esse Fortunæ locum, quo reperto per Signum aliquod, cæteræ Athlorum sortes faciliè sequentur per cætera Signa. Dux enim cæterorum est Fortunæ fors. Hujus autem sortis inveniendæ jam duplicem traditurus est modum, nimirum pro

M. MANIL.

vario Solis à Lunâ, & Lunæ à Sole intervallo per Signa.

170. Fata.] Effectus fatales, lib. 1. v. 1. Laborem.] Αθλοι, v. 162.

172. Quæ prima est, &c.] v. 96.

176. Et ne fortē, &c.] His 2. v. monet certam se traditurum rationem duplicem inveniendi Fortunæ locum per sidera. Quod jam præstabit vers. 186. & seqq.

178. Cūm tibi, &c.] His 8. v. monet, dūm quis nascitur, observandum esse an de die, an de nocte nascatur. Hinc enim duplex ratio inveniendi Fortunæ locum per Signa: altera per Solis, altera per Lunæ stationem in Signis, ut jam docebitur.

Forma.] Figura, Thema Cœli, &c.

H. h.

canendu P.

re B.

meta P. et B.

variâ P. et B.

quæ signa laboris R et P.

primo P et B.

ut P. sidera B.

Nature P. et B.

Constiterit, Cœli stellis ad Signa locatis;
 180 Transverso Phœbus si Cardine celsior ibit,
 Qui tenet exortum, vel qui demergit in undas;
 Per tempus licet affirmes natum esse diei.
 At si subjectis senis fulgebit in astris,
 Inferior dextrâ lævâque tenentibus Orbem
 185 Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
 Hæc tibi cùm fuerint certo discrimine nota,

subjectus Pat. B.

INTERPRETATIO.

alicujus, & stellis Erraticis bene oppositis ad Signa sua quæque Cœli. si Sol sublimior vadit, quàm Cardio duplex oppositus (nimirum quàm ille, qui occupat Orientem, aut quàm ille qui immergitur in aquas), oportet ut ille natus sit in temporibus noctis. Cùm autem hæc res cognoveris per distinctam rationem,

ANNOTATIONES.

179. *Stellis.*] Supl. Erraticis, id est, Planetis.

180. *Transverso... Cardine.*] Id est, Ortu, & Occasu, qui ambo sunt Cardines transversi & oppositi per Cœlos, & suprà aut infrà quos Sol lucet, aut latet. *Phœbus.*] Sol, lib. 1. v. 19.

186. *Hæc tibi cùm fuerint, &c.*] His 3. v. explicat & tradit primam rationem inveniendi *Fortuna* locum per Signa, scilicet in geniturâ diurnâ. Itaque cognito Solis loco per Signa, id est, cognito Signo, aut etiam gradu Signi, quo Sol lucet de die, dùm quis nascitur; & similiter cognito Signo, aut etiam gradu Signi, quo tunc Luna lucet, numerandum est quot gradus Sol distet à Lunâ per sidera, (procedendo nimirum à Sole ad Lunam per Signa consequentia à dextrâ in sinistram, quo motu feruntur ipsi Planetæ per Cœlos). Percepto autem huic numero Signorum, graduumve Signorum addendi sunt gradus Signi tunc ascendentis, quot nempe jam ascenderit super Ortum. Deinde totam hanc summam Signorum, aut graduum ita distribuas, ut, initio ducto ab Horoscopo, id est, ab Ortu Cardine, singulis Signis suos triginta gradus addas, tbtque ipsi Signo ascendenti, quot tantum jam decurrerit. In quo autem Signo, aut gradu Signi te summa relinquet, in eo statue *Fortuna* locum; cæteris Signis


cætera respondebunt sequentia Athla. Rem exemplum illustrabit. Sol ergo teneat v. g. in diurnâ geniturâ aliquâ 20. grad. Arietis, Horoscopante seu ascendente super Ortum 10. grad. Cancrî: Luna verò occupet 10. gradum Libræ. A 20. gradu Arietis ad 10. grad. Libræ (per Signa consequentia à dextrâ in sinistram, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, Virginem, & Libram), gradus intercipiuntur 170. Quibus adde 10. gradus Cancrî Horoscopantis seu ascendentis, summa fiet grad. 180. Jam verò duc hanc summam 180. initio factò ab Ortu Cardine, id est à Signo seu gradu Signi ascendentis, nempe, ut ponitur, à 10. grad. Cancrî, per Signa ex ordine subeuntia, superstites sunt gradus 20. Cancro. Da igitur è summâ prædictâ 180. grad. 20. Cancro; Leoni sequenti 30. Virgini 30. Libræ 30. Scorpioni 30. Sagittario 30. tibi supererunt tantum 10. gradus, qui te deferent in 10. gradu Capricorni, qui tibi locus erit *Fortuna* quæsitus, terminabiturque in decimo gradu Aquarii subsequenti. Sequens verò Athlorum fors, quæ secunda est ordine, incipiet à 10. grad. Aquarii, desinetque in 10. grad. Piscium; & ita de cæteris. Tota hæc res patet oculis in hac figurâ, in quâ I. ordo, seu exterior est duodecim Stationum. II. Signorum, quorum dux Aries jam ter-

ciam nonz stationis partem decurrit.
 III. Solis & Lunæ, quorum alter notatus rotâ duplici, occupat, ut monui, 20. grad. Arietis: altera notata tenui circulo tenet grad. 10. Libræ (namque aduerso Signis motu Planetæ ferun-

tur, quod maximè est observandum).
 IV. Athlorum, quorum dux *Fortuna*, in positâ figurâ Coeli, occupat octavam Stationem, Aquarii verò 10. gradus.
 V. Ordo denique continet 12. numeros Athlorum.

DE

DIURNA GENITURA.



Hh ij

Tunc si fortè dies nascentem exceperit alma;
 A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes
 Signorum: Ortivo totidem de Cardine duces;
 190 Quem benè partitis memorant Horoscopon astris,
 In quodcunque igitur numerus pervenerit astrum,
 Hoc da Fortunæ. Junges tunc cætera Signis
 Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.
 At cùm obducta nigris nox Orbem texerit alis,
 195 Si quis erit, qui tùm maternâ cesserit alvo,
 Verte vias, sicut Naturæ vertitur ordo.

olis Part B.
 excessit Part B.

INTERPRETATIO.

tunc si fortasse clara dies exceperit puerum nascentem, numerabis à Sole ad Lunam gradus Signorum interceptorum ex ordine; & sumes tot gradus, incipiendo à Cardine Orientali, quem Græci vocant Horoscopon, Signis nempe ritè divisis per suas 30. partes. Itaque in quodvis Signum summa data inciderit, hoc Signum tribuo Fortuna: addes postea alia Opera suis Signis, (omnibus scilicet subsequenter per certum ordinem). Sed quando nox operam pennis astris operuerit globum terrarum, si quis erit, qui tunc exierit ex utero materno, muta modum, veluti ratio Naturæ mutatur.

ANNOTATIONES.

188. A Sole ad Lunam, &c.] Id est, numerabis quot gradus intersint Solem inter & Lunam, incipiendo scilicet ab eo gradu Signi, in quo tunc Sol lucet, & procedendo ad usque gradum Signi, in quo tunc quoque Luna lucet per Signa subeuntia à dextrâ in sinistram, quo motu Planetæ feruntur, ut jam monui v. 186. not.

189. Ortivo de Cardine.] de Ortu, de Horoscopo, &c.

Totidem.] Sup. partes aut gradus, quot scilicet interfuerint à Sole ad Lunam.

190. Horoscopon.] Græca vox, ἀπὸ τοῦ ὁριζὸν τὸς ὄρεας, id est, ab horis incipiendus, lib. 2. v. 818.

Partitis... astris.] Vel Signis ritè divisis per suos quibusque triginta gradus, ut interpretatus sum: vel, quod maluerim tamen, Signis ritè distributis in suas quibusque sortes: scilicet ut suas quæque sedes occupent, aliud Ortivum, aliud Occiduum, aliud supremum, aliud inferiorem Cardinem, aliæque alias ex ordine stationes.


192. Hec da Fortuna.] Id est, attribue hoc Signum Athlo Fortuna, quod

est primum ac dux cæterorum Athlorum.

194. At cùm obducta, &c.] His 9. v. alteram tradit rationem inveniendi Fortunæ locum per Signa in nocturnâ geniturâ. Idem autem ordo servatur, qui in geniturâ diurnâ, v. 186. annot. Nisi quod à Lunâ ad solem graduum interceptorum summa colligitur: v. g. si quis de nocte nascatur, teneatque Sol tunc infra terras 15. grad. Gemin. Luna verò 20. grad. Aquarii; Horoscopante 25. grad. Leonis, numerabis quot gradus intercipiuntur à 20. gradu ad 15. grad. Geminorum: sunt autem 115. Quibus adde 25. Leonis jam exortos, fit summa 140. Ex his jam 140. grad. tribue Leoni Horoscopanti superstites 5. gradus; Virgini sequenti 30: Libræ 30: Scorpioni 30: Sagittario 30: supererunt 15. grad. Ergo te deferet summa in 15. grad. Capricorni, qui locus erit Fortuna quasi sita: sequens autem Athlon, quæ secunda fors est, incidet in 15. grad. Aquarii, & ita de cæteris. Totam hanc rem tibi pariter sub oculos subijciat hæc tabella.

189 Quæ) vid v: 200.

DE
NOCTURNA GENITURA.



Hh iij

- Consule tunc Phœben imitantem lumina fratris
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis.
Quotque ab eâ Phœbus partes, & Signa recedit,
200 Tot numerare jubet fulgens Horoscopus à se.
Hunc Fortuna locum teneat, subeuntibus Athlis,
Ordine Naturæ sicut sunt cuncta locata.
Forsitàn & quæras agili rem corde notandam,
Quâ ratione queas, in tali tempore nati,
205 Exprimere immenso surgentem Horoscopon orbe.
Quod nisi subtili visum ratione tenetur,
Fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo.
Cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,
Mentitur faciem Mundus, nec constat origo,
210 Flexaque momento variantur sidera templi.
Sed quanta effectû res est, tam plena laboris,
Cursibus æternis Mundum per Signa volentem,

natali Rat P.

sub stellis visus B. & P.

mundi B.

INTERPRETATIO.

Quare tunc Lunam, qua sequitur lucem fratris sui Solis perpetuò, & qua dominatur per suum tempus noctis. Et quot gradus Signorum, quæve Signa Sol distat ab illâ, Horoscopus affulgens postulat, ut computes tot gradus ab ipso. Fortuna autem occupabit hanc sedem quam ille numerus designabit, ceteris Operibus sequentibus, velut sunt omnia posita per legem Naturæ. Forid fiet ut quæras rem quoque observandam solerti mente; scilicet quomodo possis, in tali tempore pueri

nascens, repræsentare Horoscopus ascendentem in tantâ mole Cœli. Quæ tamen res nisi nota habeatur solerti mente, necesse est ut principia disciplina hujus elabantur, nec ullus ordo bene fiat. Quia fallentibus Cardinibus, qui regunt omnia in hac arte, Cœlum exhibet falsum vultum, nec ullum est initium certum Signorum, quia Signa quæque Cœli mutantur mota in instanti. Verùm quàm magna res est in effectû, tam difficilis est cognitiû, repræsentare scilicet Cœlum, quod per sidera movetur perpetuis motibus.

ANNOTATIONES.

197. Phæben... imitantem, &c.] Lunam, quæ radiis Solis est obnoxia, lib. 2. v. 97. 914.

200. Horoscopus.] Signum primum ascendens.

203. Forsitàn & quæras, &c.] His 25. v. objectionem proponit de modo inveniendi Signum Horoscopans. Cùm enim perpetuis cursibus eant Signa per immensum Cœlum, quis tantæ molis vel minimum punctum possit deprehendere, facièmq; Cœli, ut est, componere? Quod tamen omninò præstandum est; aliàs enim tota artis fundamenta ruerent, falsûque Signo Horoscopante mentitur suam faciem Cœlum. Igitur præcipuè noscendi sunt & quatuor Cœli Cardines, & Signa per eos volitantia. Quæ quidem res tam

plena laboris videtur, quanta est effectû. Cui difficultati faciet jam satis, dum modum inveniendi Signorum ascensionem per singulas terrarum regiones docebit.

205. Immenso.] Ità omnes. benè. Sic enim sese explicat Poëta v. 215.

Ac tanta molis minimum deprehendere punctum.

Scaliger, immenso, propter vocem sequentem, surgentem.

206. Subtili visum.] Scaliger, benè. Vulg. & Rom. Sub stellis visus, suple Horoscopus, nec insana lectio.

207. Artis.] Astronomicæ.

209. Origo.] Initium Cœli, aut Signorum.

210. Templi.] Cœli, Zodiaci. lib. 2. v. 354.

- Ut totum lustret curvatis arcubus orbem ,
Exprimere , & vultus ejus componere certos ,
 215 Ac tantæ molis minimum deprendere punctum .
 Quæ pars Exortum , vel quæ fastigia Mundi ,
Aut ferat Occasus , aut imo federit Orbe ,
 Nec me Vulgatæ rationis præterit ordo ,
 Quæ binas tribuit Signis furgentibus horas ;
 220 Et paribus spatiis æqualia digerit astra ,
 Ut parte ex illâ , quâ Phœbi cœperit orbis ,
 Discedat numerus , summamque accomodet astris ,
 Donec perveniat nascentis tempus ad ipsum ;
 Atque ubi substiterit , Signum dicatur oriri .
 225 Sed jacet obliquo Signorum circulus orbe ,

Exprimat P. et B.

*Aufersat P. et A. uno. P.
 sedcat. B.
 fulg. B. et P.*

sic v. 301 nascim Astrum.

INTERPRETATIO.

ut peragret omnem circulum Signorum ,
 quæ curvis templis constat : & consuetudine
 veram faciem illius , & percipere vel mini-
 mam partem tam immensa molis . Et de-
 prehendere quæ pars portet Orientem , quæ
 pars ferat Vorticem Cœli , vel Occidentem ,
 vel denique quæ pars jacet in Infimo
 Cœlorum circulo . Neque ratio methodi
 vulgaris fugit me , quæ dat duas horas sin-

gula Signis orientibus , & quæ distribuit pa-
 ria Signa aequalibus spatiis . ita ut computa-
 tio retrò ducatur ab eâ parte , in quâ rota
 Solis inceperit : & adaptet numerum Si-
 gnis , donec veniat ad ipsum tempus Horos-
 copantis Signi ; & cum numerus desce-
 rit , tunc illud Signum dicatur ascendere .
 Verùm hæc ratio nulla est , quia circu-
 lus Signorum ducitur in obliquum gyrum .

ANNOTATIONES.

216. *Qua pars , &c.*] Etenim in pri-
 mis observandum est quæ Signa te-
 neant quatuor ipsi Cardines , ut inde
 facilius innoscat , quas medias Cœli
 partes Signa teneant .

218. *Nec me vulgata , &c.*] His 7. v.
 vulgatam proponit methodum inve-
 niendi Signi Horoscopantis , quæ Chal-
 dzorum fuit Æruscatorum . Illi enim
 singulis Signis binas in exortum horas
 tribuebant . Atque ut Signum Horosco-
 pans invenirent in alicujus geniturâ ,
 observabant quâ horâ ille nasceretur ,
 & ab hac horâ ad ortum Solis retro-
 cedebant , tribuendo singulis Signis bi-
 nas horas , donec ad ipsum Orientis
 Cardinem pervenissent : v. g. nascatur
 quis horâ meridianâ , die 22. Junii quâ
 Sol Cancrum ingreditur ; Horoscopans
 Signum Scorpionis fuerit necesse est .
 Namque à meridie ad sextam horam
 matutinam horæ sunt sex , quæ binæ
 datæ signis retrò positæ tria adimplent
 Signa , Leonem , Virginem & Libram .
 Itaque qualem gradum Cancræ tunc Sol

intraverit , talis erit gradus Scorpionis
 Horoscopans .

223. *Nascentis .*] Exorientis , scilicet
 vel Signi , vel Cœli .

225. *Sed jacet obliquo , &c.*] His 13. v.
 primam reddit rationem cur prædicta
 methodus falsa sit . Quippè quia , ut
 certa stare posset , recta omnia oriri Si-
 gna par esset : alias enim paribus ho-
 ris æqualia Signa non essent . At do-
 cet Signa non omnia oriri recta , sed
 alia recta , alia obliqua , prout remo-
 tius à nobis recedunt , aut propius ac-
 cedunt . Sic quia v. g. proximè ad nos
 accedit Cancer , Capricornus verò lon-
 gissimè recedit , illum oriri maximè
 obliquum , hunc maximè rectum ait .
 Quod enim rectius oritur Signum ali-
 quod , eò minùs temporis in eo decur-
 rendo Sol insumere videtur , quod verò
 magis obliquum surgit , eò tardiùs Sol
 illud lustrat . Hinc dies in Cancro lon-
 gissimi ; noctesque brevissimæ in Ca-
 pricornio . Loquitur autem Poëta habi-
 tà ratione populorum regiones Septent.

magis longe est in

Ast B.

Atque alia inflexis oriuntur sidera membris :
 At illis magis est rectus surgentibus ordo,
 Ut propius nobis aliquod, vel longius astrum est.
 Vix finit luces Cancer, vix Bruma reducit :

230 Quàm brevis illa jacet, tam longus circulus hic est.
 Libra Ariésque parem reddunt noctémque diémque.
 Sic media extremis pugnant, extremáque summis.
 Nec nocturna minùs variant, quàm tempora lucis.
 Sed tantùm adversis idem stat mensibus ordo.

tam. B.

235 In tam dissimili spatio, variisque dierum
 Umbrarúmque modis, quis possit credere in auras
 Omnia Signa pari Mundi sub lege meare?
 Adde quod incerta est horæ mensura, neque ullum

qui B.
 manere P. et B.
 ullam B.

INTERPRETATIO.

Et alia Signa ascendunt obliquis partibus; alia vero ascenduntia habent circulum magis rectum, prout aliquod est nobis propinquius. Vix Cancer terminat dies, vix Solstitium brumæ reddit illos: scilicet ille circulus Cancræ tam longus est, quàm hoc dictum Solstitium brumale est breve. Libra & Ariés efficiunt dies, & noctes æquales. Ita media tempora mediis

opponuntur, & ultima ultimis. Similiter tempora noctium non minùs diversa sunt, quàm diei. Sed par ratio inest solum mensibus oppositis. In tam dispari intervallo, inque tam diversis rationibus dierum ac noctium, quis queat credere cuncta Signa migrare in æthera Cæli aequali mensurâ? Adjice, quod regula hora non est æqua, neque pars una se-

media non opponuntur medijs
 illa enim noctes diem parum
 videntur.

ANNOTATIONES.

Habitantium. Sed de hoc diverso, recto & obliquo Signorum ortu occasu, consule Claviuum in 3. cap. Sph. Joan. de Sacrobosc. Longior enim essem in hisce referendis, quàm hæc brevis interpretandi ad annotationes faciendi ratio possit.

229. Brumæ.] Solstitium hibernum, lib. 2. v. 404. cujus initium dat Capricornus, sicut æstivi Solstitii principium dat Cancer oppositus.

230. Illa.] Brumæ.

Hic.] Cancræ.

231. Libra Ariésque parem &c.] Quia æqualiter à nobis recedunt.

232. Sic media extremis, &c.] Id est, sic extrema Signa extremis opponuntur, v. g. Cancer & Capricornus. Sic media mediis, v. g. Ariés & Libra. Sic & alia intermedia intermediis, v. g. Taurus & Scorpius: Gemini & Sagittarius: Leo & Aquarius: Virgo & Pisces. Qualis enim est diurnitas diei in altero istorum Signorum binorum, talis est nox in altero opposito;

& contrâ.

236. In auras.] In æthera, seu aërem superiorem, quem spiramus. Aura enim opponitur hic inferiori terrarum parti. Virg. 7. æn.

Ad sidera rursus
 Etheria, & superas Cæli venisse sub
 auras.

238. Adde quòd, &c.] His 8. v. alteram reddidit rationem cur verus illa methodus inveniendi Signi Horoscopantis sit falsa. Nimirum quia horæ dierum ac noctium sunt inæquales pro inæqualibus diebus ac noctibus, quæ modò longiores, modò breviores feruntur. Verum hæc ratio non valet nisi apud Italos, qui diem ac noctem metiuntur ortu & occasu Solis; quique suos dies pariter ac noctes in duodecim tamen horas partiuntur; quæ quidem horæ inæquales sunt pro inæquali dierum ac noctium forte. Valet autem argumentum. Cum enim sex Signa de nocte, sexque de die semper orientantur & occidunt, (ut benè con-

Alterâ

leg: par
leg: subaunt:

Altera pars sequitur : sed sicut summa dierum

240 Vertitur, & partes surgunt, rursumque recedunt.

Cū tamen in quocumque dies deducitur astro,

Sex habeat suprā terras, sex Signa sub illis.

Quò sit ut in binas non possint omnia nasci,

Cū spatium non sit tantum pugnantibus horis,

245 Si modò bis senæ servantur luce sub omni.

Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.

Nec tibi constabunt aliter vestigia veri, * hoc ordine

Ni lucem noctemque pares dimensus in horas,

In quantum vario pateant sub tempore, nōris;

Regulāque exactas primū formetur in horas,

Quæ segnemque diem, segnes perpendat & umbras.

oris B.

formantur B.

legit et in MS P. et B.

INTERPRETATIO.

quitur aliam : sed voluitur sicut fors dierum. & partes omnes horarum oriuntur & iterum abeunt sicut dies. Attamen omnis dies, in quocumque Signo profertur, habet sex Signa super terras, & sex infra illas. Unde accidit ut cuncta Signa nequeant oriri in duas quaque horas, quandoquidem spatium non datur tam magnum, horis scilicet ita diversis, eam duodecim horæ contineantur sub om-

ni die. Quam tamen horarum summam ratio debet concipere, licet usus non admittat. Neque enim alio modo cognoscere certas vias veritatis, nisi mensus fueris noctem & diem in aequales horas, & cognoveris in quantum tempus protrahantur in diverso tempore anni, & nisi primo norma ducatur in horas diligenter paritas, quæ quidem norma quasi examinet & tardum diem & tardas noctes.

ANNOTATIONES.

stat, & ut ipse testatur Aratus), necesse est ut Italici saltem ea singula Signa interdum per horas inæquales oriuntur & occidunt de die ac de nocte.

246. Quem numerum, &c.] His 29. v. docet interea ex datâ occasione, quæ sit dierum ac noctium horarumque varia mensura, quæve ejus diversitatis reperiendæ facilis ratio tenenda sit. Hanc autem regulam accommodat horis ac diebus noctibusve Italicis, ut jam sigillatim annotabitur. Porro hos 54. v. seqq. è suâ sede in alienam transtulerat Scaliger, nimirum post v. 492. nos eos in suam sedem retulimus; bene enim cum superioribus cohærent. Neque enim abs re est ut Manilius agens de dierum, noctium, ac horarum inæqualitate, datâ occasione, horarum ac dierum mensuram doceat, antequam veras cuiusque Signi ascensiones tradat, ubi veterem illam sententiam de binis horis in singula Signa jam satis refellisse

visus est. Nec refert quiddam eandem iterum postea refutet.

Debet.] Sup. capere. Scilicet quodlibet Signum continet 30. grad. quælibet hora 15. grad. unde ratio videtur docere binas horas in singula Signa duci. Verum id usus non capit, quia tempora dierum non mensurantur Zodiaci longitudine: sed Signorum ascensione, quæ modò recta, modò inflexa surgunt.

250. Exactas.] Diligenter paritas.

251. Quæ segnemque diem, &c.] Ita restituendum. Segnem enim vocat diem ac noctem, quæ longior ac tardior fertur: quales feruntur in principio Canceri dies, & noctes initio Capricorni, Scaliger.

Quæ segnemque diem sedes perpendat & umbras.

Vulg.

Quæ segnemque diem sedes. &c.

Quæ sanæ non sunt lectionis, sed veræ tantum sententiæ vestigia.

M. MANIL.

Ii

cum B. et P.

Astrus P. et R.

vixit R.

non P.

Hæc erit in Librâ , cùm lucem vincere noctes
Incipiunt , vel cùm medio concedere Vere.
Tunc etenim solùm bis senas tempora in horas
255 Æqua patent , medio quòd currit Phœbus Olympo.
Hic cùm per gelidas hyemes , summotus in Austros ,
Fulget in octavâ Capricorni parte biformis ,
Tunc angusta dies vernaes fertur in horas
Dimidiam atque novem. Sed nox oblita dici

INTERPRETATIO.

Hæc autem regula ducetur in Librâ , quando noctes incipiunt superare diem , aut quando in medio Vere incipiunt cedere diebus. Tunc enim tantum tempora paria dierum ac noctium extenduntur in 12. horas, eò quòd Sol volitat in medio Cælo. At cùm Sol remotus à meridi. nales partes lucet in octavo gradu duplicis Capricorni in frigidâ hyeme , tunc brevis dies volvitur in novem horas vernaes cum dimidiâ. Nox verò imme-

ANNOTATIONES.

252. Hæc erit in Librâ , &c.] Methodum proponit inveniendi brevitatem longitudinẽque dierum ac noctium. A Librâ ad Capricornum colligitur noctium longissima mensura : dierum verò brevissima fors. Et contrâ ab Ariete ad Cancrum colligitur dierum fors longissima , noctium verò brevissima. Quæ tamen mensura temporum mutatur pro variâ elevatione Poli super Horizontem. Quòd enim Polus magis attollitur , eò longiores sunt dies in Cancro , noctes verò breviores : & contrâ , eò breviores sunt dies in Capricorno , noctes verò longiores. Recte autem à Librâ & ab Ariete mensura temporum duci debet , quia dies ac noctes in iis æquales semper sunt. Loquitur autem Poëta , ut monui , habita ratione populorum Septentrionales terras incolentium.

253. Medio Vere.] Nimirum in Ariete.

255. Olympo.] Cælo , lib. 1. v. 178.

256. In Austros.] In partes Meridionales , (habita quidem ratione nostri).

257. In octavâ Capricorni parte. &c.]

Loquitur ad mentem veterum Astronomorum , qui Brumæ initium posuerunt in octavo tantum Capricorni gradu. Quia enim Sol , ante & post initium Capricorni , vix dierum ac noctium mutationem reddere videtur , propter Zodiaci flexuram , quæ in majori arcu , qualis est Zodiacus , non percipitur aut

vix sentitur , idem in octavum grad. Capricorni brumale Solstitium referebant : sic & verni temporis initium in octavum gr. Arietis : Æstivum Solstitium in octavum grad. Cancræ : Autumni principium in octavum grad. Libræ. Sed hunc errorem veterem jam recentiores Astronomi castigaverunt.

258. Vernaes , &c.] Id est , quæ ab hyemalibus crescunt in vernaes.

259. Dimidiam atque novem.] Loquitur Poëta ex doctrinâ Eudoxi , qui de Sphæra scripserat ad elevationem Poli grad. 36. Itaque juxta hanc doctrinam recte statuitur dies brevissimus in Brumæ horarum 9. 1/2 , quales contingunt regionibus , ac civitatibus , quæ in quinto climate continentur ; verbi gr. Babyloniz , Rhodi , &c. Noctes autem iisdem regionibus ac civitatibus longissima est in Solstitio Æstivo horarum 14. 1/2. Cujus rei ratio colligitur ex diverso climatũ genere ac numero. Quodlibet enim clima facit ut una semihorâ dies noctesve crescant , initio ducto ab ipso Æquatore hinc inde ad Polos Mundi. Res patet in hac tabellâ , in quâ prior numerus est 14. climatũ. Secundus 48 parallelorum. Tertius certæ elevationis Poli pro vario climate ac parallelo. Quartus dierum Solstitii , id est , longissimorum in quolibet climate. Quintus latitudinis climatũ per gradus ac minuta.

~~habita quidem ratione nostri~~
vid: v: 266.

Climata.	Paralleli.	Elevatio Poli.		Dies Solstitial.		Latitud.			Climata.	Paralleli.	Elevatio Poli.		Dies Solstitial.		Latitud.	
		D.	M.	D.	M.	D.	M.				D.	M.	D.	M.	D.	M.
1	1			11.	0.	8.	30.		13	25	58.	24.	18.	0.		
	2	8.	30.	12.	30.					26	59.	58.	18.	30.	1.	34.
	3	8.	30.							27	59.	58.	18.	30.		
2	4	16.	37.	13.	0.	8.	70.		14	28	61.	19.	19.	0.	1.	12.
	5	16.	37.	13.	0.					29	61.	19.	19.	0.		
3	6	24.	3.	13.	30.	7.	26.		15	30	62.	29.	19.	30.	1.	10.
	7	24.	3.	13.	30.					31	62.	29.	19.	30.		
4	8	30.	37.	14.	0.	6.	34.		16	32	63.	28.	20.	0.	0.	59.
	9	30.	37.	14.	0.					33	63.	28.	20.	0.		
5	10	36.	22.	14.	30.	5.	45.		17	34	64.	17.	20.	30.	0.	49.
	11	36.	22.	14.	30.					35	64.	17.	20.	30.		
6	12	41.	20.	15.	0.	4.	57.		18	36	64.	57.	21.	0.	0.	40.
	13	41.	20.	15.	0.					37	64.	57.	21.	0.		
7	14	45.	33.	15.	30.	4.	13.		19	38	65.	28.	21.	30.	0.	31.
	15	45.	33.	15.	30.					39	65.	28.	21.	30.		
8	16	49.	6.	16.	0.	3.	33.		20	40	65.	51.	22.	0.	0.	23.
	17	49.	6.	16.	0.					41	65.	51.	22.	0.		
9	18	52.	1.	16.	30.	2.	55.		21	42	66.	8.	22.	30.	0.	17.
	19	52.	1.	16.	30.					43	66.	8.	22.	30.		
10	20	54.	28.	17.	0.	1.	27.		22	44	66.	20.	23.	0.	0.	12.
	21	54.	28.	17.	0.					45	66.	20.	23.	0.		
11	22	56.	35.	17.	30.	2.	7.		23	46	66.	27.	23.	30.	0.	7.
	23	56.	35.	17.	30.					47	66.	27.	23.	30.		
12	24	58.	24.	18.	0.	1.	49.		24	48	66.	30.	24.	0.	0.	3.

Ii ij

num. r. v. B. et P.
 dimidiâs B. et P.
 ubi unq. B. et P.

causâ P.

ubi B.

gradibus P. et B.

- 260 Bis septem appositâ numerus ne claudicet horâ
 Dimidiâ. Sic in duodenas exit utrinque
 Et redit in solidum naturæ condita summa.
 Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces;
 Donec ad ardentis pugnâint sidera Cancrî.
 265 Atque ibi, conversis vicibus, mutantur in horas
 Brumales, noctemque dies, lucemque tenebræ
 Hibernam referunt, alternæque tempora vincunt,
 Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
 Impulsæ; quarum ratio manifesta per artem
 270 Collecta est, venietque suo per carmina textu.
 Atque hæc est illas demum mensura per oras,
 Quas rigat æstivis gravidus torrentibus amnis
 Nilus, & erumpens imitatur sidera Mundi
 Per septem fauces, atque ora fugantia pontum.

INTERPRETATIO.

mor. luois fertur in quatuordecim horas. additâ dimidiâ horâ, ne summa non compleatur. Ita numerus dierum ac noctium constitutus abis & reuertitur ex utrâque parte in integram summam naturalem dici. Ex unâ parte noctes minuuntur, & dies crescunt in tempora, utque dum certando pervenerint ad stellas calidi Cancrî. Et in eo loco. vice versâ, dies vertuntur in horas hibernas, & dias imitantur noctem hyemalem, & noctes diem

hyemalem, & superant vicissim tempora, dum deducuntur certis partibus per Signa modo in hanc, modo in illam partem. Quarum noctium & dierum modus certus repertus est per disciplinam, & iterum dabitur suo ordine per versus. Et hæc est tandem mensura dierum ac noctium per illas regiones, quas Nilus fluvius, qui summeis fluctibus æstivalibus, irrigat, & qui influens per septem ostia & fauces, qua propulsant ipsum mare, sequitur stellas Cæli.

ANNOTATIONES.

260. Numerus ne claudices. Id est, ut summa 24. hor. dici naturalis adimpleatur.

262. In solidum.] In 24. horas, quæ sunt solida summa diei naturalis.

263. Inde] Id est, ab initio Capricorni ad Cancrum.

265. Atque ibi.] Id est ab initio Cancrî ad Capricornum.

269. Per artem.] Per methodum supra traditam v. 250.

271. Atque hæc est.] His 4. v. posterioribus monet eam, quam tradidit mensuram dierum ac noctium, Ægypti regionibus contingere.

272. Æstivus gravidus.] Ita restitutum. Malè enim Vulg. & Rom. æstivus gravidus. Nilus autem æstivo tempore totam Ægyptum suis restagnationibus obrutam tenet & fecundat,

lib. I. v. 44.

273. Imitatur sidera Mundi.] Lunam scilicet & Solem, quæ sicut maris, ita Nili æstus movent, terrisque immittunt, & referunt, ut dixit Poëta lib. 2. v. 89. 90. & seqq. Ita enim credidit veteres. Recentiores autem Nili æstum referunt in nives, quæ per æstatem liquefiunt, & ruunt è montibus Æthiopiz. Nescio ego quid commentus sit Scaliger de similitudine Nili septem ostia habentis, cum septem Planetis. Quasi verò ea fuerit Manilii mens.

24. Pontum.] Mare mediterraneum, in quod se Nilus exonerat magno cum impetu. Unde Papin. 8. Theb. de Nilo dixit:

septemque patenibus arvis
 In mare feri hyemes.

non ex una parte, sed hinc,
 vel, ab ea tempore.

ab octavo gradu

ita quidam est Manili
 mens:

LIBER TERTIUS.

253

275 Nunc age, quot stadiis & quanto tempore surgant
Sidera, quòtve cadant, animo cognosce sagaci,
Ne magna brevibus careant compendia dictis.
Nobile Lanigeri fidus, quod cuncta sequuntur,

Hic tituli locus in MSS.
P. et B. sed titulus desst:
quòq; P. et B.
magna in P. et B.

INTERPRETATIO.

Jam verò age, percipe solerti mente ac perspicaci animo, quos stadiis, & quanto tempore Signa quæque exoriantur, quòtque occidant, ne longa epitomi-
ciant brevibus verbis. Primò præclarum
Signum Arietis, quod dux est cæterorum,

ANNOTATIONES.

275. Nunc age.] His 3. v. monet se traditurum methodum inveniendi tempus & horas, quas singula Signa ducunt, dum oriuntur & occidunt. Duplicem autem ejusmodi tradit methodum, alteram à v. 278. ad v. 301. alteram verò à v. 301. ad v. 321. Porro loquitur tantum Poëta de horis & stadiis, quibus singula Signa Zodiaci exoriuntur, & occidunt: de aliis verò temporum rationibus nec mentionem facit, nec methodum tradit: verum facile est cæteras temporis sortes ad hæc duo genera referre. Itaque duplicem methodum traditurus est inveniendi illius utriusque temporum sortis, horarum scilicet & stadiorum. Quid autem sint stadia, de quibus hic agit Manilius, & quot per totum Zodiaci circum ducantur jam infra sumus explicaturi: & ex ejusdem dictis ac doctrinâ figuram sequentem paginâ sequenti 254. excudi curavimus, in quâ quasi sub oculos subjecimus totam hanc de stadiis Manilianam rationem. Aliàs enim non ita obvium cuique fuisset hoc stadiorum genus diversum per diversos Signorum ortus & occasus, quos Vulgus ascensiones & descensiones vocat. Interim moneo non convenire inter se Auctores de stadiorum numero per totum Zodiacum. Alii enim plùs, alii minùs quàm 720, sta-

dia esse volunt. Consule Firmic. lib. 3. 277. Ne magna brevibus, &c.] Sic lib. 2. v. 927.

Ut brevis in longo compendia carmine præstem.

278. Nobile Lanigeri, &c.] His 8. v. docet Poëta Arietem, dum exoritur, occupare stadia 40: id est, hor. 1. & minut. 20. Dum vero occidit, tenere stad. 80. id est, hor. 2. & min. 40. Quinque verò reliqua Signa, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, & Virginem, dum exoriuntur, singula crescere stad. 8 Non ita tamen ut æquali spatio singula ascendant: sed ut quodque Signum sequens præcedenti addat semper stadia octo. Sic quia Aries ascendit stad. 40: Taurus sequens ascendit stad. 48: Gemini stad. 56: Cancer, stad. 64: Leo, stad. 72: Virgo, stad. 80. Dum autem hæc Signa quinque occidunt, non duplicant, ut Aries, hanc stadiorum summam: sed amittunt, ordine quidem mutato, ita ut Taurus occidat stad. 8. minùs, quàm Aries: Gemini stad. 8 minùs, quàm Taurus, & ita de cæteris. Aries autem occidat stad. 80. Taurus ergò occidet stad. 72. Gemini, stad. 64: Cancer, stad. 56: Leo, stad. 48: Virgo, stad. 40. Tota hæc res patet in hac tabulâ pag. sequenti posita.

Ortus					Occasus				
Signa	Stadia	Horæ	Minuta	Gradus	Signa	Stadia	Horæ	Minuta	Gradus
♈	40.	1.	20.'	20.	♏	80.	2.	40.'	40.
♉	48.	1.	36.'	24.	♐	72.	2.	24.'	36.
♊	56.	1.	52.'	28.	♑	64.	2.	8.'	32.
♋	64.	2.	8.'	32.	♒	56.	1.	52.'	28.
♌	72.	2.	24.'	36.	♓	48.	1.	36.'	24.
♍	80.	2.	40.'	40.	♎	40.	1.	20.'	20.
Ortus					Occasus				
♈	80.	2.	40.'	40.	♏	40.	1.	20.'	20.
♉	72.	2.	24.'	36.	♐	48.	1.	36.'	24.
♊	64.	2.	8.'	32.	♑	56.	1.	52.'	28.
♋	56.	1.	52.'	28.	♒	64.	2.	8.'	32.
♌	48.	1.	36.'	24.	♓	72.	2.	24.'	36.
♍	40.	1.	20.'	20.	♎	80.	2.	40.'	40.
Signa	Stadia	Horæ	Minuta	Gradus	Signa	Stadia	Horæ	Minuta	Gradus

Stadiumorum Ratio }

Dena quater stadia exoriens : duplicatâque ducit,
 280 Cum cadit ; atque horam surgens , ejusque trientem
 Occupat , occiduus geminat. Cum cætera Signa
 Octonis crescunt stadiis orientia in Orbem ;
 Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras ,
 Hora novo crescit per singula Signa quadrante ,

INTERPRETATIO.

sumit sibi quadraginta stadia . cum
 surgit : & dum occidit assumit illa sta-
 dia geminata : & sic dum exoritur ,
 tenet unam horam integram , & ter-
 tiam horæ partem : dum vero cadit , du-

plicat. Cum reliqua Signa surgentia su-
 per terras augentur octo stadiis ; & dela-
 bentia in frigidas tenebras perdunt tot
 stadia , hora quidem in iis singulis Si-
 gnis augetur uno novo quadrante horæ.

ANNOTATIONES.

279. Dena quater stadia.] Id est, sta-
 dia 20. Singula autem stadia hæc Ma-
 niliana respondent binis horæ momen-
 tis ; respondent & singulis semigradi-
 bus Zodiaci. In die sunt 24. horæ : in
 singulis horis minuta 60 : in Zodiaco
 gradus 360. Igitur sunt omnino stadia
 Maniliana hæc 720. ut dicetur infra
 v. 447. Manilius autem hanc stadiorum
 rationem accommodavit ad ascensiones
 & descensiones Signorum , pro eo sphæ-
 ræ habitu , quem statuit v. 259. ad ele-
 vationem Poli grad. 36. In hoc enim
 sphæræ situ arcus diurnus maximus , seu
 dies maxima est horarum 14. cum di-
 midia. Arcus verò diurnus minimus ,
 seu dies minima horar. 9. cum dimid.
 Porro horis 14. cum dim. respondent
 stadia 435. horis verò 9. cum dim. re-
 spondent stadia 285. At duplex hæc sum-
 ma 435. & 285. in unam ducta adim-
 plet numerum supradictum stad. 720 :
 sicut horæ 14. cum dim. & 9. cum di-
 mid. adimplent horas diei 24. Jam ve-
 rò eadem ratio accommodari posset ad
 alios sphæræ situs , mutatâ stadiorum
 summâ ad ortum & occasum Signo-
 rum , pro vario arcu diurno maximo
 & minimo. Quod & Manilius docebit
 infra v. 422. & seqq.

279. Duplicata.] Id est , 80. stadia.

280. Eiusque trientem.] Id est , horæ
 tertiam partem , nimirum minuta 20.
 Est enim *Trientis* pars tertia *Affis* : As
 autem vulgò sumitur pro solido & to-
 to quovis , quod per duodecim partes
 dividi potest. Partes autem horæ sunt
 minuta 60. quorum tertia pars , seu
 trientis sunt 20.

281. Cætera Signa.] Nempè quæ ab
 Ariete ad Libram feruntur , Taurus ,
 Gemini , Cancer , Leo , Virgo.

282. Octonis crescunt. &c.] Ut expli-
 cui jam v. 278.

283. Totidem.] Scilicet , stad. 8.

284. Hora novo crescit. &c.] His 2. v.
 nihil aliud vult Poëta , quàm docere
 singula illa quinque Signa ; quæ ab
 Ariete ad Libram sequuntur , crescere
 minutis 16. Etenim cum singula cre-
 scant 8. stadiis , stadiâque 8. dent mi-
 nuta 16. sequitur ut singula crescant mi-
 nutis 16. Verùm tota difficultas rei la-
 tet in ipsis Manilianis verbis. Itaque
 hora , id est , illa hora & minuta 20.
 quibus Aries ascendit : crescit novo qua-
 drante , id est , augetur minutis 15 per
 singula Signa , id est , per alia quinque
 Signa sequentia , Taurum , Gemi-
 nos , &c. *tertiâque* , sup. pars ; ejus .
 sup. quadrantis , quod est , quinque mi-
 nuta. Namque quadrans horæ constat
 minutis 15. tertia autem pars 15 sunt 5.
Inducitur , id est , erogatur ac additur
 non quidem tota simul & semel , sed
in quantas partes , id est , in tot par-
 tes divisa , quot sunt illa reliqua Signa ,
 in quæ inducitur & erogatur : sunt au-
 tem ea Signa quinque : igitur tertia
 pars quadrantis horæ erogata in quin-
 que Signa , dat singulis tantum unita-
 tem. Quæ unitas juncta cum 15. dabit
 16. quæ summa est minutorum ho-
 ræ , quibus singula Signa crescunt exo-
 rientia. Hic locus hæc interpretatione ,
 atque explicatione fuit illustrandus. Ne-
 que enim cuilibet faciliè obvius erat :
 Unde v. 285. fuit quoque restituendus.

gelidas, vergentia B. cadens vi =
 genha P.

viz: Dena quater signa
 20: duplicata 80: quæd
 unum plus?

quarta pars inducit P. et B.

285 Tertiæque in quantas partes inducitur ejus.

Hæc sunt ad Libræ fidus surgentibus astris
Incrementa. Pari momento damna trahuntur,
Cum subeunt Orbem; rursumque à sidere Libræ,
Ordine mutato, paribus per tempora versa

290 Momentis redeunt. Nam per quot creverat astrum
Lanigeri stadia, aut horas, tot Libra recedit.

Occidens Ariens spatium, tempusque cadendi,
Quod tenet, in tantum Chelæ confurgere perstant.

Ejus in exemplum se Signa sequentia vertunt.

295 Hæc ubi constiterint vigilanti condita mente,

INTERPRETATIO.

Et tot horæ partibus, ex quot partibus
tertia illius pars constat; Et præterea ter-
tia pars illius quadrantis horæ erogatur
in tot partes quot sunt Signa illa cres-
centia. Hæc eadem sunt augmenta Signis
qua exoriuntur post Signum Libræ. Simili
spatio temporis decrements ducuntur illis,
cum cadunt sub terras; Et iterum à Si-
gno Libræ, mutatis vicibus, revertuntur


similibus spatiis per adversa tempora. Nam
que per quot stadia, aut horas fidus Arie-
tis excreverat, per tot Libræ decrescit.
Quod momentum, quodve spatium oc-
cidendi Ariens occupat, quando occidit,
in id tantum spatium Libræ lustratur exo-
riri. Et in ejus exemplum ea Signa, qua
subsequuntur, movent se. Postquam autem
ha res reposita fuerint in animo memori,

ANNOTATIONES.

286. Hæc sunt ad Libræ. &c.] His
9. v. docet cætera sex Signa, Libram,
Scorpionem, Sagittarium, Capricor-
num, Aquarium & Pisces, pari modo
se habere ad ascensiones & descensio-
suas, quo se habuerunt sex Signa prio-
ra ab Ariete ad Libram, vice versa.

265. Hæc ubi constiterint. &c.] His
6. v. concludit ex dictis supra jam fa-
cile esse invenire Signum horoscopans.

Cum enim certò noveris quanto tem-
pore, quòtve horis singula Signa exo-
riantur, certòque observaveris quod Si-
gnum Sol decurrat, quæque diei ho-
ræ quis nascatur, à Sole retrocedendum
est per Signa ad ipsum Signum tunc
Horoscopans. Res patet in hac figurâ,
in qua Sol tenet 5. grad. Capricorni,
ipsum verò Cancræ gradus 15. horos-
copat.



LIBER TERTIUS.

Jam facile est, si quandoque horoscopat astrum,
Noscere, cum liceat certis surgentia Signa
Ducere temporibus, propriisque ascribere in horas
Partibus, ut ratio Signis ducatur ab illis,

In quæ Phœbus erit, quorum mihi reddita summa est.

Illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum,

Quod quandoque vadis emissum redditur Orbi.

Nam quæta sit lucis, si luce requiritur hora,

Aspicias; atque hunc numerum revocabis in ipsum.

Multiplicans decies, adjectis insuper eidem

Quinque tamen summis. Quia qualicumque sub horâ

Ter quinas Mundi se tollunt sidera partes.

INTERPRETATIO.

tunc non erit difficile cognoscere, si quod Signum aliquando Horoscopus sit, quoniam jam poteris per certa spatia temporis habere Signa exorientia, & distribuere in horas per suas quaque partes, ita tamen ut initium ducatur ab illis Signis, in quibus Sol erit, quorum ratio tradita est à me supra. Hac etiam alia ratio poteris deducere ad cognoscendum Signum horosco-

pans, quod scilicet eductum tandem ex undis reducitur supra terras. Etenim observabis quæta sit hora diei, si de die quaritur; & duces hanc summam horarum in seipsam, multiplicans eam decies, additis tamen præterea numeris quinque eidem horarum summæ. Eo quod per omnem horam singula Signa Cæli ascendant supra terras quindecim gradibus.

ANNOTATIONES.

300. Reddita summa est.] Nimirum à v. 278. ad vers. 295. Hactenus igitur de primâ methodo Manilianâ inveniendi Signi Horoscopantis.

301. Illa etiam poteris &c.] His 10. v. secundam tradit methodum inveniendi pariter Signi horoscopantis tam in diurnâ, quam in nocturnâ geniturâ. Hæc autem est methodus. Si v. g. in geniturâ diurnâ cupis noscere quod Signum horoscopaverit, observa quæta sit hora diei, hoc est, quot horæ jam elapsæ sint ab ortu Solis: adde huic horarum summæ quinque partes: multiplica deinde hanc totam summam per decem: adde pariter huic multiplicatæ per decem summæ numerum graduum, quos nondum lustravit Sol, illius Signi, in quo lucet. Denique ex hoc totali numero da cuique Signo triginta partes, initium faciens ab eo Signo, in quo Sol erit: da pariter suas tricenæ sortes singulis subeuntibus à Sole Signis, id est, iis Signis, quæ sequuntur illud, in quo Sol fulget. In quo autem Signo, quæve in parte Signi te summa relinquet infra triginta,

M. MANIÆ.

illud Signum, illaque Signi pars Horoscopans fuerit necesse est. Rem illustrabit exemplum: natus sit puer horâ lucis 4. adde huic numero partes 5, fiet summa 9, multiplica 9. per 10. fiet summa 90. Jam verò luceat Sol in 10 grad. Geminorum, addenda erit hæc summa 10. summæ 90. fiet numerus 100. Ex his 100. da triginta Signo sequenti retrò, nempe Tauro; iterum 30. Arieti; supererunt 10. Ergò Horoscopaverit Signum Piscium, ejusque quidam gradus 10. Eadem ratio ducenda in nocturnâ geniturâ; observandum est enim quæta sit noctis hora, id est, quot horæ elapsæ sint ex quo Sol occiderit,

307. Ter quinas partes.] Id est, gradus 15. Loquitur autem Poëta ex veterum opinione, qui crediderunt Signa ascendere singula per æquas partes, nimirum grad. 15. qui horæ uni respondent. Cum enim in die sint 24. horæ, in Zodiaco grad. 360. singulæque Signa singulis diebus unâ cum Zodiaco cursum integrum absolvant per æthera, sequitur ut 15. grad. respondeant horæ uni. Nam quindecies viginti quatuor dant 360.

K κ

257 siquod P. et B.

proprias P. et B.

quo P. et B.

in B.

multiplicans ac B. multiplicat
ac de p. et B.
19x B. ?

et B. P.
inde B. P.
sum con. B. P.
nu B.
nuel vit B. P.

astris B. P.

hac B. P.

Hic ubi constiterit numerus , conjungere & illas ,
Quæ superent Phæbo , partes per Signa memento.
310 Ex hac tricenæ summā per sidera partes
Distribues ; primāque vicem , quo Phæbus in astro
Fulserit : hinc aliis , Solem quæcumque sequentur.
Tūm quo subsister numerus consumptus in astro ,
Quāve in parte suam summam , momēve relinquet ,
315 Hæc erit exoriens & pars & forma. Per ignes
Continua partes. Ubi summam feceris unam ,
Tricenæ dabis ex illā per singula Signa ,
Donec deficiat numerus , quāque illa sub astri
Parte cader , credas illam cum corpore natam
320 Esse hominis , pariterque Orbem vidisse per ignes.
Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in astris
Natalis Mundi , certoque Horoscopus ortu ,
Ut cum ex hoc sedes steterit sub Cardine primo ,
Fallere non possit summi fastigia Cæli

INTERPRETATIO.

Cū certa fuerit hæc summa tota , recor-
dare etiam addere illos gradus qui restant
Soli consiciendi per Signa in quibus erit.
Ex hoc numero dabis triginta partes sin-
gulis Signis , primāque tricenam ser-
vem dabis ei Signo , in quo Sol luxerit :
deinde dabis aliis , quæ subeunt post So-
lem. Tunc in quo gradu Signi deferet
suum numerum aut summam , ea pars
Signi , Signūque horoscopus erit. Hæc
similiter partes per flammæ siderum de nocte
lucentium , postquam confeceris unum

numerum ex his , distribues de hoc nu-
mero triginta partes singulis Signis sub-
euntibus , donec summa deficiat ; & in quo-
cumque gradu Signi summa deficiat , cre-
de illum gradum ortum esse cum corpore
nascentis hominis , & simul aspexisse ter-
ras per sidera. Ita ipse Ortus Cæli , &
Horoscopus erit tibi investigandus in cer-
to suo exortu per Signa volitantia , ut ,
quando inde locus confisteris sub primo
Cardine , Zodiacus in obliquum ductus
nequeat mentiri culmina supremi Cæli :

ANNOTATIONES.

quæ sol peragravit

309. Quæ superent Phæbo.] Id est ,
quas nondum Sol peragravit.

311. Primāque vicem.] Sortem tricenā.

314. Momēve. Gemb. benè , id est ,
numerum , summam. Alii nomēque. Alii
numerique ; minùs benè.

315. Pars & forma.] Id est , gradus
& Signum.

Per ignes.] Per Signa de nocte lu-
centia , id est , per noctem. Hactenus
enim locutus est de diurnā geniturā ,
nunc autem de nocturnā agit , in quā
idem ordo eadēque ratio sunt tenen-
da. Stellas enim ac sidera ignes esse
crediderunt veteres , lib. 1. v. 132. Sic
idem repetit jam infra v. 320. Orbē-

que vidisse per ignes. Id est vidisse ter-
ras superiores per sidera noctis.

321. Sic erit. &c.] His 7. v. con-
cludit ita Cæli Ortum , seu Signum
horoscopus esse quærendum , ne quis
fallatur in inveniendis quatuor Cæli
Cardinibus , quæ sunt præcipua Cæli
loca observanda in hac arte ; atque ut
singula Signa in suas sedes , virēque
ritè distribuat.

322. Natalis Mundi.] Ortus Cæli :
Cardo Orientalis.

Horoscopus.] Signum ascendens ,
lib. 2. v. 828.

324. Fastigia Cæli.] Medium Cæli ,
supremum Cardinem.

LIBER TERTIUS.

325 Signifer obliquus : stent fundamenta sub Imo :
Stent veri stellarum ortus , verique subortus :
Denique ut in proprias vires , sortisque recedant.

Siquant. vers. a 506 ad fin. lib. 330
Sed neque per terras omnes mensura dierum ,
Umbrarumque eadem est ; simili nec tempora summa
330 Mutantur. Modus est varius. Ratione sub una
Nunquam Phryxæi ducuntur vellera Signi ,
Chelarumque fides , justæque examina Libræ ,
Omnia confurgunt binas si Signa per horas.

Quâ medius recto præcingitur ordine Mundus
335 Aqualisque super transversum vertitur axem ,
Illic perpetuâ junguntur pace diebus
Obscuræ noctes : æquo stat fœdere tempus :
Nec manifesta patet falsi fallacia Mundi ,

INTERPRETATIO.

utque fundamenta consens sub infimo Cœlo : utque veri exortus siderum verique occasus certo consens. Et ut tandem Signa abeant in suas quaque virtutes ac sedes. Verum neque eadem mensura dierum ac noctium est per omnes regiones , nec per tempora dierum ac noctium variantur aquali ratione. Ratio inaequalis est. Nunquam lana fideis Phryxæi , nec fila Chelarum , nec aequilibria aqua Libra exoriantur eadem ac aquali summa , si nempe cuncta Signa exoriantur singula per duas horas. Equidem in eâ terrarum parte , quâ Cælum cingitur rectâ sphaerâ , quâ aequali vertitur super axem hinc inde oppositum , in eâ quidem parte noctes tenebris involuta concordant diebus aeterno fœdere : tempus utrumque manet in pari concordia neque ulla inaequalitas Cæli inaequalis aperta videtur ,

ANNOTATIONES.

325. Signifer.] Zodiacus , lib. 1. vers. 666.

Fundamenta sub imo.] Cardo infimus , Imum Cœli.

326. Stellarum.] Signorum.
Subortus.] Occasus , à quo sidera terris suboriuntur.

227. Sortes.] Castra , sedes , loca &c.

328. Sed neque per terras. &c.] Jam tertiam redditurus rationem cur methodus de binis horis per ortus singulorum Signorum falsa sit , his 6. v. monet non ubique terrarum , neque in cunctis regionibus noctes ac dies æquales esse , nequidem sub ipso Arie & Librâ , si cuncta Signa exoriantur in binas horas. Quod quidem jam infra demonstraturus est à v. 330. ad vers. 361.

331. Phryxæi vellera Signi.] Aries , qui dictus est Phryxæus à Phryxo Athamantis ex Nephelæ filio , lib. 2. v. 34.

332. Chelarumque fides.] Filamenta pedum Scorpionis , quæ sumuntur passim à Manilio pro ipso Libræ Signo , lib. 1. v. 609.

334. Quâ medius. &c.] His 16. v. concedit quidem Poëta tempora dierum ac noctium æqualia esse iis regionibus ac gentibus quæ sub ipso Aequatore jacent , rectamque sphaeram habent qualicumque in Signo fuerit Sol. Eò quod iis populis recto semper ordine Mundus suprà terras fertur , æqualisque semper Sole una lustratur linea. Aequator quippe efficit æquinoctia.

Mundus.] Cælum.

335. Transversum axem.] Utrumque Polum , quo uterque extremus axis Mundi oppositus vertitur lib. 1. v. 279.

337. Tempus.] Dierum scilicet ac noctium.

338. Fallacia Mundi.] Inæqualitas Cœli , temporisve.

259 non fecit B. stit B.

Donax P. B.

per B. nota B et P.

cor junct.

ibi P. et B.

His P. et B. gen. P. B.

Kk ij

max ^{vixit} ~~vixit~~ anno B.

coeq = B. dicit P. vs. 151

quos B. quo P.

h. B.

ut B.

Et similis simili toto non vertitur ævo :

340 Omnibus Autumnus Signis : Ver omnibus unum ;

Una quod æquali lustratur linea Phœbo.

Nec refert tunc quo Phœbus decurrat in astro :
Littoreúmve coquat Cancrum , contráve feratur
Sideribus : mediis an quæ sint quattuor inter.

345 Quod quanquam per tres Signorum circulus arcus

Obliquus jaceat , recto tamen ordine zonæ

Consurgunt , supràque caput , terrásque feruntur ;

Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt :

Et benè diviso Mundus latet orbe , patétque.

350 At simul ex illâ terrarum parte recedas ,

INTERPRETATIO.

Enox simili sibi voluitur perpetuo tempore : unus est Autumnus , unumque Ver omnibus Signis , eò quod una linea decurritur ab æquali semper Sole. Neque differt , quo in Signo tunc Sol volvatur : an comburat Cancrum areosum , an volvatur in Signis oppositis : an verò sit in mediis Signis , qua sunt inter hæc quatuor : Eò quod , li-

cit orbis Signorum ducatur in obliquum per tres zonas , illæ tamen zona exoriantur tunc recto tractu , ducunturque & super caput nostrum , & suprà terras ; & iterum ascendant per singulas periodos æqualibus semper spatiis temporis : & Cælum absconditur , & apparet per æqualem arcum circuli. Verum si statim discedas ab eâ parte terrarum ,

ANNOTATIONES.

340. Omnibus Autumnus , &c.] Id est , semper dies ac noctes æquales sunt in omnibus Signis , éstque semper in cunctis Autumnus & Ver ; hoc est , tales sunt dies ac noctes in omnibus Signis per illas regiones , quæ sub Æquatore jacent , quales sunt per alias ubique regiones in Autumno & Vere. Scilicet populi sub Æquatore degentes perpetuo Autumno Veréque fruuntur , nec dies aut noctes aliis alias minores aut majores habent.

341. Æquali Phœbo.] Id est neque modò remotiori , modò propiori , sed æquali semper ordine fulgente.

343. Littoreum.] Qui littoribus delectatur in terris , lib. 2. v. 224.

Contráve feratur sideribus.] Nempe Capricorno , qui opponitur Cancro per sidera , & Ariete & Librà.

344. Mediis an qua sint quattuor inter.] Id est , an sit Sol in Signis , quæ media sunt inter hæc quatuor , Cancrum , Capricornum , Arietem & Libram. In quocumque igitur Signo sit Sol , nil refert , semper enim dies & noctes æquales sunt iis populis , qui sub recto Mundo degunt , id est , sub Æquatore.

345. Per tres Signorum circulus arcus , &c.] Zodiacus quippè tribus fasciis constat , lib. 1. v. 673. [&c. Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis. Et v. 666.

348. Per singula lustra.] Per singulas periodos. Lustrum enim propriè dicitur aliquod temporis spatium , quo res certa recurrit. Sic quia apud Romanos olim quinto quoque anno census fieri solebat , ejus quinquennii tempus dictum est Lustrum. Hic autem à Manilio accipitur vel pro quotidianâ , vel annuâ Zodiaci revolutione , quæ semper certo temporis spatio fit.

349. Benè diviso orbe.] Non inæquali orbe , seu circulo Cœlorum ; sed in duas partes æquales diviso.

Mundus.] Cælum , quod modò sub terris later , modò super terras assurgit.

350. At simul , &c.] His 13. v. cum dimidio probat in cæteris terræ partibus , præter regiones , quæ sub Æquatore jacent , inæquales esse dies ac noctes ; eamque inæqualitatem majorem aut minorem esse pro majori aut minori recessu ab Æquatore ad alterutrum è polis. Igitur Signa singula non oriuntur in binas horas ,

339 non vertitur. Cg: convertitur

Quidquid ab extremo temet præverteris axe ;
 Per convexa gradus gressum vestigia terræ ,
 Quam teretis Natura foli decircinat orbem
 In tumidum , & mediam Mundo suspendit ab omni :
 355 Ergò ubi confides , Orbem scandensque rotundum
 Digrediendi , simul fugiet pars altera terræ ,
 Altera reddetur. Sed quantum inflexerit Orbis ;
 Tantum inclinabit Cœli positura volantis ;
 Et modò quæ fuerunt surgentia limite recto
 360 Sidera , curvato ducuntur in æthera tractu :
 Atque erit obliquus Signorum balteus orbe ,
 Qui transversus erat spatio , quando illius una est ,
 Nostræ mutantur sedes. Ergo ipsa moveri

INTERPRETATIO.

quantum spatii retraxeris te ipsum , & direxeris gressus tuos ab ultimo uno polo per globosam superficiem terra , quam Natura format in globum rotundum terra rotunda , & quam appendit mediam ab omni parte Cœli : Igitur quando progredieris , & ascendens rotundum globum terrarum recedes , statim & simul altera pars terra recedit à te , & alia dabitur tibi : sed in quantum globus terrarum incur-

vatus fuerit tibi , in tantum forma Cœli volitantis incurvabitur quoque tibi : & quæ Signa jam antea tibi ascenderant recto ordine , nunc tibi feruntur lineam curvâ in aëra : & balteus Signorum erit obliquus in suo motu orbiculari , qui tunc erat transversus in suâ extensione , quoniam statio illius unica est , nostra autem stationes variantur. Igitur jam ratio ipsa jubet credere tempora dierum ac no-

ANNOTATIONES.

351. *Ab extremo Axe.*] Ab alterutro polo.

353. *Quam teretis , &c.*] Terra enim rotunda est , ut benè probavit lib. 1. v. 202. & seqq. Totiusque imum est.

355. *Confides*] Progredieris. Verbum enim *confido* in eo differt ab verbo *confida* quod hoc quietem , illud motum inferat Unde Vulg. *Confendes*.

359. *Surgentia limite recto.*] Nimirum sub Æquatore , quo ut dixit v. 349.

Et benè diviso Mundus latet orbe , patetque.

361. *Obliquus . . . orbe.*] Ita omnes , benè. Zodiacus enim , qui in modum baltei ducitur , benè dicitur *obliquus orbe* iis regionibus , quæ sub Æquatore non jacent : sicut benè dicitur *transversus spatio* iis quæ sub eo sunt Itaque degentibus extrâ Æquatorem , puta extrâ 24 grad. ab Æquatore , definit esse *transversus spatio* , siquæ *obliquus orbe* ; id est , jam non extenditur transversus iis populis , quomodo extendebatur sub Æquatore ,

sub quo protenditur transversus ab uno Tropico ad alterum , inque modum baltei ducitur : sed jam *obliquus orbe* fertur , id est periodos agit obliquas , non autem rectas , quas sub Æquatore agit. Stat enim immotus Zodiacus in balteum ductus ; at nostræ mutantur sedes. Malè ergò Scaliger legit : *obliquo* suppl. orbe : & vers. seq. *statio* , pro *spatio*. Hæc quippe non capiebat , quæ cuique obvia non sunt. Cum autem accesseris ad alterutrum è polis ; jam non *obliquus orbe* feretur tibi Zodiacus , sed recto motu fertur turbinis instar ; non supra caput tuum , sed circâ latera tua instar circuli mobilis. Quod & Poeta jam infra monet vers. 382. & seqq.

363. *Ergo ipsa , &c.*] His 4. v. concludit inde mutari tempora dierum ac noctium pro vario terrarum situ extrâ Æquatorem , quia ubique sidera oriuntur ordine flexo , aliæque aliis remotiora , aut propiora occidunt.

Κκ iij

fi solo B. et P.

consider standens B. et P.

orbe B. P.

sunt B. P.

- Tempora jam ratio cogit , variisque referre
 365 Sub tali regione dies , cum sidera flexo
 Ordine conficiant cursus obliqua malignos ;
 Longius atque aliis aliud , propiusve recumbat.
 Pro spatio mora magna datur. Quæ proxima nobis
 Consurunt , longos Cæli visuntur in orbes:
 370 Ultima quæ effulgent , cæcis merguntur in umbris.
 Et quantò ad gelidas propius quis venerit Arctos ,
 Tam magis officiunt oculis brumalia Signa ,
 Vixque ortus occasus erit. Si longius inde
 Procedas , totis condentur singula membris ,

*fulgent B. P.
 quando qui B.
 dat B. P.*

INTERPRETATIO.

Etiam mutari. & reddere diversos dies sub tali parte terrarum , quoniam Signa obliqua peragunt motus suos obliquos quia mutaverunt suum ordinem : & quoniam aliud Signum occidit remotius aut propinquius aliis Signis. Secundum distantiam ab Equatore longa mora Signorum est. Quia Signa exoriuntur propiora nobis , ea cernuntur per magnos arcus Ca-

li : quæ verò remotissima nobis fulgent , ea demerguntur in obscuris tenebris. Et quò propinquius aliquis accesserit ad frigidam Ursam , eò magis sidera hiberna faciunt , ne oculis ejus cernantur , & vix ortus illorum Signorum est eorumdem occasus : si verò progrediaris remotius ab hoc loco , omnia Signa brumalia latebunt tibi secundum omnes suas partes ,

ANNOTATIONES.

366. *Malignos.*] Non rectos. In hoc enim malignitas cursûs siderum. Sic *maligna lux* dicitur , quæ non recta mittitur. *Maligna via* , quæ non recta.

368. *Pro spatio.* &c.] His 15. v. seqq. docet pro diverso terrarum situ & spatio ab Equatore ad alterutrum Polum magis aut minus variari dies ac noctes. Quò enim remotiora nobis surgunt Signa , eò minores sunt dies : contrà , quò propiora accedunt , eò dies majores. Sic quia nobis v. g. degentibus ad Septentrionem intrâ Polarem & Tropicum Cancrî , Signa æstiva surgunt remotiora , dies hiberni sunt nobis breviores : quia verò hiberna propius asurgunt , eò dies æstivi longiores. Et ita de aliis. Sic v. g. degentibus extrâ Polarem æstiva Signa non oriuntur per triginta noctes continuas : hiberna verò surgunt iis per dies triginta perpetuos. Et ita de cæteris ulterius degentibus , servatâ proportionem.

371. *Ad gelidas ... Arctos.*] Ad Septentrionem , sub quo rotantur Helice & Cynosura.

372. *Officiunt oculis.*] Obstruunt luminibus , ut aiunt Jurisprudentes : id est ,

faciunt latitando ne oculis cernantur. Moles quippe terrarum , quâ latitant , officit ne lumen illorum ad oculos perveniat.

Brumalia Signa.] Id est , quæ Sol per hyemem decurrit. Itaque Brumalia Signa sunt , quæ nobis Australia & Meridionalia dicuntur , nimirum sex illa , quæ à principio Libræ usque in finem Piscium feruntur. Contrà , *Æstiva* dicuntur , quæ Sol per æstatem decurrit , quæque nobis dicuntur Septentrionalia. Scilicet Signa Zodiaci dividuntur in *Septentrionalia* & *Australia* pro diversâ Zodiaci parte ad Septentrionem & Austrum ab Equatore. Igitur brumalia Signa *officiunt oculis* . id est , faciunt ne oculi eorum , qui ad frigidam Arctos degunt , lumen eorum recipiant , quia vixdum oriuntur , quin occidant , seu ut ait Poëta , *vix ortus occasus erit* .

373. *Si longius inde.* &c.] Nimirum si ex Polari circulo versûs Polum ipsum Arcticum longius procedas , tunc ipsa Meridionalia Signa latebunt per 30. dies , reddentque singula noctes triginta continuas.

- 375 Tricenâsque trahent connexo tempore noctes ,
Et totidem luces adiment. Sic parva dierum
Efficitur mora , & attritis consumitur horis ,
Paulatimque perit statio fulgentibus astris ,
Plurâque per partes subrepto tempore Signa
380 Terræ quærantur medio celata tumore ,
Adducéntque simul Phœbum , texéntque tenebras ,
Mensibus ereptis donec sit debilis annus.
Si verò Natura sinat sub vertice Cœli ,

partis B. P.
spatio B. P.
sub. suppleto B.
Tempora san. B. P. tumore B.
ereptis B.

INTERPRETATIO.

& referent triginta noctes continuo temporis tractu , & auferent tot dies. Ita dies sunt breves , & prætereunt horis abbreviatis , & pedetentim mora deficit Signis lucensibus , & tempore diminuto partim

plura Signa desiderantur , & absconduntur sub medio globo terrarum , & referent simul Solem , & inducent noctes , usquedum annus maneat sit ablatis aliquot mensibus. At verò si Natura permittat vincere perpetuas nives,

ANNOTATIONES.

376. Sic parva dierum , &c.] Ita brevissimi erunt dies , quia longiores noctes ac tenebras ducunt Signa brumalia.

377. Attritis.] Id est abbreviatis : licet enim unius tantum scrupuli horarii dies esset , in duodecim tamen partes distribuetur , quæ locum horarum duodecim haberent. Quilibet enim dies artificialis in duodecim semper partes horarum dividitur. Loquitur enim ex more recepto.

378. Statio. [Mora ; id est , Signa desinunt affulgere , quia non morantur. Vulg. *spatio* , Id est , inquit J. Bitur. mora illa brevis dierum perit illi exiguo *spatio* , dum Signa lucent. Idem sensus , sed minus clara verba.

379. Subrepto.] Scaliger , benè. Alii , *subrupto* : quasi tempus per partes *subruptum* , sit tempus variatum pro vario sphaeræ situ.

382. Mensibus ereptis , &c.] Id est , ita dies minuuntur , noctesque crescent in tot ac tantas horas , ut in plures menses abeant ; atque ita annus dierum integer esse desinat , ac debilis fiat. Qui enim propius ad circulum Polarem accedunt , iis per hyemes vix dum lucent Signa Brumalia , noctesque sunt longissimæ , dies verò brevissimi. Hactenus igitur de morâ dierum ac noctium iis , qui intrâ Tropicum Cancræ , & circulum Polarem degunt ,

383. Si verò natura sinat. &c.] His 14 vers. docet iis , qui sub ipso Polo Arctico degunt , (si qui degere possunt inter nives , quæ ibi perpetuæ sunt) , sphaeram esse in speciem stantis. Scilicet triplex vulgò distinguitur Mundi habitus. I. *facientis* , quæ sphaera est recta. II. *Sedentis* , quæ sphaera est obliqua. III. *Stantis* , quæ sphaera est erecta. Triplicemque hunc Mundi habitum distinguunt pro triplici terrarum Zonâ ; torridâ , temperatâ , frigidâ. Qui sub torridâ Zonâ degunt , nimirum sub Æquatore inter utrumque Tropicum , iis Mundus est in speciem *facientis* , & in sphaeram rectam. Qui sub utrâque hinc inde temperatâ Zonâ habitant , inter alterutrum Tropicum & alterutrum Polarem circulum , iis Mundus est in figuram *sedentis* , inque sphaeram obliquam. Qui verò sub utrâque Zonâ frigidâ sunt sub alterutro Polo , iis Mundus stat in formam *stantis* , inque sphaeram erectam. Ita enim posita est sphaera , ut circulus Æquinoctialis , qui tunc vicem gerit Horizontis , vertatur in rectum orbem ; totumque Cœlum circumvolitet in modum turbinis , erecto axe , cujus pars altera supra caput pendeat , altera infra pedes jaceat. Iis autem qui v. g. sub Polo Arctico seu Septentrionali degunt , nusquam lucent sex Brumalia Signa , id est Australia , nempe Libra , Scorpius , Sagittarius ,

381 *Adducunt*) simul ducunt.

superius in B.

Quem gelidus rigidis fuleit compagibus axis ;
 385 *Æternas superare nives* , Orbémque rigentem
 Prona Lycaonia spectantem membra puellæ ,
 Stantis erit Cœli species : laterumque meatus
 Turbinis in morem rectâ vertigine currit.
 Inde tibi obliquo sex tantum Signa patebunt
 390 Circuitu , nullos unquam fugientia visus
 Sed teretem acclivi Mundum comitantia semper.
 Hic erit una dies per senos undique menses ,
 Dimidiumque trahens contextis lucibus annum ,
 Nunquam erit occidui quod tanto tempore Phœbus ;
 395 Dum bis terna suis perlustrat cursibus astra :
 Sed circumvolitans recto versatur ab orbe.
 At simul è medio præceps descenderit Orbe ;

casus P.

INTERPRETATIO.

quæ sunt sub eo Polo Cœli , quem frigidus axis sustinet cum nexibus frigidis ; & superare sinat globum terrarum horrentem frigore , & conspicientem inclinatos artus puella Lycaonia ; forma Cœli erit forma stans : & ambitus laterum ibit adinstar turbinis , qui vertitur recto orbe. Ex hac autem terra regione sex solum Signa cernentur à te , quæ habeant suum motum obliquum , & quæ nusquam

effugiant tuos oculos , sed quæ sequantur perpetuò Orbem terrarum globosum moen inclinante deorsum. Ibi una dies erit ex sex mensibus per omnes partes , & continebit dimidium annum ex diebus , quibus constat , eò quod nunquam Sol occidet per tantum tempus , dum scilicet decurrit sex Signa suis motibus : sed circumvolvens convertitur ex recto circuitu. Verum ubi primum Sol præcipitans se delapsus fuerit è medio Cœlo ,

ANNOTATIONES.

Capricornus , Aquarius & Pisces : cætera verò sex Æstiva , id est , Septentrionalia , perpetuò lucent. Unde dum Sol lustrat Signa sex Brumalia , nox est illis populis per sex menses integros : dum verò Sol sex alia Æstiva decurrit , dies est illis per sex menses continuos. Benè autem Poëta : *si Natura sinat æternas superare nives* , &c. Bis enim conati sunt Batavi ad eas frigidæ regiones penetrare , sed veruit eos & gelu maris , & Cœli inclementia , nec ultra grad. 81. pergere potuerunt versùs Polum Arcticum.

386. *Lycaonia puella.*] Id est , Calistis , quæ filia fuit Lycaonis , quamque fabulati sunt Poëtæ conversam in Ursam majorem , ut dictum est lib. 1. v. 296.

389. *Sex tantum Signa patebunt.*] Nimirum æstiva , Aries , Taurus , Gemini , Cancer , Leo , Virgo , quæ cis Equatorem feruntur. Sex verò reli-

qua , quia ultra Equatorem , non cernuntur.

391. *Acclivi.*] Supl. circuitu. Scaliger legit *acclini* , quia , inquit , ea Signa volvuntur motu quasi dorsum vergenti. Benè quidem si motus initium ducatur à Tropico Cancrī ad Equatorem. Sin autem ducatur ab Equatore ad Tropicum Cancrī , rectè Vulg. & Rom. *acclivi* , quia fursum fit Solis motus per ea Signa.

397. *At simul è medio* , &c.] His 15. v. docet contrā , dum Sol lustrabit sex Signa Brumalia , quæ & nobis Australia dicuntur , Libram , Scorpionem , Sagittarium , Capricornum , Aquarium & Pisces , tunc iis , qui degunt sub Polo Arctico illo , noctes fore per sex menses continuos. Eadem quippè ratio noctium ac dierum , vice versâ.

E medio ... Orbe. Id est , ab Equatore , quæ media pars est Mundi.

Inferiora

388 *Turbinis*) id Aristoph.
Nubes Act. 5. Sc. 2. v. penult.
Hic autem Turbo nihil aliud
videtur nisi Globus cœlestis ad
exprimentos sui motus con-
fectus : neq. aliud intellexit
agrestis Pindus per illud arcti-
-proy Arctov supra memorat.
 v. 379 :

- Inferiora petens dejecto sidera cursu ,
 Et dabit in pronum laxas effusus habenas ,
 400 Per toridem menses junget nox una tenebras.
 Vertice sub Cœli nam quisquis spectat ab omni ,
 Dimidium è toto Mundum videt Orbe rotundo :
 Pars latet inferior. Neque enim circumvenit illum
 Recta acies , mediâque tendis distinguitur alvo.
 405 Effugit ergo oculos summo spectantis ab Orbe ,
 Dum sex submersis vectatur Phœbus in astris ;
 Adducitque simul lucēs , tenebrasque relinquit ,
 Sideribus donec totidem , quot mensibus actis ,
 Cesserat unde , redit ; geminasque ascendit ad Arctos.
 410 Hic locus in binas annum noctesque diēsq̃ue
 Per duo partitæ dirimit divortia terræ.
 Et quoniam , quanto variantur tempora motu ,

INTERPRETATIO.

tendens motu precipiti deorsum ad Signa infima . & ubi demissus deorsum permittet loca laxata suis equis , tunc nox conjungit umbras per toridem sex menses sub Polo Arctico . Etenim quicumque sub superiori Polo Cœli despiciat ab omni parte , is videt dimidiam partem Mundi è toto Mundo globoſo : altera verò pars inferior absconditur . Namque rectus visus non circumcingit illum globum Mundi rotundum : & ipse Mundus discernitur tan-

tum usque ad medium ventrem . Igitur Sol non videtur ab oculis hominis respicientis ex superiori globo terrarum , dum scilicet vehitur per sex Signa qua demerguntur infra terras ; & reddit simul diem , & deserit noctem , usque dum , confectis totidem Signis quot mensibus , revertitur illuc unde exierat & assurgit ad di. as Ursas . Hic locus dividit annum in unam noctem , & in unam diem per duo Hemisphæria terra divisa . Et quia dictum est quanto cur-

ANNOTATIONES.

398. *Inferiora sidera .*] Id est , Australia ; scilicet habitâ ratione sphæræ stantis , Australia Signa inferiora sunt ; Septentrionalia verò superiora .

401. *Vertice sub Cœli .*] Id est , sub Polo superiori , nempè Septentrionali , quem superiorem fecerunt omnes Poëtæ , ut monui , lib. 1. v. 280 .

402. *Dimidium è toto , &c .*] Id est , dimidiam partem totius globi terrarum .

404. *Mediâque . . . alvo .*] Mediâ parte , medio ventre . Metaphora est ad habitum sphæræ stantis . Qui enim in vertice Mundi , seu sub Polo Arctico jacent ; non nisi medium terrarum orbem cernere possunt , scilicet alvo tendis ; quia totus teres est ac rotundus . Sic lib. 1. v. 233. vocat medium terræ , orbem ventris .

405. *Summo . . . ab Orbe .*] A parte terrarum , quæ sub Polo Arctico jacet , quem superiorem orbem vocant .

M. MANIL.

406. *Sex submersis . . .*] Sex Australibus Signis , quæ tunc sub terris latent .

409. *Geminas . . . ad Arctos .*] Austrinas nimirum . Namque , ut monui lib. 1. v. 433. in utroque Polo Arctico & Antartico binas statuerunt Ursas .

410. *Hic locus .*] Nimirum qui sub utroque Polo jacet .

411. *Divortia .*] Hemisphæria , quæ sunt diversa terrarum loca : alterum enim superius , quod ab Æquatore ad Polum Arcticum nobis assurgit : alterum inferius , quod ab eodem Æquatore ad Polum Antarticum deorsum vergit .

412. *Et quoniam , &c .*] His s. v. monet se certam daturum regulam , quâ certò dignoscantur singulorum Signorum ortus pariter & occasus , per quascumque terræ regiones , postquam jam satis docuit quanto tempore dies ac noctes variantur ubique terrarum .

Ll

dum P.

Adducitq̃

quinto P.

Et quibus è causis , dictum est ; nunc accipe Signa
Quot surgant in quoque loco , cedantque per horas ;

415 Partibus ut preñdi possint orientia certis ,
Ne falsus dubiâ ratione Horoscopus erret.

Atque hoc in totum certâ sub lege sequendum est ;
Singula quòd nequeant per tot distantia motus
Temporibus , numerûsque suis exacta referri ,

420 A me sumat iter positum sibi quisque , sequatur ,
Pérque suos tendat gressus , mihi debeat artem.

Quâcumque hoc parte terrarum quisque requirar ,

INTERPRETATIO.

tempora dierum ac noctium mutantur ,
& propter quas rationes ; jam audi per
quot horas quæque Signa orientur &
occidant in quâvis terrarum regione , ut
Signa Horoscopantia queant dignosci per
certas partes . ne Horoscopus incertus fal-
lat ex incertâ causâ . Hoc autem in sum-
mâ tenendum est per certam regulam ,

nimirum quòd quaque Signa non pos-
sint certa reddi per suos numeros , nec per
sua tempora , cum sint differentia per tot
varios motus . Sed quisque accipias viam
sibi monstratam à me , sequaturque . &
eat per suos gressus , & debeat mihi hanc
methodum . In quocumque igitur loco to-
tius orbis terrarum quisque quæras istud ,

ANNOTATIONES.

416. *Horoscopus.*] Signum Horosco-
pans ; vel ut alibi ait , Natalis Mundi ,
id est , Cœli initium ab Ortu per sidera.

417. *Atque hoc in totum . &c.*] Inte-
rèa monet longum fore , singulos cu-
jusque Signi ortus & occasus per quas-
cumque terrarum regiones sigillatim re-
ferre . Quare daturus est certam regu-
lam ejusmodi omnes ortus & occasus
inveniendi , quam quisque tenere potest.

422. *Quâcumque hoc parte . &c.*] His
18. v. explicat Poëta , quâ ratione di-
stingui possint varii Signorum ortus
per quascumque terrarum regiones Se-
ptentrionales . De his quippè regionibus
loquitur Poëta : sed eadem ratio
tenenda , vice versâ , in regionibus Au-
strinis . Itaque hæc est Maniliana me-
thodus . Cognito maximo & arcu diur-
no , ac minimo nocturno , id est , ma-
ximis diebus ac minimis noctibus sub
Cancro , dividenda est summa horar.
dici maximi Solstitialis , seu sub Can-
cro contingentis , in sex partes æquas ;
quarum una Leoni post Cancrum se-
quenti danda est ad exortum . Deinde
dividenda est quoque summa horarum
noctis brevissimæ Solstitialis , seu sub
Cancro pariter contingentis , in sex par-
tes æquales ; quarum una danda est
Tauro ad exortum . His ita petitis , col-

liges discrimen summarum , quod inter
ortus Leonis & Tauri contingit ; illud-
que pariter in tres partes æquales , qua-
rum unam dabis summæ Tauri , ut ha-
beas veram summam , quæ danda est
Geminis ad exortum : eandem tertiam
partem superaddes summæ Geminorum ,
ut habeas summam , quæ danda est Can-
cro ad exortum : eandem quoque par-
tem illam tertiam superaddes summæ
Cancri , ut habeas summam , quæ danda
est Leoni ad exortum : eandem denique
tertiam illam partem addes summæ Leo-
nis , ut habeas summam quæ danda est
Virgini ad exortum . Unus superest ortus
Arietis , quem habebis per suam quo-
que summam , si de Tauri summâ de-
traxeris eandem supradictam tertiam
partem . Rem illustrabit exemplum . Ver-
bi gratiâ , dies Solstitialis sub Cancro
maxima sit horar. 16 Parisiis . Nox ve-
rò minima horar. 8 . Divide illas 16. ho-
ras in partes 6 , quæque pars sexta erit
horar. 2 . & minut. 40 . Da igitur hanc
summam horar. 2 . minut. 40 . Leoni ad
exortum . Interèa divide pariter horas 8 ,
noctis illius in 6. partes , quæque sexta
pars erit hor. 1 . minut. 20 . Da hanc
summam hor. 1 . minut. 20 . Tauro ad
exortum . His ita confectis collige dif-
crimen , quod inter ascensionem Leo-

visq. B.
quo cumq. hoc parat. et B. P.

nis & Tauri contingit ; illud autem est hor. 1. minut. 20. Divide jam hoc discrimen in tres partes æquales, quæque tertia pars erit tantum 26. minut. & secund. 40. Adde ergo hæc minuta 26. & secunda 40. summæ Tauri, ut habeas summam ad exortum Geminorum : fiet autem summa hor. 1. minut. 46. secund. 40. Iterum eandem tertiam partem 26. minut. 40. secund. adde summæ Geminorum, ut habeas summam ad exortum Cancræ, fietque summa horar. 2. minut. 13. secund. 20. Tertio eandem tertiam partem 26. min. 40. secund. adde summæ prædictæ Cancræ, ut habeas summam ad exortum Leonis, fietque summa horar. 1. minut. 40. Tandem eandem tertiam partem 26. minut. 40. secund. adde huic summæ Leonis, ut habeas

summam ad ortum Virginis ; fietque summa horar. 3. min. 6. secund. 40. Una superest summa Arietis, quam habueris, si eandem tertiam prædictam partem 26. min. 40. secund. detraxeris de summâ Tauri. Summa autem Tauri fuit hor. 1. min. 20. detrahe ergo 26. min. 40. sec. de hor. 1. min. 20. superest summa 53. min. 20. secund. Igitur Aries inter exoriendum Parisiis insumit 53. minuta, & secunda 20. id est, tres horæ quadrantes, cum dimidio, & præterea cum 50. secund. Aries in exortum insumit horam unam, minus 6. min. & 40. secund. Pari modo se res habet ad occasum sexaliorum Signorum Australium. Horum enim occasus opponitur illorum ortui : & contra. Res tota patet in in hac tabellâ.

ASCENSIONES SIGNORUM

Pro Solstitial. nocte minimâ horar. 8. & die maximâ horar. 16.

Signa.	♈	♉	♊	♋	♌	♍
Secund.	20	0	40	20	0	40
Minut.	53	20	46	13	40	6
Horæ.	0	1	1	2	2	3
Signa.	♎	♏	♐	♑	♒	♓

XXXX. Fig. Pag. 267.

Deducat proprias noctemque diemque per horas ;
Maxima sub Cancro minimis quæ cingitur umbris :

425 Et sextam summæ , fuerit quæ forte , diurnæ
Vicino tribuat post Cancri templa Leoni.
At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris ,
In totidem partes simili ratione secanda est ,
Ut quantum una ferat , tantum tribuatur ad ortus

430 Temporis aduerso nascenti sidere Tauro.
Has inter , quasque accipiet Nemeæus horas ,
Quod discrimen erit , per tres id divide partes ,
Tertia ut accedat Geminis , quæ tempora Tauro
Vinciat ; atque eadem Cancro ; similisque Leoni.

435 Sic erit ad summam ratio perducta priorem ,
Quomodo diuisis Nemeæus duxerit horis.
Inde pari Virgo procedat temporis auctu ,
Sed certâ sub lege , prioris semper ut astri
Incolumem seruet summam ; crescensque novando.

INTERPRETATIO.

dividas in suas horas noctem & diem ,
qua longissima sub Cancro includitur bre-
vissimis tenebris ; & det sextam partem
numeri diurni , (qui fortasse fuerit .)
Leoni , qui proximè sequitur post castra
Cancri . Qua verò summa fuerit noctur-
nis umbris , ea dividenda est pari modo
in tot partes , ut tantum temporis detur
ad exoriendum Tauro , qui exoritur con-
trario sidere ab aliis , quantum tempo-
ris una pars teneat . Qua autem differen-
tia erit inter has horas , quas Taurus

recipit , & inter illas , quas Nemeæus
Leo recipiet , eam distribue in tres par-
tes ut una tertia pars detur Geminis ,
qua connectat tempora Tauro : & ut ea-
dem sit , quæ data est Cancro ; & ea-
dem sit , quæ data est Leoni . Ita nume-
rus erit reductus ad primum numerum ; quâ
ratione Leo traxerit illum ex horis partitum .
Deinde Virgo progrediatur eodem incremen-
to temporis , sed sub certâ conditione , scilicet
ut retineat perpetuò numerum integrum
præcedentis Signi , & augeatur novo auctu .

ANNOTATIONES.

426. Cancri templa .] Arcus , castra ,
selem , locum , &c. lib. 2. v. 414.
942. &c.

430. Aduerso sidere , &c.] Taurus enim
à posterioribus surgit , ut dictum est
lib. 2. v. 198. & seqq.

431. Nemeæus .] Ita legendum . Græcè
enim Νεμῆιος , Ionicè Νημῆιος . Malè
autem Scaliger , Nemeus in horas , ad-
dendo in , metri causâ . Nemeæus au-
tem & Nemeæus dicitur Leo , à Ne-
meâ sylvâ , lib. 2. v. 213.

434.] Vinciat .] Connectat . Benè ;
namque in progressu Arithmetico om-
nis excessus numeri benè dicitur vin-
culum , nimirum prioris & sequentis

summæ . Sic excessus summæ Gemi-
norum suprâ summam Tauri , vincu-
lum est utriusque summæ .

Atque eadem .] Supl. tertia pars illa ,
Similisque .] Supl. tertia quoque pars
illa .

435. Perducta .] Gemb. At Vulg. de-
ducta . Utraque bona lectio .

436. Diuisis horis .] Nempè diei ma-
ximæ , noctisque minimæ in Solstitio
Æstivo , v. 423. 424. not.

Nemeæus .] Leo , v. 431.

437. Pari temporis auctu .] Nimirum
tertiâ illâ parte discriminis inter sum-
mam diei maximæ , & summam noctis
minimæ , v. 432. not.

et P.

tum B.

Ipsis B. hic sidera B. P.
Nemeus in horas B. P.

ducta B. P.

acta B. P.

astris B.

440 His usque ad denas horarum partibus auctis
 Per totidem à Librà decreſcent ſidera partes.
 Et quantis in utrumque modis tollentur ad ortus,
 Diverſam in ſortem tantis mergentur in umbras.
 Hæc erit horarum ratio ducenda per Orbem,
 445 Sidera ut in ſtadiis oriantur quæque, cadântque,

*Sidera B. P. Libra P. B.
 ad umbras B. P.
 Illa quot P. Illa quot B.*

INTERPRETATIO.

His partibus horarum ita augmentatis usque ad decem partes, Signa cætera à Librà decreſcent per totidem partes. & deprimentur sub tenebras tantis temporum mensuris in utrumque modum, quantis assurgunt ad ortus in oppositum modum. Hæc itaque methodus erit tenenda per quamcumque regionem Orbis terrarum, ut mensura habeatur, quâ Signa exoriantur & occidant per stadia;

ANNOTATIONES.

440. His usque ad denas. &c.] His 4. v. docet pariter, quâ ratione diversi occasus Signorum cognosci possint per quamcumque terræ regionem, atque eandem, vice versâ, esse viam tenendam, quam supra in eorum cognoscendis ortibus. Itaque per quot partes temporis sex Signa ab Ariete ad Libram exoriantur, per totidem partes Signa sex à Librà ad Arietem occidunt. Et contrâ; per quot partes Signa sex à Librà ad Arietem exoriantur, per totidem sex Signa ab Ariete ad Libram occidunt. Res satis intelligi potest ex tab. supra pag. 267.

Ad denas.] Supl. partes horarias, quibus in exortum vicissim augentur Signa singula, ut dictum est. Decies autem fit iste auctus per duodecim Signa: quinquies in quinque primis Signis ab Ariete ad Libram, nempe 1. in Tauro, 2. in Geminis, 3. in Capricorno, 4. in Aquario, 5. in Piscibus. Neque enim habetur ratio clementi aut decrementi Libræ & Arietis.

441. Per totidem à Librà, &c.] Ita restituendum. Malè enim Vulg.

Per totidem Libra decreſcent ſidera partes.

Et Scaliger:

Per totidem à Libra decreſcent ſidere partes.

442. In utrumque.] Id est, in utramque sortem, nimirum in ortum & occasum. Quod autem dicit in utrumque, dicit jam vers. seq. In diverſam sortem.

Itaque quâ temporis mensurâ, quove auctu sex prima Signa ab Ariete ad Libram exoriantur, & occidunt: eadem mensurâ, eodemve temporis auctu, (vice versâ), sex Signa à Librà ad Arietem orientur & occidunt: v. g. oriatur Taurus horâ 1. minutis 36. occidat verò hor. 2. min. 24. Scorpius contrâ oriatur hor. 2. min. 24. occidet verò hor. 1. minut. 36. Et ita de aliis.

444. Hæc erit horarum, &c. His 20. v. docet eandem hanc methodum de horis in exortum & occasum siderum servandam esse in habendis stadiis, quibus oriantur occidantve sidera. Par enim utrobique ratio, viâque tenenda. Observandum enim est quot stadiorum sit maximus arcus diurnus, & minimus nocturnus in Solstitio Æstivo; utriusque deinde summæ stadiorum fors dividenda est quæque in sex partes æquas; sextâque pars diurni arcus maximi danda est Leoni: sexta verò pars arcus nocturni minimi danda est Tauro. Cæteraque sunt observanda, ut docuimus supra v. 422., not. mutato solum nomine horarum in vocem stadiorum. Non est igitur ut in his immoremur.

445. Sidera ut in stadiis, &c.] Ita restituendum fuit. Pessimè enim variant hic lectiones. Gemb. Illa quid stadiis. Vulg. Sidera qua ostendit qua, &c. Scaliger, Illa quot stadiis. J. Bitur, Illaque ut in stadiis.

Que cum sexcentum vici = B. P.

Demit utrumq. B. P.

gat B. P.

Ducit B. P.

illa P. B.

- Quæ bis ter centum numeris, vicenæque constant.
 Detrahitur summæ tota pars, quota demitur inde
 Omnibus ex horis, æstivæ nomine noctis
 Solstitium summo cum peragit Phœbus. Olympo.
 450 Quodque his exuperat demptis, id didito in æquas:
 Sex partes; sextamque ardenti trade Leoni.
 Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis,
 Ejus erit Signo Tauri pars sexta dicanda.
 Quodque hanc exuperat partem, superatur ab illâ,
 455 Distinguitque duas medio discrimine summas:

INTERPRETATIO.

qua stadia numero sunt septingenta & viginti. Tot autem partes totalis summæ demuntur. quot detrahuntur ex eâ. cum actum est de omnibus horis quando Sol in tempore noctis æstivalis perlustrat Solstitium æstivum in alto Cælo. Et quod superest, his partibus detractis, id divide in

sex partes æquales, & de sextam ejusmodi partem Leoni calido. Iterum qua summæ fueris sub tempore noctis, ea pars tertia erit tradenda Signo Tauri, & quod superat hanc posteriorem partem, & quod superatur ab illa priori, & quod scilicet superat mediâ differentiâ illos duos numeros,

ANNOTATIONES.

446. *Qua bis ter centum, &c.*] Ita quoque legendum. Malè enim Vulg. *qua cum ter centum &c.* Quam lectionem pessimè tueretur Scaliger, dum contendit vocem *ter* non cadere in vocem *vicena*, sed tantum in vocem *centum*, ita ut fiat summa 320. Fallitur sanè; sunt enim Maniliana 720. ut monui v. 279. not. totque sunt admittenda. Itaque *bis ter centum & vicena* stadia, sunt 720.

447. *Detrahitur tota pars, &c.*] Sensus horum 3. v. hic est. Comparationem instituit Poëta, atque tot partes esse detrahendas è totali summâ stadiorum, quæ & arcus diurnus maximus & arcus nocturnus minimus sub Cancro continent, quot detrahuntur è totali summâ horarum, quas iidem duo arcus continent. Quanquam non parem omnino utrobique servat rationem. Cum enim de horis egit suprâ, docuit solum cognoscendum esse quot horarum esset uterque arcus, diurnus scilicet maximus, & nocturnus minimus sub Cancro. At hic videtur docere cognoscendum esse quot stadiorum simul sit uterque ille arcus, deinde è totali hac summâ detrabi vult summam arcus nocturni minimi, ut summa residua sit arcus diurni maximi; quam postea docet pariter partiendam esse in

sex partes æquas, quarum una datur Leoni, &c. Igitur per *summa tota pars* intellige tot partes totius summæ stadiorum, quæ uterque arcus ille nocturnus minimus, & diurnus maximus continet; vox autem *tota* dicitur pro *tot*, Græcè *πᾶν*, *tot*, aut, *tanta*; cui respondet sequens vox *quota*. Per has autem voces, *quota demitur inde omnibus ex horis*, intellige, quot partes detrahuntur è totali summâ horarum, quas uterque ille idem arcus diurnus & nocturnus sub Cancro continet.

Demitur inde.] Ita restituendum. Malè enim Scaliger: *demit utrinque*: legendum enim foret *quotam*, non *quota*.

448. *Nomine.*] Tempore, lib. 2. v.

449. *Solstitium.*] Supl. *Æstivum*, lib. 2. v. 658.

Olympo.] Cælo, lib. 1. v. 178.

450. *Quodque his exuperat demptis, &c.*] Quod restat de totali summâ illâ stadiorum diei & noctis simul, demptis jam stadiis noctis minimæ, id dividendum est in sex partes æquas. Id est, summa arcus diurni maximi dividenda est in sex partes æquas, &c. Quod & de horis v. 296. pari modo factum est.

453. *Signo Tauri pars sexta.* &c.] Ut de horis noctis minimæ v. 279. not.

454. *Quodque hanc exuperat, &c.*] Id

LIBER TERTIUS.

271

Tertia pars ejus numero superaddita Tauri,
Traditur & Geminis. Simili tunc cætera lucro
Procedunt numeros semper tutata priores,
Augebuntque novo vicinas nomine summas,
460 Donec perveniant ad justæ tempora Libræ.
Ex illâ totidem per partes sic breviantur
Lanigeri ad fines: conversâque nomina legem
Accipiunt, perduntque pares cedentia sortes.
Hæc via monstrabit stadiorum ponere summas,
465 Et numerare suos ortus per sidera cuncta.
Quod benè cum propriis simul acceptaveris horis,
In nullâ fallet regione Horoscopus unquam,
Cum poterunt certis numerari singula signa
Temporibus parte ex illâ, quam Phœbus habebit.
470 Nunc quibus hiberni momentis surgere menses

Tertia pars.
tum p.

nomine B. R.

omnia B. R. p.
strevit R.

INTERPRETATIO.

et c. *et c.* *et c.* *et c.* *et c.*
ejus tertia quoque pars, quæ data fuerat summæ Tauri, datur etiam Geminis. Postea reliqua Signa progrediuntur pari auctu, conservantque semper præcedentes summas: & ita augmentabunt proximos numeros novâ illâ temporis mensurâ, usquequâ accedant tempora Libræ aqua. Ex hac autem Librâ Signa pariter decrescunt per tot partes usque ad castra Arietis: & versa tempora recipiunt eandem legem, & amittunt similes partes

dum accidunt. Hac ratio docebit constituere numeros stadiorum, & computare suos exortus per singula Signa. Quod quidem ubi perceperis cum propriis quoque horis, nusquam Signum ascendens te decipiet in ullâ parte terrarum, quia quaque sidera poterunt mensurari per certa tempora ex illâ parte, quam Sol occupabit. Jam vero magna via breviterque monstranda, quibusnam scilicet temporibus menses hyemales inchoent crescere

ANNOTATIONES.

est, discrimen, quod inter summam noctis minimæ, & summam diei maximæ intercedit.

Hanc partem,] Noctis scilicet minimæ.

Illâ,] Diei nempe maximæ.

456. Ejus,] Discriminis illius.

458. Numeros suscipit priores,] Sic v. 438.

459. Novo. nomine.] Novo temporis auctu illo, quæ tertia pars est discriminis inter diem maximum, & minimam noctem. Malè autem Scaliger, novem. Pessimè Vulg.

Augebuntque novem numeratas munere summas.

461. Ex illâ, &c.] Id est, sidera à Librâ ad Arietem hoc auctu temporis prædicto (vice versâ) occident, quo sidera ab Ariete ad Libram oriuntur. Quod & idem dictum est de casu siderum per horas, v. 279. not.

[464. Hac via.] His itaque 6. v. concludit hanc esse diem tenendam ut ortus & occasus siderum & per horas suas, & per stadia sua benè habeantur, quod nusquam Horoscopus fallat; sed certâ ratione cognoscatur Signum ascendens per quamcumque terrarum regionem.

467. Horoscopus.] Natalis Cœli, Signum ascendens, v. 322.

469. Ex illâ parte, quam, &c.] Id est, ex illo Signo, aut Signi gradu in quo Sol erit, dum quis fuerit natus, v. 299. 300. 301. not.

470. Nunc quibus, &c.] His 5. v. monet se jam disputaturum de vario incremento dierum ac noctium decremento per menses ac sidera, ab initio Capricorni ad Arietem. Deinde ab Ariete ad Cancrum. Postea de noctium incremento, deque dierum decremento vicissim à Cancro ad Capricornum.

Incipiant, (neque enim paribus per sidera cuncta
 Procedunt gradibus, nivei dum vellera Signi
 Contingunt, æquum luces cogentia & umbras
 Ferre jugum), magna est ratio breviterque docenda.

- 475 Principio capienda tibi est mensura diei,
 Quam minimam Capricornus agit; noctisque per horas
 Quam summam. Quoque ab justo superaverit umbra,
 Et trepidant luces, ejus pars tertia Signo
 Tradenda est medio semper: quâ sorte retentâ
 480 Dimidio vincat primum, vincatur & ipsum.
 Extremo. Totum in partes sic digere tempus.
 His opibus tria Signa valent, sed summa prioris

INTERPRETATIO.

(neque enim progrediuntur aequalibus mensuris per singula Signa, donec perveniant ad lanas sideri candidi, quæ faciunt ut dies & noctes portent aequale jugum). Igitur primâ sumenda est tibi mensura diei brevissima quam Capricornus reddat, & simul numerum quem agit per horas noctis. Et quâ justâ summa nox

vicerit diem, & dies recedere festinent, ejus summæ pars tertia semper tribuenda est Signo medio; quâ summâ servatâ superet ex dimidio primum Signum, ipsum quoque superetur ab ultimo Signo. Ita distribue totum tempus illud in ejusmodi partes. Tria Signa gaudens his auctoribus: sed eâ lege ut numerus prima

ANNOTATIONES.

472. Nivei... Signi.] Arietis.

475. Principio capienda est. &c.] Incipit à decremento noctis, dieique incremento à Capricorno ad Arietem, docetque his 9. v. rationem ejus rei invenientæ. Itaque ait primum observandum esse, (quâcunque in regione fueris), quot horis nox brumalis longissima superet diem brumalem brevissimum; illudque discrimen aut excessum potius in tres partes æquas esse dividendum, quarum una tradenda est Signo medio, nimirum Aquario; (tria enim sunt Signa, Capricornus, Aquarius & Pisces usque ad Arietem.) Quâ parte tertiâ acceptâ Aquarius vincet primum Signum Capricornum, ex dimidiâ parte illius: & pariter vincetur à Piscibus eadem dimidiâ parte illius tertiæ partis. Rem illustrabit exemplum, v. 484. & tabula pag. 275.

477. Quoque ab justo. &c.] Ita interpungendum & legendum ex Gemb. Male enim Vulg.

Quam summam quoque si justâ superaverit umbra

Itaque, quaque ab justo, id est, à quâ justâ summâ,

478. Trepidant luces.] Gemb. benè; id est, festinant, celeriterque recedant ac fugiant. Sic apud Virg. 4. æn. trepidare, est festinare: & æn. 3. trepidus, est festinus. Alii crepiscant luces, quasi obscurentur. Crepitare enim, est dubiâ luce micare. Quæ lectio non probatur; ea enim mens est Manilii ut velit dies cedere noctibus, ac minùs longos esse.

479. Medio.] Aquario nempè.

480. Dimidio vincat primum.] Id est, Aquarius superet Capricornum ex dimidiâ parte illius tertiæ partis, quâ ipse attollit tempora dierum: & ipse quoque Aquarius superetur ex dimidiâ parte ejusdem tertiæ partis discriminis.

Ipsam.] Supl. medium Signum, id est, Aquarius.

481. Extremo.] Piscium Signo, quod è tribus ultimum est.

Digere.] Gemb. benè. Alii dirige, minùs benè.

482. His opibus tria Signa valent.] Id est, Capricornus, Aquarius, & Pisces attollunt dies per hos auctus, & incrementa; eâ tamen lege ut sequens Signum addat semper tertiam illam partem præcedentis Signi.

Accedit

horam R.
 crepiscant R. P.

dirige P. R.
 etiam R.

LIBER TERTIUS.

273

Accedunt B.

Accedit numeri conjuncta sequentibus astris.

Cesserit ut, ternis fuerit si longior horis

485 *Brumali nox fortè die, Capricornus ut horâ*

Dimidiâ attollat lucas; & Aquarius horam

Ipse suam propriè ducat, summæque priori

Adjungat; Pisces tantum sibi temporis ipsi

Constituunt, quantum accipiant de sorte priorum.

490 *Et tribus expletis horis noctemque diemque*

et B. P.

et B. P.

INTERPRETATIO.

Summa addatur & adjungatur Signis sequentibus. Veluti advenerit (si fortasse nox hiberna fuerit longior, quàm dies hibernus tribus horis, v. g.), ut Capricornus augeat dies perensem ex unâ se-

mihorâ; & ut Aquarius ipse sumat suam horam peculiariter, & addat numero præcedenti; & ut Pisces ipsi sumant sibi tantum temporis, quantum recipiant de summâ præcedentium Signorum: & sic,

ANNOTATIONES.

484. *Cesserit ut, &c.*] His 8. v. rem illustrat exemplo Manilius: v. g. inquit, nox brumalis superet diem hibernum tribus horis, tertia pars harum trium horarum, quæ una est hora, danda est Aquario, quâ ipse Aquarius vincat Capricornum ex dimidio, id est, ex semihorâ; & quâ vicissim superetur à Piscibus ex dimidio, id est, ex semihorâ. Rem clarids explico. Sit nox igitur longior die brumali horis tribus; illud discrimen horarum trium divide in sex partes æquas, nimirum, in sex semihoras: da Capricorno unam semihoram, ad diem suorum auctum, quam addes numero diei brevissimæ: da pariter unam semihoram Aquario, quam addes summæ Capricorni; (sequens enim Signum retinet summam præcedentis): da & Piscibus unam semihoram, quam pariter addes numero Signi Aquarii; & ita de cæteris ad Cancrum, crescente summâ per singula Signa ex semihorâ. V. g. si nox superat diem tribus horis, erit igitur illa horar. 13. cum dim. hic verò horar. 10. cum dim. Adde huic summæ diei horar. 10. cum dim. sextam illam discriminis partem, quæ est semihora, ad auctum dierum per Capricornum, fiet summa horar. 11. Adde his horis 11. sextam pariter discriminis partem, id est, semihoram, fiet summa horar. 11. cum dimid. ad auctum dierum per Aquarium. Denique adde his horis 11. cum dim. unam quoque semihoram, fiet summa horar. duo-

decim ad auctum dierum per Pisces. Et sic illa tria Signa, ut verbis Manilianis utar, v. 490.

—tribus expletis horis noctemque diemque.

Lanigero tradunt aquandam tempore Veris.

Porro ita ratio & sensus legendum postulant, *cesserit ut, ternis, &c.* Verba enim hæc, *cesserit*, id est, fuerit, fiat, advenerit, : ut, id est, veluti. Malè ergò Scaliger interpretatur *cesserit ut*, quasi sit, quomodo res eveniat, qualecunque illud sit discrimen; jungitque malè has voces, *cesserit ut*, illis præcedentibus *sed summa prioris accedit, &c.*

486. *Attollat lucas.*] Augeat dies, suppl. per suum menslem.

487. *Ipse suam propriè ducat .. horam.*] Gemb. benè. Aquarius enim, quod medium est Signum, ipse sibi sumit unam horam ad auctum dierum in exemplo proposito, quæ tertia pars est discriminis positi. Malè ergò Scaliger: *hora ipse suam propria, &c.* Malè Vulg. *dicat pro ducat.*

Summaque priori adjungat.] Sup. sextam discriminis partem. Addunt enim singula Signa Signis præcedentibus.

489. *Priorum.*] Nempè Aquarii præcedentis, quem superant sextâ parte discriminis superadditâ.

490 *Tribus expletis horis.*] Quod scilicet discrimen erat inter noctem maximam, & diem brevissimam positum. Tres autem illæ horæ ita expleantur à

M. MANIL.

Mm

A. B. undispermus est flagus

Lanigero tradunt æquandam tempore Veris.

Incipit à sextâ tempus procedere parte

Dividuum : duplicant vires hærentia Signa ,

Ultimâque acceptas triplicant. Ita summa diebus

495 Cedere diversâ labentia tempora lege.

Jâmque Aries totidem deducit noctibus horas ,

Quot priûs abstulerant proprio sub nomine Pisces.

Hora datur Tauro ; cumuléntque ut damna priora ,

Dimidiam adjungunt Gemini. Sic ultima primis

500 Redditur. Æquata solvuntur fœnore noctes.

* * * * *

INTERPRETATIO.

tribus horis inde exactis , reddunt Arieti noctem & diem aquam faciendam in tempore Veris. Inde autem tempus , quod est dividendum , capit crescere per sextam sortem : Signâque proxima duplicant vires , & extrema Signa triplicant illas vires , quas recipiunt. Sic tempora cuncta noctis decurrentia solent cedere die-

bus variâ ratione. Et jam Aries detrahit noctibus tot horas , quot Pisces detraherant antea sub suo titulo. Hora tribuitur Tauro , & Gemini addunt unam semihoram , ut augeant prima detrimenta. Ita extrema semihora additur primis semihoris. Ita noctes æquales facta diebus præstantur auctu suo. * * * * *

ANNOTATIONES.

Capricorno ad Arietem , dùm dies crescunt per semihoras tribus illis mensibus , ut dies & noctes pares fiant sub Ariete. Eâdem enim temporis mensurâ decrescunt noctes , per singulos menses , quâ per eosdem menses crescunt dies ; scilicet unâ semihorâ per Capricornum , unâ semihorâ per Aquarium , unâ semihorâ per Pisces. Igitur tribus quæque semihoris suis per eadem Signa noctes decrescunt. Quæ sex semihoræ dant horas tres , quod noctis & diei discrimen erat positum.

492. Incipit à sextâ , &c.] His 9. v. explicat Poëta quomodo dies crescunt ab Ariete ad Cancrum , in exemplo allato , per semihoram quoque , quæ sexta pars est discriminis positi , nempe trium horarum. Additur enim semihora numero Piscium , ut habeatur auctus dierum per Arietem. Sequens Signum , nempe Taurus , addit semihoram numero Arietis , vel ut verbis Manilianis utar , duplicat vires , id est , sumit sibi duas sextas partes discriminis , nempe unam horam , sicut Aquarius unam horam , seu tertiam discriminis partem assumpserat Ultimum verò Signum , nimirum Gemini triplicant , id est , sumunt tres semihoras , non habitâ scilicet crescentis summae duorum præcedentium Signorum , sed quasi suâ solâ ratione.

493. Dividuum.] Gemb. benè , id est , tempus , quod superest dividendum , ab Ariete scilicet ad Cancrum. Vulg. Dimidium , malè.

Hærentia Signa.] Taurus.

494. Ultimâque.] Sup. Signa , nempe Gemini.

Summa . . . tempora.] Sup. noctis , quæ cedunt diebus à Capricorno ad Cancrum , diversâ quidem ratione , & mensurâ. Malè autem Scaliger sententiam terminat his solis vocibus , Ita summa diebus : nec addendum judicat sequentem versum , cedere diversâ , &c.

Quod & res ipsa ac ratio postulat.

498. Damna priora.] Quæ noctibus jam Taurus & Aries intulerant , dùm auxerunt diem præ noctibus.

499. Sic ultima primis redditur.] Ita prioribus duabus semihoris additur tertia & ultima semihora in Gemini , quod noctes jam æquæ fiant diebus in morâ. Nam quæ antea sub Capricorno nox brumalis superabat diem hibernum , jam sub Cancro æqua fit diei maximo. Dies enim Solstitialis maximus adæquat noctem brumalem maximam.

495 Cedere diversâ labentia tempora lege.]

triplici a B.P.

Xamq. A.P.

estq. B.P.

nis A.

495 Cedere / Cedunt

Hâc vice discedunt noctes à fidere Brumæ ;

ad fidere B. P.

INTERPRETATIO.

* *Hoc ordine noctes recedunt à Signo Solstitii hiberni :*

ANNOTATIONES.

501. *Hâc vice discedunt, &c.*] His s. v. concludit ita noctes cedere diebus à Solstitio brumæ ad Cancrum, quo dies Solstitialis maximus adæquat noctem brumalem maximam, & nox revertitur eodem actu, quo creverat à Cancro ad Capricornum. Ante hunc versum quatuor spurii, aut saltem alieni aut præposterii versus leguntur apud Scaligerum, quos ego delevi; neque enim faciunt ad eam rem, de quâ agitur, neque quem in locum eos referrem videre potui. Tu sedas iudex, Lector benevole.

Rursus & incipiunt propria de sorte diebus:













Respondent pariterque illis, qua proxima fulgent,

Et media aquatis censentur viribus astra,

Præcipuûsque gerunt varianda ad tempora motus.

A fidere brumæ.] A Capricorno. Pari autem modo crescunt noctes à Cancro ad Capricornum per Libram, quo crescunt dies à Capricorno ad Cancrum. Res patet in hâc tabulâ.

DIERUM AC NOCTIUM INCREMENTA.

Signa	Dies Initialis		Dies Finalis		Incrementa		Signa	Nox Initialis		Nox Finalis		Incrementa	
	H.	M.	H.	M.	H.	M.		H.	M.	H.	M.	H.	M.
	9.	0.	9.	30.	0.	30.		9.	0.	9.	30.	0.	30.
	9.	30.	10.	30.	1.	0.		9.	30.	10.	30.	1.	0.
	10.	30.	12.	0.	1.	30.		10.	30.	12.	0.	1.	30.
	12.	0.	13.	30.	1.	30.		12.	0.	13.	30.	1.	30.
	13.	30.	14.	30.	1.	0.		13.	30.	14.	30.	1.	0.
	14.	30.	15.	0.	0.	30.		14.	30.	15.	0.	0.	30.
XXXXI Fig.						XXXXII Fig.							
Pag. 275						Pag. 275.							

Tollunturque dies, annique invertitur orbis;
Solstitium tardi cum sit sub sidere Cancri;
Tuncque diem Brumæ nox æquat: tempora noctis
505 Longa dies: similique redit, quàm creverat, ætu.

Nunc sua reddentur generatim tempora Signis,
Quæ divisa etiam proprios ducuntur in annos,
Et menses, lucisque suas, horisque dierum,
Per quos præcipuas ostendunt singula vires.

510 Primus erit Signi, quo Sol effulserit annus,
Annum quod lustrans consummat tempora Mundi.
Proximus atque alii subeuntia Signa sequuntur.

Luna dabit menses, peragat quod menstrua cursum.
Tutelæque suæ primas Horoscopus horas

515 Asserit, atque dies, traditque sequentibus astris.

sumit P. R.

gual B.

di B.

INTERPRETATIO.

Et dies augentur, & circulus anni pervertitur, quando scilicet Solstitium est sub Signo pigri Cancri; & tunc nox adæquat diem Solstitii hiberni: & dies maxima adæquat tempora noctis, & revertitur pari modo, quo aucta fuerat. Nunc autem sua tempora in genere tribuuntur singulis Signis: quæ tempora partita quoque referuntur in annos suos, & in menses suos, & in dies suas, & in horas suas, quibus omnibus quaque Signa manifestant præcipuas suas virtutes. Primus annus erit illius Signi, in quo Sol fulserit, id quod Sol peragens tempora Cæli absolvit totum annum. Secundus annus & alii anni subeunt sequuntur pari modo Signa sequentia. Luna dabit menses, quia absolvit cursum suum intra unum mensem. Et Horoscopus vendicat sibi in sua iura primas horas, & dies, & alias horas, & quæque dies reddit aliis Signis.

ANNOTATIONES.

506. Nunc sua reddentur, &c.] His 4. v. monet Poeta se iam dicturum, quâ ratione sui anni, sui menses, sui dies, suæque hora singulis Signis, ac sideribus attribuantur.

510. Primus erit Signi, &c.] His 3. v. docet primum annum tribuendum esse Signo in quo Sol fulserit sequenti Signo secundum annum. Et ita de cæteris in orbem. Ad cuius rei notitiam observandum est cum à Chaldeis hanc annorum rationem institutam fuisse ad privatas hominum genituras, ut primus Solaris annus sumeret initium ab eo Signo, in quo Sol fulserit, cum quis natus fuerit: secundus verò annus à Signo sequenti inciperet, tertius à tertio, &c.

511. Tempora Mundi.] Spatia Cæli perlustrans, quæ in tempora distribuuntur, & quorum pariter motu tempora nostra metimur.

513. Luna dabit, &c.] Hoc versu docet menses ita per Signa distribui ex ordine incipiendo ab eo Signo in quo Luna fuerit, cum quis nascetur. Ita primus mensis dabitur illi Signo, in quo Luna lucebit, sicut primus annus datus est Signo in quo Sol lucet. Secundus verò mensis sequenti Signo, & ita de cæteris in orbem. Cuius rei rationem hanc reddit, quod ita Luna menses reddit quos menstrua lustrat: sicut Sol reddit annos, quos annuus conficit.

514. Tutelæque suæ, &c.] His 2. v. docet dies, & horas dici ita per Signa reddi, ut prima dies primæque dici hora detur Signo Horoscopanti, dum quis nascitur: secunda verò dies, secundæque dici hora Signo proximè sequenti. Et ita de cæteris in orbem. Scilicet quia Horoscopus primum est Signum à quo nascens dici lucem capere creditur.

v. 503 (cum) 1:5: Ponder

Sic annum , mensesque suos Natura , diésque
Atque ipsas voluit numerari Signa per horas ,
Omnia ut omne foret divisum tempus in astra ;
Pérque alterna suos variaret sidera motus ,
520 Ut cujusque vices ageret redeuntis in orbem.

Idcirco tanta est rerum discordia in ævo ,
Et subtexta malis bona sunt , lachrymæque sequuntur
Vota , nec in cunctis servat Fortuna tenorem :
Usque adeò permixta fluit nec permanet usquam :

525 Amisitque fidem variando cuncta per omnes.
Non annis anni , non menses mensibus usque
Conveniunt , seque ipse dies , aliúmque requirit ,
Hora non ulli similis perducitur horæ.

Tempora quòd sistant propriis parentia Signis ,
530 Per numeros omnes ævi divisa volant ;
Talésque efficiunt menses , casúsque minantur ,
Qualia sunt , quorum vicibus convertimur , astra.

Natura P.

relinquit B. P.

Horarum B. P.

consistunt propriisq. carentia B. P.

dum B. P.

INTERPRETATIO.

Ita auctor Natura voluit computari Signa per annum , pérque menses suos , pérque ipsos dies , & per ipsas horas , ut scilicet omne tempus esset distributum in cuncta Signa , & ut mutaret suos motus alternatim per Signa , ut referret sortem cujusque Signi revertentis ex ordine. Idèò tanta dissensio rerum videtur per secula , & idèò bona intermixta sunt malis , & flus subsequuntur desideria & optata , nec fortuna tenet ullum ordinem in ullis rebus. Ita mutabilis veritas , nec stat

alicubi constans , & perdidit fidem apud omnes homines mutando omnia. Porro anni non jugiter similes sunt annis , non menses mensibus ; & ipse dies quatit se ipsum , aut alium sibi similem , nec hora redditur similis ulli hora. Scilicet , quia tempora quæque sequuntur leges suorum Signorum , & distributa sunt per omnes mensuras temporis currentis ; & reddunt tales menses , & minitantur tales eventus fortuitos , qualia sunt ea Signa , quorum ordinibus nos ducimur.

ANNOTATIONES.

516. Sic annum , &c.] His 5. v. ait Naturam , seu Deum , dùm Coeli sidera conderet , ita Signa numerari voluisse per suos quæque annos , per suos quæque menses , pérque suos quæque dies ac horas , ut omne tempus esset divisum in singula sidera.

521. Idcirco tanta est , &c.] His 5. v. concludit inde oriri tantam rerum discordiam , quæ in Mundo geruntur : tantam bonorum cum malis mixturam : tam varios Fortunæ casus : ac rerum vices tam incertas ac mutabiles

526. Non annis anni , &c.] His 7. v. docet non annos annis , nec menses mensibus , nec dies diebus , nec horas

horis usquam esse similes ; quia sequuntur astra , quæ varia sunt & dissimilia.

527. Aliúmque requirit.] Gemb. benè , id est , nec se , nec sibi similem alium invenit. Vulg. aliúmque relinquit. Idem sensus.

529. Tempora quòd sistant , &c.] Gemb. benè. At Vulg. mendosè ,

Tempora , consistunt propriis carentia Signis.

531. Casúsque.] Gemb. benè. Vulg. causásque ; malè.

532. Convertimur.] Gemb. benè ; motibus enim ac affectionibus astrorum ducimur. Vulg. dùm vertimur ; mala constructio.

Mm iij

quoq. B.

agil. B.

tradit. B.

Sunt, quibus ut Cœli pateat nascentis ab horæ
 Sidere, quem memorant, Horoscopus inventuris,
 535 (Parte quod ex illâ describitur hora diebus),
 Omne genus rationis agi per tempora & astra,
 Et capite ex uno menses, annosque diésque
 Incipere, atque horas, tradique sequentibus astris;
 Et, quanquam sociâ nascantur origine cuncta,
 540 Diversas tamen esse vices, quod tardius illa,
 Hæc citius peragunt orbem. Venit omnis ad astrum

INTERPRETATIO.

Homines sunt qui reperti, ut natalis
 Mundi, quem vocant Horoscopus,
 sibi ipsis innotescat à Signo hora jurgens,
 (ed quod horâ redditur diebus ab
 illâ parte), putant, inquam, omnem
 hanc rationem duci per tempora & si-
 dera, & menses, & annos, & dies,

& horas incipere ex uno & eodem lo-
 co, & tribus Signis subeuntibus; & li-
 cet hac omnia oriantur ex communi ca-
 pite, varia tamen esse munia illorum,
 ed quod alia lentius, alia velocius ab-
 solvunt circulum suum. Etenim quaque
 hora in uno quoque die redditur bis suo

ANNOTATIONES.

533. *Sunt, quibus ut Cœli, &c.*] His
 11. v. proponit sententiam nonnullor-
 um, qui voluerunt non ex vario, &
 suo quoque capite, sed ex eodem an-
 nos, menses, dies & horas per Signa
 incipere, nimirum ex Horoscopo. Li-
 cet enim alia aliis tardius aut citius
 currant, nihilominus fieri potest ut in
 idem initium referantur. Quia hora
 bis in Signum venit in die: dies bis
 in mense & amplius; mensis semel in
 anno: annus semel quoque in duo-
 decim Solibus exactis. Quam opinio-
 nem jam refellet Poëta.

Ut Cœli pateat, &c.] Ita ratio &
 verborum ordo castigandos postulant
 hos duos versus. Malè enim Vulg.

*Sunt quibus ut Cœli pateant nascenti-
 bus hora,*

Sidere quod memorant.

Malè quoque Gemb.

*Sunt quibus ut pateat, Cœli nascenti-
 ab hora*

*Sidere, quem memorant Horoscopus
 in venturis.*

Quam lectionem non patitur nostra
 interpretatio.

Nascenti ab hora sidere.] Id est à Si-
 gno Horoscopante, à quo hora diei
 suum ducit initium, v. 514. & lib. 2.
 v. 827.

*Unde dies redit & tempus describit in
 horas;*

*Hinc inter Graios Horoscopus edisur
 urbes.*

534. *Horoscopus.*] Supl. Cœli, id est,
 natalis mundi, v. 322. Initium Cœli
 ascendentis, Signum Horoscopans.

535. *Parte quod ex illâ, &c.*] Sic
 lib. 2. citato v. 827.

536. *Omne genus rationis.*] Hanc om-
 nem rationem temporis, anni, men-
 sis, diei & horæ.

537. *Capite ex uno.*] Nimirum ab
 Horoscopo, aut natali Cœli.

538. *Tradique sequentibus astris.*] Ex
 ordine & in orbem.

539. *Cuncta.*] Supl. illa temporum
 genera, anni, mensis, diei & horæ.

540. *Tardius illa, citius hac, &c.*]

Nam v. g. annus tardior mense; men-
 sis tardior die; dies tardior horâ per-
 agitur. Contrâ hora citior die; dies
 citior mense; mensis citior anno vol-
 vitur.

541. *venit omnis ad astrum, &c.*] Ex-
 plicat quomodo hora citior volat, quia
 bis in die hora quæque venit in Signum
 suum. Sunt enim in die horæ vigin-
 ti quatuor; sunt autem tantum duo-
 decim Signa. Igitur bis die venit hora
 in astrum.

LIBER TERTIUS.

279

Hora die bis ; mense dies : semel unus in anno
Mensis ; & exactis bis sex jam Solibus annus.

venit B.

Difficile est in idem tempus concurrere cuncta ,
545 Unius ut Signi pariter sit mensis & annus.

Asperiorem ut agat mensem , si mensis in astrum
Lætis inciderit : Signum sit triste diei ,
Si Fortuna diem foveat , sit durior hora.
Idcirco nihil in totum sibi credere fas est ,

vis agat. P B.
si P. B.
si durior B.

INTERPRETATIO.

Signo : dies in uno quoque mense red-
ditur bis suo Signo , & amplius : unus
quisque mensis in anno redditur semel
suo Signo : & unus quisque annus ,
qui constat ex duodecim Solibus revolu-
tis , redditur semel suo Signo. At non
est ita facile , ut hac omnia conveniant
in idem tempus , scilicet ut mensis , ver-

bi gratiâ , & annus pertineant aequè ad
unum Signum. Difficile est ut Signum
reddat mensem tristem , si fortè mensis
ille ceciderit in Signum hilarius : & ut
Signum reddat diem asperiorem , & ut
asperior sit hora , si Fortuna tutatur illum
diem , & horam. Igitur nihil horum po-
test convenire sibi mutuo in omni re ,

ANNOTATIONES.

542. Mense dies.] Sup. bis quoque
venit in astrum. Sunt enim in mense
dies triginta , Signa verò duodecim.
At duodecim bis repetuntur in trigin-
ta , & amplius ; sex enim dies super-
sunt. Manilius autem hæc non ad
amussim scripsit ; sed indicasse satis ha-
buit diem bis in mense venire in astrum,
quod constet diem mense velocius cur-
rare. Unde ita fuit interpungendum ,
malè enim Vulg. Hora dies bis mense
dies. Malè Scaliger , Hora die bis , men-
se dies semel.

Semel unus in anno mensis.] Sunt
enim tantum duodecim menses in an-
no , sicut duodecim Signa in Cœlo. Se-
mel igitur quisque mensis in anno ve-
nit in suum Signum.

543. Bis sex jam Solibus annus.] Sup.
semel venit in astrum. Etenim in duo-
decim Solibus exactis , id est , in duo-
decim annis semel quisque annus ve-
nit in suum astrum. Sunt enim tantum
Signa duodecim. Quid autem clarius ?

544. Difficile est in idem , &c.] His
12. v. refutat Poëta superiorem opinio-
nem : atque difficile esse ut hæc om-
nia diversa temporis genera ex uno &
eodem capite incipiant. Alias enim
quomodo vel annus , vel mensis , vel
dies , vel hora durior foret & tristis
nascenti homini , si in latum Signum in-

ciderit vel annus , vel mensis , vel dies ;
vel hora ? Namque ut rectè docuit v. 531.

Talesque efficiunt menses , casusque
minantur .

Qualia sunt , quorum vicibus con-
vertimur , astra.

546. Asperiorem ut agat mensem , &c.]
Supl. difficile est. Id est , difficile est ,
si mensis inciderit in Signum lætius ,
ut id Signum agat duriorem mensem.
Idem dicendum est de anno , die & horâ.

547. Signum sit triste diei.] Sup. dif-
ficile est ut.

548. Sit durior hora.] Sup. difficile
est ut ; id est , difficile est ut durior
sit quoque hora , si Fortuna horam
quoque foveat.

Fortuna.] Supl. bona.

549. Nihil.] Sup. istorum , nempè
nec annum , nec mensem , nec diem ,
nec horam.

Credere.] Fidere. Ita enim horum
omnium vices essent permixtæ , ut nec
annus , nec mensis , nec dies , nec ho-
ra suis Signis crederent ; quia si v. g.
inciderint in latum Signum , deberent
hæc omnia tempora fore læta & for-
tunata. Sin autem in Signum triste ,
forent tristitia. At si se res ita haberet
nullæ essent diversæ vices , nulli di-
versi casus in tempore. Quod tamen
falsum est , ut dixit v. 521.

544. Hoc modo ex-
Difficile est in idem t. c. c.
Unius et Signi pariter si M et A.
venit dicit
Asperiorem ut agat mensem. Si M. in A.
Lætis inciderit si id t. dicitur.
Si Fortuna v. foveat, sit d. A.
Alij interpretes hos versus minime intellegunt.

- anno signi B. P. 550 Non annos Signis , menses vertentibus annis ;
 Mensibus aut lucas , aut omnes lucibus horas ;
 Quod nunc illa nimis properant , nunc illa morantur ;
 Et modò deest aliud , modò adest , vicibúsque recedit ,
 Aut redit , atque alio mutatur tempore tempus
 ut B.
 alius B.
 aut B. P.
 arum B. P.
 duci B. P.
 555 Interpellatum variatâ sorte dierum.
 Et quoniam dixi per singula tempora vitæ , Quot annos habeat
 Quod quandoque genus venit , cuiúsque sit astri unumquodq. h. p.
 Quísque annus , cuius mensis , simul hora , diésque : B. P.
 Altera nunc ratio , quæ summam continet ævi ,
 560 Reddenda est ; quot quæque annos dare Signa feruntur.
 Quæ tibi cùm finem vitæ per sidera quæris ,
 Respicienda manet ratio , numerisque notanda.
 19m P. B. Bis quinos annos Aries , unumque triente

INTERPRETATIO.

non anni possunt fidere omnibus Signis , aut menses annis currentibus , aut dies mensibus , aut omnes hora diebus ; eò quod modò alia nimis festinant , modò alia tardant , & mox aliud tempus desideratur , mox adest , & vicissim recedit , vel revertitur , vel variatur ab alio tempore , & interruptur mutata ratione dierum . Et quia docui quodnam genus temporis tandem venit per singula tempora vita , & cuius Signi sit quilibet annus , cuius Signi sit quisque mensis , pariter & hora & dies : Jam alia ratio mihi docenda est , qua continet summam totius vita temporis ; scilicet quot annos quaque Signa dare creduntur . Quæ quidem ratio tibi est aspicienda , & suis numeris observanda , quando scire vis tertium vita hominis per astra . Aries tribuet decem annos , & unum annum

ANNOTATIONES.

552. Quod nunc illa nimis , &c.] Sic vers. 540.

554. Alio tempore . . . tempus.] Vel annus mense , die , & horâ : vel mensis anno , die , & horâ : vel dies anno , mense , & horâ : vel hora anno , mense , & die mutatur.

556. Et quoniam dixi , &c.] His 7. v. præmonet Poëta hætenus satis disputatum esse de anno , mense , die & horâ per Signa : nunc disputatum iri de tempore vitæ , seu de annis , quos quæque Signa dant in vitam hominibus , prout sub singulis illis horoscopantibus nascuntur.

557. Quod . . . genus.] Sup. temporis : id est , vel anni , vel mensis , vel diei & horæ.

559. Ævi.] Ætatis cuiusque hominis , 563. Bis quinos Aries , &c.] His 14. v.

explicat sigillatim quot annos , quòve menses in vitam hominibus quæque Signa dent . Scilicet Aries dat annos 10. menses 8. Taurus annos 12. menses 8. Gemini annos 14. menses 8. Cancer annos 16. menses 8. Leo annos 18. menses 8. Virgo annos 20. menses 8. Libra annos 20. menses 8. Scorpius annos 18. menses 8. Sagittarius annos 16. menses 8. Capricornus annos 14. menses 8. Aquarius annos 12. menses 8. Pisces annos 10. menses 8. Quod videre est in tabellâ seq.

Unumque triente fraudatum.] Supl. annum , id est , octo menses . Triens enim est tertia pars totius . Totum autem hîc est annus constans ex duodecim suis mensibus . Annus igitur fraudatus uno triente sunt menses octo .

Fraudatum

DIGRAMMA
ANNORUM ET MENSIVM,
QUOS QUÆQUE SIGNA
DANT IN VITAM.

<i>Signa.</i>						
<i>Menses.</i>	8.	8.	8.	8.	8.	8.
<i>Anni.</i>	10.	12.	14.	16.	18.	20.
<i>Signa.</i>						
XXXXIII. Fig.						Pag. 281

- 365 Fraudatum dabit. Appositis, tu, Taure, duobus
Vincis : sed toridem Geminorum vinceris astro.
Túque bis octavos, Cancer, binósque trientes.
Bisque novem, Nemeæ, dabis, *bellémque* sub illis.
Erigone geminátque decem, geminátque trientem.
Nec plures fuerint Libræ, quàm Virginis anni.
370 Scorpius æquabit tribuentem *dona* Leonem.
Centauri fuerint eadem, *quæ* munera Cancri.
Ter quinos, Capricorne, dares, si quattuor essent
Appositi menses. Triplicabit Aquarius annos
Quattuor, & menses vitam producit in octo.
Piscibus B. P. 375 Pisces ac Aries & sorte & finibus hærent :

INTERPRETATIO.

carentem tertiâ sui parte. Tu, ô Taurus, superas Arietem ex additis duobus annis : at superaris ab Signo Geminorum totidem annis. Et tu, ô Cancer, dabis sexdecim annos, & duas tertias anni partes. Et tu, ô Leo, dabis octodecim annos, & præter illos octodecim annos dabis octo menses. Virgo duplicat decem annos, & duplicat tertiam anni partem. Neque plures sunt anni Libra, quàm Virgini. Scorpius adæquabit Leonem dantem sua munera. Sint eadem dona Sagittarii, qua Cancri. Tu, ô Capricorne, donares quinddecim annos, si quattuor menses essent additi. Aquarius triplicabit quattuor annos, & profert præterea vitam in octo menses. Pisces autem & Aries coherant & loco & munere :

ANNOTATIONES.

364. Appositis . . . duobus.] Sup. annis. Dat enim Taurus annos vitæ duodecim, menses octo. Aries verò tantum 10. annos & menses 8.

365. Toridem.] Sup. annis, nempè duobus : dant enim Gemini vitæ annos 14. & menses 8.

366. Bis octavos.] Bis octo, id est, sexdecim.

Binósque trientes.] Id est, octo menses. Triens enim unius anni, sunt quattuor menses, qui tertiam anni partem adimplent.

367. Nemeæ.] Leo, v. 431.

Bellémque sub illis.] Id est, præter illos 18. annos dat quoque Leo menses octo. Bes enim, seu beffis sunt octo partes totius alicujus. Octo autem partes totius anni sunt menses octo.

368. Erigone.] Virgo, lib. 2. v. 32. quæ dat vitæ annos 20. & menses octo.

Geminátque trientem.] Sup. anni. Id est, dat octo menses. Duo enim trientes anni sunt bis quattuor menses, id

est, octo menses.

369. Nec plures. . . Libra.] Nimirum Libra dat annos 20. menses 8. æquæ ac Virgo.

370. Scorpius æquabit &c.] Dat enim annos 18. Sicut Leo.

371. Centauri fuerint, &c.] Dat enim Sagittarius annos 16. menses 8. Per Centaurum autem intellige Sagittarium, ut monui lib. 2. v. 241.

372. Ter quinos . . . si, &c.] Dat enim Capricornus annos 14. menses 8.

373. Triplicabit Aquarius, &c.] Id est, dat annos duodecim, menses octo.

375. Pisces ac Aries, &c.] Ita legendum. Hoc enim versu docet Poëta Pisces & Arietem vicinos esse loco & sede ; parésque vitæ annos tribuere. Hærent quippe forte & finibus. Malè ergò Vulg.

Piscibus ac Aries, &c.]

Et Scaliger :

Piscibus ac Aries, &c.

LIBER TERTIUS.

283

So. Gr. B. P.

12c. B.

octo B. P.

statuit per

not annos
uag. loca
in p. ant
B. P.

Lustra decem tribuent Solis cum mensibus octo.
Nec satis est annos Signorum noscere certos;
Ne lateat ratio finem quarentibus ævi,
Templa quoque & partes Cæli sua munera nōrunt,
Et proprias tribuunt certo discrimine summas,
Cūm benè constiterit stellarum conditus ordo.
Sed mihi Templorum tantūm nunc jura canentur:
Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis;
Cūm benè materies fuerit præcognita rerum,
Non interpositis turbabitur undique membris.
Si benè constiterit primo sub Cardine Luna,

INTERPRETATIO.

unde Pisces dabunt quoque decem annos cum octo tantūm mensibus. Nec sufficit cognoscere certos annos Signorum: sed, ne cognitio fugiat eos, qui quarunt terminum vita hominum, observandum est quoque quid stationes & loca Cæli habent sua dona, & dant certos numeros annorum cum certâ differentia, scilicet si series ipsorum Planetarum rectè

posita fuerit per istas stationes. Verūm nunc tantūm cantabuntur à me rivos stationum duodecim; postea jam omnis illa mixtura Planetarum per stationes surget cum suis juribus; quando enim generatim materies rerum rectè prius cognita fuerit, non permiscabitur à partibus ejus interjectis ex omni parte. Igitur si certa steterit Luna sub primo Cardine.

ANNOTATIONES.

576. *Lustra decem tribuent, &c.*] Ita quoque legendum. Sup. Pisces, qui dant annos vitæ 10. menses 8. æquē ac Aries. Malè ergo Vulg. & Scaliger: *Lustra decem tribuent*; sup. Aries. Quasi verò Aries tribuat Piscibus hosce vitæ annos ac menses. *Lustra* autem, id est, annos, v. 348.

577. *Nec satis est, &c.*] His 5. vers. monet non satis fuisse docuisse quorū annos vitæ quæque Signa darent: sed operæ pretium esse dicit nōsse quorū annos quoque dent quæque Cæli castra, seu stationes, quas duodecim statuit lib. 2. sub finem.

579. *Templa & partes Cæli.*] Id est, castra, stationes, loca, &c. lib. 2. vers. 942.

Nōrunt.] Dant, tribuunt. Hujus enim verbi ea vis est, ut ab adjunctis quandoque pendear ejus significatio. Sic Ovid. 1. trist. 4. *vulnera novit*: id est, sentit, accipit. Sic *munera nōrunt*, id est, tribuunt sua dona, suos vitæ annos, &c.

580. *Proprias... summas.*] Sup. annorum.

581. *Stellarum... ordo.*] Planetarum loca per singulas stationes. Sic v. 101. 110. 119. 126. 128. 155. & clariùs infra v. 586. & lib. 2. v. 834.

582. *Sed mihi templorum, &c.*] His 4. v. monet se dicturum tantūm de annis, quos singula duodecim Templa, id est, duodecim stationes dant. Postea verò pollicetur se dicturum de Planetarum stationibus, ac juribus per singulas stationes. Quod tamen aut nō scripsit: aut nondum extat, nec ad nos pervenit, si scripsit. Interea ut has stationum rationes faciliùs intelligas consule & figuram, & annotationes quas de his præmisimus lib. 2. à v. 939. ad finem illius.

586. *Si benè constiterit, &c.*] His 24 v. explicat sigillatim quorū annos quæque statio dat, si benè Luna constiterit in singulis præcognita. Prioribus autem 9. v. memorat quorū annos quisque Cæli Cardo, quæ quatuor præcipue Cæli

N n ij

stationes sunt, tribuat in vitam, dùm in
 iis Lunâ lucente quisquis nascitur; ast-
 que Ortum, qui primus Cardo est, pri-
 mæque Cœli statio, dare annos 78. si
 Luna in eo fulserit. Imum Cœli, qui
 imus Cardo est, quartæque Cœli sta-
 tio ordine & numero dare annos 62.

Occasum, qui Cardo Occidentalis est,
 ac septima Cœli statio, dare annos 76.
 Medium Cœli, qui Cardo summus est,
 ac statio decima, dare annos 75. Res
 patet in hac figurâ.
Primo sub Cardine.] Sub Ortū.

D I G R A M M A

ANNORUM, QUOS QUISQUE CARDO
 DAT IN VITAM.

<i>Cardines</i>	<i>Anni</i>	<i>XII Stationes</i>		<i>Anni</i>	<i>Cardines</i>
1.	78	1	12	23.	
	42.	2	11	117	
	50	3	10	75	4
2.	62.	4	9	68	
	63	5	8	13	
	12	6	7	76	3
XXXIV. Fig. Pag. 284.					

Quod Cal. B. P.

- Quo redit in terras Mundus, nascensque tenebit
 Exortum, octonos decies ducetur in annos,
 Si duo decedant. At cum sub Culmine summo
 590 Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
 Bis quadragenis Occasus dives in actu
 Solis erit, numero nisi deesset Olympias una.
 Imaque tricenos bis fundamenta per annos
 Censentur, bis sex adjectis mensibus anno.
 595 Quodque prius natum fuerit dextrumque Trigonum,
 Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos.

supraabit et fraudabit P. R.

 actus B.
 pia Luna R. P.
 Primus B. P.
 avo P. R.

INTERPRETATIO.

à quo Cœlum revertitur supra terras, & à quo Cœlum surgens occupabit Ortum, is Cardo, inquam, attollitur in annos octoginta, si duo anni detrahantur, Sed quando Luna stabit sub medio vertice Cœli, iste numerus carebit tribus annis. Occasus, qui est sub fine

Solis, locuples erit annis octoginta, nisi una Olympias desideraretur huic summa. Et infima fundamenta Cœli numerantur per sexaginta annos, additis insuper duodecim mensibus cum uno anno. Et ille triangulus, qui fuerit prior & dexter, dat annos sexaginta, & geminat insuper quatuor,

ANNOTATIONES.

Culmine summo,] Medio Cœli.
 590. Hic numerus,] Nempè prædictus annorum 78, de quo sublati tribus annis supersunt 75, quos in vitam dat hic Cardo summus.

591. In actu Solis,] Id est, in termino & fine cursûs Solis. Sol enim sub Occasu dicitur esse in actu, id est, finire, agere finem cursûs sui. Sic agere animam, id est, mori, finem vitæ agere. Cic. 4. epist.

592. Nisi deesset Olympias,] Nisi deessent quatuor anni. Olympias enim apud Græcos certum fuit temporis spatium, nempè quatuor annorum. Cuius numerandi spatii ratio repetita fuit ex ludis Olympicis, qui quinto quoque anno celebrabantur in honorem Jovis circa urbem Olympiæ. Itaque Occasus daret annos octoginta, nisi deesset Olympias; unde tantum 76 annos tribuit.

593. Imaque tricenos, &c.] Id est, Imum Cœli dat annos vitæ 62, nimirum bis triginta, & bis sex menses cum uno anno.

595. Quodque prius natum, &c.] His posterioribus 15. v. explicat quot annos cæteræ octo stationes sigillatim dant; atque his 2. v. prioribus stationem il-

lam, quæ nona est numero & ordine; dare annos 68. Porro vocat hanc stationem dextrum Trigonum primumque, id est, quæ dextra est pars primi Trigoni, quod à primo Cardine in nonam & quintam stationem ducitur. Itaque prima statio, nona, & quinta primum Trigonum per stationes duodecim adornant. Secunda, decima; & sexta secundum Trigonum. Tertia, undecima, & septima tertium Trigonum. Quarta, duodecima, & octava quartum Trigonum. Verum nonam & quintam stationem notat tantum per rationem Trigoni: cæteras verò alio modo explicat. In uno autem quoque Trigono, ea pars dextra dicitur, quæ præcedit: sinistra verò, quæ sequitur, ut monui lib. 2. v. 285. & seqq. Igitur in hoc primo Trigono stationum nona statio dicta est, seu dexter est Triangulus, id est, dextra Trianguli pars, quia præcedit ad dextram à primo Cardine seu à primâ statione, à quâ ducitur iste Triangulus hinc inde in nonam, & quintam stationem. Quinta verò statio sinistra est pars, seu sinister angulus ejusdem Trianguli, quia sequitur à primo Cardine in ævum.

N n iij

Quod fuerit lævum , prælatæque Signa sequetur ;
Tricenos annos duplicat , tres insuper addit.

a Cardine B. P. 600 Quæque super Signum nascens hoc ordine primum
Tertia forma est , & summo jam proxima Cælo ,

Abthahil B. P. Hæc ter vicenos geminat , tres attrahit annos.

Quæque infra veniet spatio divisa sub æquo ,
Per quinquagenas complet sua munera brumas.

Tex B. P. 109 B. P. *Quæque* locum superat nascens Horoscopus , ille
Quæque 605 Dena quater revocat vertentis tempora Solis ,

Accumulatque duos cursus , juvenemque relinquit.

At qui præcedit surgentis Cardinis horam ,

Vicenos ternosque dabit nascentibus annos ,

Vix degustatam rapiens sub flore juventam.

Centulum est B. P. 610 Quod super Occasus est templum dena remittit

INTERPRETATIO.

Ille verò Triangulus , qui fuerit sinister , & qui sequetur Signa præcedentia , geminat triginta annos , & præterea addit tres alios annos. Et qua figura stationis tertia est à primo Cardine supra primum Signum assurgens , & quæ jamjam vicina est Medio Cælo , ea duplicat sexaginta annos , & insuper addit tres alios. Et qua forma stationis sequetur post primum Cardinem distans aquali spatio , ea donat sua dona per quin-

quaginta hyemes. Et illa statio , supra quam Horoscopus assurgens est , reddit quadraginta annuos cursus Solis volantis , & addit duos adhuc cursus , & linquit hominem in sua juventute. Sed ille locus , qui antecedit horam Cardinis primi , dabit nascentibus hominibus annos viginti & tres abripiens juventutem , qua vix delibata fuerit sub primo ætatis flore. Quæ statio est supra Occasum , ea dat spatia decem annorum.

ANNOTATIONES.

597. *Quæque fuerit lævum , &c.*] His 2. v. ait quintam stationem , quæ sinister est angulus primi Trianguli , ut jam monebam , dare annos vitæ 63.

599. *Quæque super Signum , &c.*] His 3. v. ait undecimam stationem , quæ tertia est supra Ortum , & vicina Medio Cæli , dare annos 117. Namque ter viginti sunt 60 : at bis ter viginti , id est , 60. geminati dant 120 ; detractis autem tribus è 120. supersunt 117. Malè ergò Scaliger ait dare tantum 57. annos.

602. *Quæque infra veniet , &c.*] His 2. v. ait tertiam stationem , quæ infra est primum Signum nascens à primo Cardine , id est , infra Ortum , æquali spatio distans ab Ortum , ac illa undecima statio , dare vitæ annos 50.

603. *Brumas.*] Hyemes , id est , annos. Pars pro toto. Sic Virg. 1. æn.

Textum dum Lævio regnantem videris asser. Id est annus,

604. *Quemque locum , &c.*] His 3. v. ait secundam stationem , quam superat Horoscopus , id est , quæ proximè infra Ortum est , dare annos quadraginta duo.

606. *Juvenemque relinquit.*] Id est , permittit ut juvenis suam adimpleat juventutem , nec antè rapit.

607. *At qui præcedit , &c.*] His 3. v. ait duodecimam stationem , quæ est supra primam stationem , id est , supra primum Cardinem , dare annos 23. tantum , juventutemque rapere sub flore ætatis.

610. *Quod super Occasus , &c.*] His 2. v. ait octavam stationem , quod templum est , id est , statio supra Occasum dare annos 13. Ita autem fuit castigandum ; malè enim Scalig. Vulg. & Rom. *Quod super Occasus tentatum , &c.* & J. Bir. *Quod super Occasus tentum est.* sup. templum ; quæ vox tamen posita fuit longè antè , nimirum v. 58a.

Annorum spatia , & decimam tribus applicat auctis.
Inferius puerum interimet , bis sexque peractis
Immatura trahet natalis corpora morbus.

ut sunt bi Sed tamen inprimis memori sunt mente notanda ,
615 Partibus adversis quæ surgunt condita Signa ,
signa & Divisumque tenent æquo discrimine Cælum ,
quæ habent Quæ Tropica appellant , quæd in illis quattuor anni
vixit Tempora vertuntur Signis , nodosque resolvunt ,
B. P. Totumque emittunt converso Cardine Mundum ,
620 Inducuntque novas Operum Rerumque figuras.
Cancer ad Æstivæ fulget fastigia zonæ ,

INTERPRETATIO.

611. dat illam decimam summam cum tribus annis adhuc additis. Statio inferior Occasum interficiet natum in sua pueritia , & sexdecim annis exactis morbus natalitius rapiet corpora puerorum ante aetatem perfectam. Attamen precipue mandanda sunt animo memori ea Signa , quæ sunt posita ex regionibus Cœli oppositis ;

& quæ occupant Cælum aequali distantia , quæ vocant Tropica , eò quod quattuor anni tempora mutantur illis Signis , & dissolvunt articulos Cœli ; & eò quod reddunt totum Cælum , mutato Cardine , & referunt secum novas formas Athlorum atque Laborum. Cancer lucet ad culminem circuli Æstivi ,

ANNOTATIONES.

611. Decimam.] Sup. summam. Id est , dena spatia annorum applicat cum tribus adhuc superadditis annis.

612. Inferius puerum , &c.] His 2. v. tandem ait sextam stationem , quod inferius est templum proximè sub Occasum , dare annos vitæ 12.

Bis sexque peractis.] Gemb. benè , suppl. annis. Scaliger :

Immatura trahent natales corp. v. nati.

Sed cur hæc immutatio ? Sana enim & clara Gemb. lectio , quam secuti sumus.

613. Natalis . . . morbus.] Gemb. benè. Id est , morbus cum quo moriturus nascitur puer : quem à natalibus suis traxit , quique perimet illum annis 12. vix peractis. Nec malè alii :

Immatura trahet natalis corpora morti. Trahet. Supl. statio : natalis , id est , nascentis pueri : morti , id est , ad mortem. Nec malè.

614. Sed tamen in primis , &c.] His 7. v. monet in primis observanda esse Signa Tropica , quæ quattuor sunt , pro quattuor anni temporibus , quorum quæ-

que suum initium dant. Tropica igitur sunt Aries , Libra , Cancer , Capricornus. Aries initium dat Veri : Libra Autumno : Cancer Æstati : Capricornus Hyemi , ut dictum est lib. 2. vers. 655.

615. Partibus adversis , quæ surgunt , &c.] Non quidem singula singulis : sed Aries Libræ ; Cancer Capricorno ; & contrà.

617. Quæ Tropica appellant , &c.] A verbo Græco *τρέμω* , *vertere* , lib. 2. v. 174. 266.

Nodos.] Cardines , articulos Mundi , lib. 2. v. 156. 430. 656.

620. Operum , Rerumque figuras.] Novas Athlorum sortes ac loca , v. 75.

621. Cancer ad æstivæ , &c.] His 12. v. disputatur de Cancro , quod Tropicum est Signum , Capricornique Signo oppositum. Sub hoc igitur Signo dies maximi contingunt , minimæque noctes. Sub hoc eodem contingit Æstas ; in varias palæstras , atque exercitia nudantur homines : placidum est mare : cruenta bella tractantur : Nilus tumescit in agros , &c.

Æstivæ Zona.] Tropici Cancræ.

et B. P.
augst stat B. P.
Cum distringere P. B.
jactatis P. B.

Tellure auras B. P.
situs B.

Extenditque diem summum, parvoque recessu
Destruit, ut, quanto fraudavit tempore lucas,
In tantum noctes augeſcat summa per omnes.
625 Tum Cererem fragili properat distinguere culmo
Campus, & in varias dstringunt membra palæstras:
Et tepidum Pelagus ſedatis languet in undis.
Tunc & bella fero tractantur Marte cruenta;
Nec Scythiam defendit Hyems: Germania ſiccâ
630 Jam tellure fugit; Niluſque tumescit in arva.
Hic rerum ſtatus est, Cancrî cûm ſidere Phœbus
Solſtitium facit, & ſummo verſatur Olympto.

INTERPRETATIO.

Et producit diem maximum, & exiguâ deſceſſu deſtruit illum, ita ut ſumma temporis creſcat per cunctas noctes in tantum tempus, quanto tempore privaverat dies omnes. Tunc autem ager ſeſtinat diſcriminare ſegetem tenuiſtîpula: & homines nudant arvis ſuos ad diverſos ludos: & mare calidum torpet in aquis ſuis tranquillis: tunc etiam crudelia bella aguntur crudeli prælio: nec hyems tuetur Scythiam à bello: Germania jam incipit exire è terrâ ſuâ exſiccata per calorem Solis: & Nilus reſtagnat undis ſuis in agros. Talis eſt ſtatus rerum, quando Sol facit Solſtitium ſæſtivum in Signo Cancrî, & eſt in ſupremâ regione Cæli.

ANNOTATIONES.

622. *Extenditque diem.* &c.] Verſ. 623. & ſeqq.

625. *Cererem.*] Segetem, v. 152. *Distinguere culmo.*] Gemb. benè. Segetes enim æſtate ad maturitatem properantes diſtinguuntur, & ut verbis Germanici in Aratum utar, diſcrimantur.

Atque ſuo vehemens ſegetes diſcriminat ortu

Sirius, &c.

Interſtaveſcentes enim ſegetes tenuem ac fragilem culmum habent, quia exſiccantur & matureſcunt. Malè ergò alii, *diſtringere*. Neque enim campus diſtringit ſegetes, ſed meſſor ſtringit & ſecat illas.

626. *Diſtringunt.*] Nudant, propter calorem.

Palæſtras.] Varia exercitationis genera, v. g. curſus, diſci, ſaltus, pugilatûs, cœſtus, luctæ, &c. à verbo Græco *παλαίστρα*, *luctari*. Quæ ludorum genera poſſiſſimum initio ſæſtatis agebantur.

627. *Sedatis.*] Ita caſtigandum. Malè enim alii, *jactatis*. Neque enim mare dici poteſt languere ac tranquillum

eſſe, *jactatis undis*. Deindè maximè ſedatur mare in ſæſtate, Virg. 9. eclog. de ſæſtate:

Et nunc omne tibi ſtatim ſilet aquor, & omnes,

Aspicis, ventuſi ceciderunt mæſtæ auræ.

628. *Marte.*] Prælio, pugna, bello; Mars enim belli Deus à Poëtis ſæpè uſurpatur pro bello, aut prælio, Virg. paſſim.

629. *Nec Scythiam defendit hyems.*] Sup. à bello. Scythia regio eſt Septentrionalis, quæ hyemis frigoris eſt omnino obnoxia. Unde Scythæ per hyemem nec arma tractant, nec ſibi ab armis hoſtium timent.

Germania ſiccâ Tellure fugit.] Malicem ego furit. ſupl. in arma. Germania enim, quia pluvis obnoxia per hyemem, vix in arma furit, niſi per ſæſtatem, quâ tellus ſiccata eſt.

630. *Niluſque tumescit in arva.*] Ut dictum eſt v. 273.

632. *Solſtitium.*] Supl. ſæſtivum; lib. 2. v. 404.

Olympto.] Cælo, libro primo, verſu 178.

Parte

Parte ex adversâ Brumam Capricornus inertem
Per minimas cogit lucēs, & maxima noctis

transp. B. P.

635 Tempora, produciturque diem, tenebrasque resolvit,
Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora supplet.
Tunc riget omnis ager: clausum mare: condita castra.
Nec tolerant medias hyemes sudantia saxa:
Statque uno Natura loco: paulumque quiescit.

transp. B. P.

640 Proxima in effectu similes referentia motus
Esse ferunt, noctes æquantia Signa diebus.
Namque Aries Phœbum repetentem sidera Cancrī
Inter principium reditus, finemque coercet,
Tempora diviso jungens concordia Mundo:

li. B. P.

INTERPRETATIO.

Ex opposito loco Capricornus contrahit Solstitium hibernum per brevissimos dies, & per longissima tempora noctū, & incipit extendere diem, & abbreviare noctes; & jam alternatim facit detrimenta, & reddit diebus temporis spatia. Tunc autem omnis campus horret frigore; pelagus transiri non potest: hiberna sunt posita. Neque lapides madentes gelu fer-

re possunt media frigora: & tota Natura stat in uno loco, & conquiescit paululum. Homines dicunt Signa sequentia, qua efficiunt nimirum noctes æquales diebus, efficere motus pares in effectu. Item Aries retinet Solem, qui revertitur ad sidera Cancrī inter initium & terminum recursus illius, conjungens nempe tempora noctis & diei convenientia ex Calo partito:

ANNOTATIONES.

633. Parte ex adversâ. &c.] His 7. v. explicat, quid sub Capricorno, quod Signum est Signo Cancrī oppositum, præcipue contingit. Ait autem sub Capricorno fieri Brumam, id est, Solstitium hibernum, quo dies brevissimi, noctes vero longissimæ fiunt; & inde dies crescere, ac damna sua reparare. Sub eodem Capricorno rigere agros, clausum esse mare, castra poni; Naturamque omnem uno stare loco, ac quiescere præ frigore ac gelu.

Brumam.] Solstitium hibernum, lib. 2. v. 404.

635. Produciturque diem, &c.] V. 501. Tenebrasque resolvit.] Supl. in minimas suas horas.

636. Damna facit,] Supl. noctibus. Tempora supplet.] Sup. diebus.

637. Clausum mare.] Non quia contractum est, sed quia per hyemem non transitur.

Condita castra.] Stant enim milites in hibernis per Hyemem.

638. Nec tolerant, &c.] Sæpius enim gelu franguntur saxa.

639. Statque uno Natura loco.] Natu-

ra inferior, id est, terrarum orbis totus torpet frigore, & quasi gelu concretus stat immotus: hoc est, vix homines ad laborem eunt, sed quiescunt.

640. Proxima in effectu, &c.] His 14. v. explicat Poëta quæ sub Ariete contingunt. Aries enim figurat Ver, redditque dies æquales noctibus, qui antea breviores noctibus erant, jubetque noctes cedere diebus ad Cancrī sidera. Deinde sub Ariete mare placidum consternitur: terra flores emittit: pecudes & aves in partum ruunt: cantu volucrum resonant nemora: virescunt arbores, &c.

642. Phœbum.] Solem, lib. 1. v. 19.

643. Inter principium reditus finemque.]

Id est, inter Capricornum & Cancrum. Etenim à Capricorno incipit Sol in longiores lucēs ferri: & ad Cancrum terminatur lux ejus maxima. Aries autem inter utrumque hunc terminum medius fertur.

644. Diviso... Mundo.] Nimirum per æquinoxiorum puncta.

Concordia... tempora.] Dierum ac noctium, quæ æquantur.

M. MANIL.

OO

- 645 Convertitque vices, victumque ad sidera Brumæ
 Exuperare diem jubet, & succumbere noctes,
 Æstivi donec veniant ad sidera Cancri.
muta B. P. Tūm primūm miri pelagus consternitur undā;
 Et varios audet flores emittere tellus.
- 50 Tunc pecudum, volucrumque genus per pabula læta
 In Venerem, partumque ruit; totumque canorā
 Voce nemus loquitur, frondemque virescit in omnem.
 Viribus in tantum segnis Natura movetur.
 Huic ex adverso simili cum sorte refulget.
- 655 Libra diem noctemque pari cum fœdere ducens,
 Tantum quod victas usque ad se vincere noctes
ac Bruma B. P. Ex ipsā jubet ad Brumam, cū tempora vincunt.
 Tunc Liber gravidā descendit plenus ab ulmo,
impressi B. P. Pinguiāque expressis despumant musta racemis.

INTERPRETATIO.

Et mutat ordinem, Et cogit diem, qui superatus fuerat ad astra Solstitii hiberni, jam vincere; Et noctes cedere diebus, usque dum perveniant ad astra Cancri æstivalis. Tunc primò mare extenditur sub aquis placidius; Et terra incipit audaciter producere diversos flores. Tunc genus pecorum Et avium fertur per pastua in coitum, Et in generationem; Et sylva tota resonat garritu sonoro, Et vires in omne genus foliorum. Usque ad e-

Natura, quæ hæc tunc pigra fuit, excitatur per suas vires. E regione hujus Arietis Libra lucet pari cum ratione, reddens diem Et noctem sub aquâ concordia, nisi quod cogit noctes, quæ usque ad seipsam fuerant superata à diebus, jam superare diem ab seipsâ ad Solstitium brumale, quando tunc tempora noctis superant. Tunc autem vitis onerata uvis delabitur ab ulmo onerata, Et dulcia vina uberiora spumant ex uvæ calcatis.

ANNOTATIONES.

651. In Venerem.] In coitum: in amore. Venus enim amoris Dea passim pro re amatoriâ sumitur. Lucræ. lib. 2. ab initio.

653. Segnis.] Sup. hæc tunc, per Hyemis frigora.

654. Huic ex adverso, &c.] His 8. v. explicat ea, quæ sub Librâ contingunt, quæ nimirum fulget adversa & opposita Arieti. Sub Librâ noctes vicissim æquantur diebus, quæ ab Cancro fuerant diebus breviores. Deinde sub Librâ fit vindemia: mandantur terræ grana & semina frumenti, &c.

Huic.] Sup. Arieti.

657. Ad Brumam.] Ad Solstitium hyemale, ad initium Capricorni, lib. 2. vers. 404.

658. Liber.] Bacchus, vinum, vitis, &c. Liber enim seu Bacchus Deus fer-

tur vini, vulgòque pro vino usurpatur, lib. 2. v. 20.

Ulmò.] Plinius lib. 17. c. 23, celebrat imprimis ulmum in maritationem vitis. In hoc autem conjugio ulmus mas est, vitis foemina. Virg. 1. Georg. v. 2. Hujus conjugii mos primūm in Italiâ contigisse fertur. Columell. lib. 5. cap. 6. Plinius tamen ait lib. 14. c. 1. vites in Campano agro populis nubere solere. Hujusmodi autem vites jugatas arboribus Arbusta vocabant. Unde monuimus lib. 2. v. 22. quod rectius dixerit Poëta,

Atque Arbusta vagis essent quod adulta racemis.

quàm dixit:

Atque Arbusta vagis essent quod adulta pomis.

nothing seem to have been
his (only mention in 41)

p. 290 & 291.

Tibarini (Antistia et L. Balbo)
 Rhodan 1788 p. 634:
 Rhodi moribus et y Annos: Vell. p.
 267: 2671 P. Vinicio, P. Alfinio
 Varo (off: Variana aulic elad)
 octavo post anno: (off: Poppae Sabina)
 Q. Sulpicio Camerino:

Partiliter: 21 est, in ea parte in qua
 est Horoscopus: Primus lib 3: 23

from 5 Wood Differetur in l: 25: 6: 3
 it may be inferred of Manilius designed another
 work and therefore must needs be young in
 He was about this

Huetus p. 33 imitatur Virgilium quod sapientia
 facit:

Poem Atilla apud Ptolemae de: no
 invenire, unde vincitur Manilius
 antiquior fuisse:

Sineri vii ipse negat de: lalen fura Hor

- 660 Mandant & fulcis Cererem , dùm terra tepore
Autumni resoluta patet , dùm semina ducit.
Quattuor hæc in arte valent , & tempora vertunt :
Sic hos atque illos rerum fluctentia casus ,
Nec quidquam in primâ patientia sede manere.
- 665 Sed non per totas æqua est versura figuras ,
Omnia nec plenis vertuntur sidera Signis.
Una dies sub utroque æquat sibi tempore noctem ;
Nam Libra atque Aries Autumnum Vêrque figurant.
Una dies toto Cancrî longissima Signo ,
- 670 Cui nox æqualis Capricorni sidere fertur.
Cætera nunc urgent vicibus , nunc tempora cedunt.
Una ergo in Tropicis pars est cernenda figuris ,
Quæ moveat Mundum ; quæ rerum tempora mutet ;
Fata novet ; consulta alios desinet in usus ;

hæc et in B. P.

*mensura B. P.
vertuntur B.
At B.
qua B. P.*

*quam P.
mouet B.*

INTERPRETATIO.

Tunc etiam homines tradunt frumenta
fulcis , dùm terra emollita calore tepido
autumni panditur , & dùm recipit semi-
na frumentorum , Hæc quatuor Signa
Tropica & multum possunt in hæc arte
siderali , & mutant tempora , & ita
vertunt modò hos , modò illos rerum even-
tus ; & non patiuntur aliquid permane-
re in priori suo statu. Verum hæc muta-
tio non est æqualis per omnes partes isto-
rum Signorum , nec ea tota Signa mu-
tantur ex totis Signis. Sed una dies

æquat sibi noctem sub istis duobus tempo-
ribus. Scilicet enim Libra & Aries faciunt
Autumnum & Ver. Unus est dies ma-
ximus sub toto sidere Cancrî , cui diei
nox est par sub Signo Capricorni. Reliqua
tempora dierum ac noctium intermedia
modò vice suâ vincunt , modò cedunt.
Igitur unicus est gradus in Tropicis Si-
gnis , qui mutet totam faciem Cælo-
rum ; qui variet pariter momenta re-
rum ; qui innovet fatales casus : qui fla-
tat consilia benè capta in alios usus :

ANNOTATIONES.

660. *Cererem.*] Segetem , frumen-
tum , semina , &c. v. 625.

662. *Quattuor hæc &c.*] His 3. v.
interdum monet hæc quatuor Signa
Tropica multum in arte siderali valere.

665. *Sed non per totas &c.*] His 7. v.
monet solerter esse observandum ver-
suram , seu mutationem illam , quam
hæc Signa quatuor quæque per suam
figuram faciunt , non contingere in
omnibus & singulis cujusque Signi gra-
dibus , sed in uno tantum. Sic v. g.
sub Ariete una dies & nox , & sub Li-
brâ una pariter dies & nox æquantur :
Sic sub Cancro unus dies maximus ,
& una nox brevissima , & sub Capri-
cornio pariter una nox longissima &
dies minimus unus contingunt. Cæte-
ra verò tempora dierum ac noctium
modò urgent , modò vicissim cedunt ,

ut ait v. 671.

Versura.] Gemb. benè , id est , *tempus* ,
mutatio. Malè ergò Vulg. *mensura*.

Per totas figuras.] Per omnes par-
tes aut gradus Signorum istorum. Fi-
gura enim seu forma sidus est ac Si-
gnum.

667. *Sub utroque... tempore.*] Nimi-
rùm Arietis & Libræ , de quibus jam-
jam agit.

671. *Una ergò dies.* &c.] His 7. v.
ultimis docet quâ in parte Signorum
Tropicorum versura ac mutatio ista
contingat , atque non convenire au-
ctores in hæc re ; alii enim in primo
gradu : alii in octavo : alii in duo-
decimo reposuerunt. Soligenes insignis
Astrologus , cujus operâ usus est Cæ-
sar ad reformationem Calendarii , re-
posuit initia utriusque Æquinoctii , &

Omnia aut cur = aut B. P.

675 Momina in adversum flectat ; rursusque resolvat.
 Has quidam vires octavâ in parte reponunt.
 Sunt quibus esse placet decimâ. Nec defuit auctor ;
 Qui primæ momenta daret , frenosque dierum.

as P. B.

INTERPRETATIO.

qui *vertat tempora tempeſtiva in contrarium* , & iterum immutat. Nonnulli *quidam , qui voluit eſſe in decimo. Et auctor fuit , qui tribueret primos motus , & habenas dierum primo gradui.*
 ponunt has vires in octavo gradu. Sunt

ANNOTATIONES.

utriusque Solstitii in primo gradu Tropicorum Signorum , teste Plinio lib. 18. c. 25. Ita & Eudoxus , ut monui lib. 1. & 2. Quis autem in decimo gradu reposituerit , mihi non constat. Jam verò non unus aut alter , post Kalendarii Juliani reformationem , sed ferè omnes volunt Equinoctia æquè ac Solstitia incidere in primum cujusque Signi Tropici gradum. Ita primi olim docuisse feruntur Hiparchus , anno ferè ante Christum 145. & post Christum natum anno 140. Ptolemæus. Vide plura de his apud Clav. in 2. cap. sphaeræ Sacrobosc.
 675. *Momina.*] Tempora. v. 459.
 677. *Auctor.*] Nimirum Hiparchus , ut jam monebam.



*M. Manly Postæ ad Octavianum Augustum
 Astronomicon liber tertius finit : Incipit
 ejusdem quartus.*



M.

MANILII

ASTRONOMICON

LIBER QUARTUS.


ARGUMENTUM.

PRÆMISSO proœmio de variis hominum curis in opibus comparandis , quasi victuros agerent semper , I. Variis argumentis probat & asserit Fatum , Fatique rationem immutabilem , è quâ pendeant & opes & artes , & mores , & vita mórſque hominis. II. Quæ studia , quos mores , quâſve artes sub ſe nativis quæque Signa tribuant , eleganti carminum ſerie recenset , docétque ſub Ariete naſci lanifices , veſtiarios , & mercatores eos , qui quaſi lucrum iñter & damnum perpetuò ſint ; ſimiliter & timidos , & inſtantes , & laudibus venales homines. Sub Tauro creari vult agricolas , laudis amatores , taciturnos , robuſtos , & Cupidinem ipſum ſub fronte gerentes. Sub Geminis verò muſicos , cantores , hilares , & Aſtronomos. Sub Cancro fœneratores , & lucri cupidos. Sub Leone venatores , ferarum confectores , minimè doſoſos , ad iram pronos , ſed placari faciles. Sub Virgine doctos , oratores , ſcribas , notarios , moderatos in utroque genere virtutis & vitii. Sub Librà menſores , ponderatores , calculones , juřiſperitos , legiſ-

Oo iij

latores , legum interpretes , prætores & iudices. Sub Scorpione bellicosos , venatores etiam , gladiatores , & quos belli simulachra ludique delectant. Sub Sagittario rhedarios , equorum domitores , mansuetarios , acutâ mente viros , atque corpore robustos & veloces. Sub Capricorno fusores , conflatores , artifices , fabros ferrarios , metallarios , pistores , vestium institutores , inconstantes etiam animos , & per juventutem Veneri deditos. Sub Aquario creari putat eos , qui ductibus aquarum , expressionibus , elicibus , & naumachiæ studeant ; & dociles , ac prodigos. Sub Piscibus denique nautas , nauceros , remiges , prole sæcundos , & animo leves. III. Decanorum rationem omnem per duodecim quæque Zodiaci Signa ritè explicat. IV. Recenset quæ cujusque Signi partes noxiæ sint , quæve salubres. V. docet sub primis Signorum orbibus varios oriri partus ab iis , qui sub totis Signis oriuntur : cujus rei censum agit integrum. VI. Totius orbis terrarum & aquarum descriptionem exactam instituit , notâtque quas terræ regiones sibi quæque Signa in tutelam vendicant. VII. Docet quæ Signa dicantur Eccliptica , & quâ ratione suos patiantur labores ac defectus. VIII. Proponit objectionem , quæ contrâ hanc siderum notitiam fieri solet , quasi vis animi sit impar his rebus cœlestibus , atque minor , quàm ut & Cœlorum faciem , & interiora jura possit percipere. Hanc autem validis argumentis , ac præclaris comparationibus solvit.





MARCI MANILII

ASTRONOMICON

LIBER QUARTUS.

- Q**U I D tam sollicitis vitam consumimus annis ?
 Torquemurque metu , cæcæque cupidine rerum ?
 Aeternisque senes curis , dum quærimus ævum ,
 Perdimus , & nullo votorum fine beati
 5 Victuros agimus semper , nec vivimus unquam ?
 Pauperiorque bonis quisque est , quò plura requirit ;
 Nec quod habet , numerat : tantum quod non habet , optat ?
 Cumque sui parvos usus Natura reposcat ,
 Materiam struimus magnæ per vota ruinæ ;
 10 Luxuriàmque lucris emimus , luxúque rapinas ;
 Et summum censûs pretium est effundere censum ?

gr. B.

INTERPRETATIO.

CUR conserimus vitam in annis ?
 Caded anxii ? & cur vexamur timore & amore insano rerum ? & cur confecti senio amittimus tempus in perpetuis sollicitudinibus , dum quarimus illud ? & cur nullâ expleione desideriorum nostrorum felices , agimus habituros vitam in perpetuum , nec vitâ fruimur unquam ? & cur unus quisque nostrum eò magis est egens opibus , quò cupit plures opes ; neque computat id , quod possidet : sed solum desiderat id , quod non possidet ? & cur cum Natura exigat breves sui usus , construimus tamen per nostra desideria materiam ingentis cladis ; & emimus quæstibus luxum opum , & luxuriâ latrocinia ? & cur extremum premium opum est profundero opes ?

ANNOTATIONES.

QU I D tam sollicitis , &c.] His
 11. v. conqueritur Poëta vanas hominum in vitâ curas ac sollicitudines , qui quasi victuri semper aut divitiis comparandis toti incumbunt , nec quod habent , eo contenti fruuntur ; exindeque est ut inter ipsas occupationes , spemque metumque perdant ævum , dum quærun illud.

5. *Victuros agimus.*] Metaphora. Verbum enim *agere* tribuitur cunctis humanis actibus , poniturque pro *ingere* , *repræsentare* , *fungi* , &c. Sic dicimus , *agere bonum civem* , *agere domi-*

num , *agere histrionem* , &c.

8. *Sui parvos usus* , &c.] Id est ; cum brevis sit usus vitæ , nec Natura finat aut reposcat , ut diu vivamus. Scilicet ut ait Horat. 1. cur. 4.

Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

Unde fit , ut quò plura bona contparamus , eò majorem ruinæ materiam struamus , cum bonis tandem nostris cadere necesse sit.

11. *Censûs.*] Divitiatum , ut monu't lib. 1. v. 12.

10. *Quæstibus ut abstraxerit abnuata requirere vultum*
Alq. ipsa vitæ sunt ali-
menta vici. Ovid. Fast.
lib. 1. v. 212.

cursus B. P.

vita B. P.

- Solvite , mortales , animos curâsque levate ,
Tôtque supervacuis vitam deplete querelis.
Fata regunt Orbem , certâ stant omnia lege :
15 Longâque per certos signantur tempora casus ,
Nascentes morimur , finisque ab origine pendet.
Tunc & opes , & regna fluunt & sæpius orta
Paupertas , artésque datæ , morésque creati ,
Et vitia , & clades , damna & compendia rerum .
20 Nemo caret damno , poterit nec habere negatum ;
Fortunâve suis invitam prendere voris ,

INTERPRETATIO.

Igitur , ô homines , liberate mentes vestras , & allevate sollicitudines vestras . & eximite vitam vestram ex tot questionibus superfluis . Scitote quod Fata gubernant Mundum , & quod cuncta vadant certo tramite : & quod diurna vitæ tempora notentur per certas fatales le- dum nascimur , certa mortis obnoxii sumus , & terminus vitæ nostræ dependet ab horâ nativitatæ nostræ : & ab eâ quo-

que horâ nativitatæ veniunt & divitiæ , & imperia , & egestas sæpè oritur , & artes traduntur , & mores habentur , & vitia , & strages , & jactura , & lucra bonorum nascuntur . Nullus est qui non faciat damnum , si semel datum sit : nec ullus est qui possit in vitâ habere , quod ipsi negatum fuerit in nativitate ; aut tenere Fortunam suâ desiderii , si semel ipsa Fortuna repugnet .

ANNOTATIONES.

12. *Solvite mortales , &c.*] His 11. v. interim monet mortales , ut vanas istas curas animis deponant , atque Fatorum leges sequantur , quibus totus Orbis regitur , & quas sollicitæ curæ mutare nusquam valent . Sic Senec.

Fatis agimur : cedite Fatis .

Non sollicita possunt cura

Mutare rati stamina fusi . &c. . .

Dura resoluta manu

Omnia certo tramite vadunt , &c.

13. *Deplete .*] Id est , liberate , exuite . Alii *descite* , minùs eleganter .

14. *Fata regunt Orbem , &c.*] Ethnici namque *Fatum* vocabant inevitabilem rerum omnium necessitatem , cui & Deos , & homines , & res cunctas subjici credebant , ut fusiùs monui , lib. 1. v. 1.

15. *Casus .*] Gemb. benè . Sic enim lib. 1. v. 53.

Singula nam proprio signârunt tempora casu .

Alii , *cursus* , nec improba lectio .

16. *Nascentes morimur , &c.*] Sic Senec. lib. de provid. c. 3. *Fata nos du-*

cunt , & quantum cuique restet , prima na/centium hora disposuit . Igitur finis vitæ nostræ pendet ab horâ nativitatæ .

17. *Tunc .*] Id est , ab horâ nativitatæ . Itaque præclarâ inductione docet non solum vitæ nostræ *cursum* ab ipsâ nativitatæ nostræ horâ pendere : sed & opes , regna , paupertatem , artes , mores , vitia , clades , damna , & lucra oriri . Scilicet talis est rerum eventus in vitâ hominum , qualem Fata promittunt ex sideribus , dum quisque nascitur , è quibus , ut ait Manilius lib. 1. vers. 161. *ratio fatorum ducitur omnis .*

19. *Compendia rerum .*] *Lucra .* Est enim *compendium* id quod parsimoniâ servatur : unde pro ipso lucro aut utilitate usurpatur . Tibull.

Nec vagus ignotis repetens compendia terris ,

Presserat externâ Navita merce rætem .

Rerum .] Gemb. benè , id est , bonorum . Alii *vita* , minùs benè ad mentem Manilii .

Aut

17. *fluunt* / *ista vos 10p*
rebutur *Porta d designanda*
Horæna instabilitate ita
Cladibus in gressu fluorent
mortalia casu : et Berthius
not in Annot. hæræ p. 112
et in hæræ hoc loco id signi
fieri , quo nihil abundius
lumen legi potest vixit

Aut fugere instantem? Sors est sua cuique ferenda.

An nisi Fata darent leges vitæque necisque,

Fugissent ignes Æneam? Troja sub uno

25 Non eversa viro fatis vicisset in ipsis?

Aut Lupa propositos nutrillet Martia fratres?

Romæque sic enata foret, pecudumque magistri

INTERPRETATIO.

vel contrà effugere illam, si sibi aliquando ea urgeat. Fortuna scilicet sua cuique est ferenda. Peto ego v. g. utrum flamma percussit Æneam, si Fata non prescriberent regulas & viam & mortis? vel

an ipsa Troja sub uno homine sospite non diruta, v. v. v. tandem fuisset in ipsa sui fatali ruinâ? Vel an Lupa: Mavortia aluisset geminos fratres, qui expositi fuerant aquis? Et Roma esset exorta sicut orta est,

ANNOTATIONES.

22. Sors est sua cuique ferenda.] Fata quippè, ut ait Seneca 2. nat. q. 5. jus suum peragunt, nec ullâ commoventur prece: non misericordiâ flectuntur: non gratiâ: servant cursum irrevocabilem: ex destinato fluunt: quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens præcipitat; sic ordinem rerum Fati series rotat, cujus hæc prima lex est STARE DECRETO. Non igitur aut effugere Fortunam instantem poterit, aut invitam votis prendere. Impia sanè & hæretica sententia. Malè autem Vulg. culpa, pro cuique, quæ lectio est Gemh.

23. An nisi Fata darent. &c.] His 70. v. seqq. varia profert exempla, quibus & Fati rationem, & ordinem certum asserat. Itaque prioribus hisce 3. v. probat ab exemplo Æneæ, qui ex Trojano incendio salvus extiterit, ex Fati decretis ac legibus omnia fieri.

24. Sub uno non eversa viro.] Nempè sub Æneâ, quo salvo & incolumi à flammis dici potest ipsa Troja tandem non eversa fuisse, sed in eo victrix extitisse etiam in ipsis fatis, dum scilicet ipse Æneas in Italiam profugus Romæ sedem posuerit, quæ urbs totius Orbis imperium postea tenuit, v. 29. Adulatur sanè Romanis Poëta.

25. In ipsis fatis.] In ipsâ sui ruinâ, fatalique casu.

26. Aut Lupa, &c.] His 11. v. iterum ab exemplis probat & asserit Fati certum & inevitabilem ordinem. Tribuit enim Fatis & Remi ac Romuli

educationem, qui lupâ nutriti ambo Romam tandem condiderunt. Tribuit & Capitolium Jovi sacratum; & Imperium totius Orbis terrarum, quod penes Romanos fuit, qui tamen in Trojanis victi fuerant à Græcis. Tribuit & Mutii Scævola audax facinus, & Horatii Coclitis miram virtutem; & Cæliæ virginis ausum, & trigeminarum Horatiorum victoriam, quorum ab uno pendeat tota Roma, scilicet ut aut jugum subiret, aut imperium summum teneret.

Lupa... Mavortia.] Laurentia Faustuli pastoris uxor, quæ Remum & Romulum nutriti. Quia verò Laurentia meretrix fuit, Lupa dicta est, quæ vox & pro meretrice accipitur, Cicer. pro Milon. Plaut. &c. Martia autem dicta est, tum quia in Martis luco admissum fuit stuprum Iliæ, ex quâ Mars Remum & Romulum suscepisse creditur: tum quia vetus gens Etrusca lupos tutelæ Martis asseruit. Hinc fabulæ locus datus, ut à lupâ Remus & Romulus nutriti crederentur.

27. Romæque sic enata foret.] Gemh. benè. Alii, Roma casis & nata foret; nec malè, ab exiguis enim Remi & Romuli casibus Roma surrexit in summas ædes, ac in urbem potentissimam.

Pecudumque magistri.] Remus enim & Romulus pastores fuerunt, donec de suâ gente edocti, collectâ pastorum manu, novam urbem in Palatino monte condiderunt, quam de nomine suo Romam dixit Romulus.

M. MANIL.

Pp

culpa B.
An B. P.

sugisset P.

Captus vel caput hic R. 30

tunc vicit R. P.

In Capitolinos auxissent culmina montes ;
 Include suâ poruisset Juppiter arce ?
 Captus & à captis Orbis foret ? Igne sepulto
 Vulneribus victor repetisset Mutius Urbem ?
 Solus & oppositis clausisset Horatius armis
 Pontem Urbemque simul ? Rupisset fœdera Virgo ?
 Trésque sub unius fratres virtute jacerent ?
 35 Nulla acies vicit tantum. Pendebat ab uno
 Roma viro , regnûmque Orbis sortita jacebat.
 Quid referam Cannas , admotâque mœnibus arma ?

INTERPRETATIO.

Armentorumque custodes amplificavissent
cacumina domorum supra colles Capito-
linos , & Juppiter potuisset includi in suis
adibus Capitolii ? Et an terrarum orbis
captus fuisset ab iis , qui fuerant capti ?
An Mutius Scævola reversus esset in Ur-
bem victor extincto igne per suas plagas ?
Et an Horatius solus objectis suis armis

interclusisset unâ & pontem & Urbem ?
An Virgo Cloelia violasset sancta pœna ?
Et an trigemini fratres prostra : essent sub
viribus unius nullum unquam agmen super-
ravit tantum. Roma dependebat ab hoc uno
homine , & manebat posita imperii totius or-
bis terra. Quorundam autem memorem Can-
nas , & bella illata usque ad muros Roma :

ANNOTATIONES.

28. *Capitolinos montes.*] Capitolinus
 mons tribus fuit insignitus nominibus ,
Capitolinus , Tarpeius , & Saturnius. Sa-
 turnius à Saturno , qui hunc montem
 coluisse dicitur priscis temporibus. Tar-
 peius à Tarpeia Vestali virgine , quæ
 à Sabinis necata fuit & sepulta. Capi-
 tolinus à capite hominis aut equi , ut
 quidam volunt , quod in eo monte fuit
 repertum , cum fundamenta ædis Jo-
 vis jacerentur. In hoc autem monte pri-
 ma Romæ fundamenta jecerant Remus
 & Romulus.

Culmina.] Supl. domorum , quas in
 eo monte primum extraxerunt Remus
 & Romulus. Nisi id quoque fuerit in-
 terpretatus de Jovis arce.

29. *Arce.*] Id est , in Capitolio , quod
 templum Jovis erat.

30. *Captus & à captis , &c.*] Gemb.
 benè. Romani enim olim in Trojanis
 victi & capti à Græcis tandem rerum
 potiti sunt , ac totius orbis terrarum
 imperium tenuerunt. Sic Virg. 7. æn.
 vers. 293.

Hæc stirpem invisam & Fatis contra-
ria nostris

Fata Phrygum , num Sigais occumbo-
re campis ?

Num capti potuere capi ? Num incen-
sa cremavit

Troja viros , &c.

Malè autem Vulg. *Captus vel caput Or-*
bis foret. Quis enim sensus ?

31. *Mutius.*] Cognomine Scævola ,
 qui Porcennæ castra eo animo ingressus
 est , ut eum occideret : sed occiso , pro
 rege , uno ex illius purpuratis , com-
 prehensus est , atque coram Porcennâ
 dextram , quæ in cæde aberâisset , igne
 subjecto exussit , lib. 1. v. 777.

32. *Horatius.*] Cognomine Cocles ,
 de quo lib. 1. v. 779.

33. *Virgo.*] Cloelia , de quâ libro 1.
 vers. 778.

34. *Trésque .. fratres.*] Trigemini Ho-
 ratii , de quibus lib. 1. v. 777. & Tit.
 Liv. lib. 1.

35. *Ab uno ... viro.*] Supl. Horatio
 superstiti & victore. Cujus à victoriâ
 Roma pendebat ex isto fœdere Roma-
 nos inter & Albanos , ut cujus partis
 victores existerint Horatii aut Curii ,
 ea victrix foret , Tit. Liv. lib. 1.

37. *Quid referam Cannas , &c.*] His
 6. v. tertio probat ab exemplis & asserit
 Fati rationem , cui tribuit cladem
 Romanorum apud Cannas , & Thra-

28: Viri Hist. l. 1. v. 515 fallor! an hi sint ingentia mœnia illi?

- Varronémque pigrum Magnum, quòd vivere posset?
 Pòstque tuos, Thrasymene, lacus? Fabiùmque morantem?
 40 Accepisse jugum victas Carthagini arces?
 Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis,
 Exiliùmque rei furtivà morte luisse?
 Adde etiam vires Italas, Romamque fuisset

2091 B.
Italicas vires B. P.

INTERPRETATIO.

Quid memorem *Magnum Varronem* fuisse, & tulisse jugum Romanorum?
 se tamen ignavum, quòd vivere adhuc
 posset etiam post tuos lacus, ò Thrasyme-
 ne? Quid referam *Fabiùm cunctatorem*?
 Quid dicam urbem *Carthagini* devictam
 quòque vires Italorum, & Romam decer-

ANNOTATIONES.

symenum lacum: arma mœnibus Ro-
 niz ab Hannibale admota: Fabii pru-
 dentiam, qui cunctando rem Roma-
 nis restituit: Carthagini obsidionem:
 Hannibalisque fugam mortem. *Canna*
 igitur vicus est in Apulià, Romano-
 rum clade notissimus; apud hunc enim
 vicum Hannibal P. Amilium, & Tit.
 Varronem Coss. Romanos superavit,
 Tit. Liv. lib. 22.

Admotæque mœnibus arma. Quam-
 quam non admota quidem, licet id
 Hannibali Maharbal ejus equitum præ-
 fectus suaserit, si Livio credimus lib. 22.

38. *Varronémque pigrum.* &c.] Ita
 Vulg. & Rom. Benè; namque Teren-
 tius Varro post cladem apud Cannas
 acceptam, iterum apud Thrasymenum
 victus est, Tit. Liv. lib. 22. Itaque
 Manilius vocat eum *Magnum*, quippe
 qui post istas clades animum non ab-
 jecerit, nec de Rep. desperaverit; un-
 de redeunti obviam itum est, actaque
 gratiæ ab omnibus ordinibus, T. Liv.
 lib. 22. *Pigrum* autem vocat eum, qui
 post istas clades adhuc tamen vivere
 potuerit; quasi Poëta illi ignaviam
 exprobraret. Scaliger autem legendum
 putat:

*Varronem profugum, magnum quàm
 vivere posse.*

Quia, inquit, fugâ vitæ consuluit in
 Cannensi clade: *magnum* igitur *quàm*,
 id est, magnum quantum vivere po-
 tuerit, idque post cladem apud Thra-
 symenum acceptam. Durior sanè ver-
 borum interpretatio.

Thrasymene.] Thrasymenus lacus est
 in agro Perusino, Hannibalis victo-
 riâ, Flaminiique Consulis Romani,
 ac T. Varronis clade nobilitatus, Tit.
 Liv. lib. 22.

Fabiùm.] Quintum Fabium Maxi-
 mum, de quo lib. 1. v. 788.

40. *Accepisse jugum.* &c.] Victi enim
 tandem Carthaginenses apud Zamam
 Africae oppidum, durissimas pacis con-
 ditiones pro victoris Scipionis arbitrio
 coacti sunt accipere.

41. *Speratum Hannibalem.* &c.] Han-
 nibal enim à Scipione victus ad An-
 tiochum regem confugit, cujus opem
 imploravit: sed debellato quoque An-
 tiocho, Romani petierunt sibi tradi
 Hannibalem captivum: quod Hanni-
 bal timens ad Bythiniae regem se con-
 sulit, sed iterum petitus à Romanis
 in vincula, hausto veneno, mortem
 sibi conscivit.

42. *Exiliùmque rei.* &c.] Gemb. be-
 nè. *Rei*, id est, criminis. Namque,
 ut ait Cicero *pro Milone*, Res est cri-
 men in communi: crimen, actio cri-
 minosa suis circumstantiis adornata.
 Itaque Hannibal tanquam reus exul
 latebat apud Prusiam Bithyniae regem:
 furtivâ autem morte exilium luit suum.

43. *Adde etiam.* &c.] His 7. v. quar-
 tùm probat ab exemplis & asserit Fato-
 rum inevitabilem rationem, iisque tri-
 buit civilia Romanorum bella: Cim-
 broz cladem: Marii consulatum,
 exilium, carcerem, & victoriam ad-
 versus Carthaginenses.

PR ij

et in B. P.

Atq. B. P.

(cumq. componere B)

- Pugnantem membris ? Adice & civilia bella ?
 45 Et Cimbrum in Mario , Mariúmque in carcere victum ;
 Quòd consul toties , exúlque , ex exule consul ;
 Et jacuit Libycis compar jactura ruinis ,
 Eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem ?
 Hoc nisi fata darent , nunquam Fortuna tulisset.
 50 Quis te Niliaco periturum littore , Magne ,
 Post victis Mithridatis opes , pelagúsque receptum ,
 Et tres emenso meritos ex orbe triumphos ,
 Cúm jam etiam posses alium cognoscere magnum ,

INTERPRETATIO.

deccantem cum propriis suis civibus ? Adde etiam civile. Romanorum motus ? Adde & Cimbrum debellatum in Mario , & Marium in custodia ; adde quòd hic fuit toties consul & exul factus , & iterum ex exule factus consul ; & quòd idem fuit clades conveniens cladius Libycis . & quòd è faxis quibus ille jacebat occupavit urbem Car

thaginis ? Sanè nisi Fata tribuerent istud , numquam Fortuna permisisset . Quis pariter crederet te , ó Magni Pompei , post superatas à te vires Mithridatis & post mare recuperatum à te , & post tres triumphos , quos dignus egisti propter orbem terrarum à te peragratum , quando etiam : alius poterat agnoscere alium magnum orbem terrarum ,

ANNOTATIONES.

45. Cimbrum in Mario . &c.] Cimber , gentile nomen est . Cimbri autem populi fuere Septentrionales , quos hodie Danos vocant . Illi autem Saxonici maris peninsulam incolentes , quæ ab ipsis dicta est Cimbrica Chersonesus , an . V . C . DCXL . unà cum uxoribus & liberis Narbonnensem Provinciam ingressi à C . Mario Romano deleti sunt apud Aquas Sexias . Plutarch .

Mariúmque in carcere victum .] C . Marius , qui septies consul factus fuit , ac multoties exul , Cimbros in Galliâ , Teutonésque in Italiâ vicit : Jugurtham captum ante curiam egit : à Scyllâ victus , & in carcerem missus est . Plutarch .

47. Libycis compar jactura ruinis .] Carthaginensibus cladibus ipse Marius clades fuit & exitium . Sicut enim Scipio Hannibalem , ita Marius Jugurtham debellavit . Uterque igitur horror , clades , ac Fatum Carthaginis fuit , lib . 1 . vers . 790 .

48. Eque crepidinibus . &c.] Crepido saxum est in quo mendici confidere solent . Marius autem , quia ignobili loco natus , è crepidinibus factus est consul , ac Carthaginenses expugnavit . Senec . Quis crederet jacentem super crepi-

dinem Marium aut fuisse , aut futurum Consulem ? Id sanè Fata quoque dedisse fatendum est .

50. Quis te Niliaco . &c.] His 7 . v . quinto idem confirmat ab exemplo Pompeii magni , qui post triumphos actos : post victum Mithridatem Ponti regem : post pelagus receptum , & à Piratis liberatum : post peragratum totum terrarum orbem , tandem casus fuerit apud littora Ægypti , & corpus ejus crematum .

Hoc nisi Fata darent nusquam Fortuna tulisset .

Niliaco .] Ægyptiaco . Nilus enim Ægypti fluvius est notissimus .

Magne] Supl . Pompei , qui cognominatus est Magnus propter rerum ab eo gestarum magnitudinem .

51. Mithridatis .] Regis Ponti , quem Sylla fudit : Lucullus superavit : fregit Pompeius .

Pe agnúsque receptum .] Prædonibus enim mare liberavit Pompeius , clausumque mercatoribus reclusit .

52. Tres . . . triumphos .] 1 . De Jarbâ , 2 . de Mithridate . 3 . de Antiocho Judæorum rege .

53. Alium magnum .] Sup . Orbem terrarum .

ad : Lucani Phars.
lib. 2. v. 90.

53 cognoscere : viz.

agnoscere : Notu aut

est Pompeii non po

uisse ferre parum :

hic igitur Postea dicit

Fortuna tua magna

oro atq. stabilis , ut tulo

est Po longe inferiorum :

agnoscere alium fuisse vixit magna

- Crederet ut corpus sepeliret naufragus ignis ;
 55 Ejectæque rogam facerent fragmenta carinæ ?
 Quis tantum mutare potest sine Numine Fati ?
 Ille etiam cælo genitus , Cæloque receptus ,
 Cum benè compolitis victor civilibus armis
 Jura Togæ regeret , toties prædicta cavere
 60 Vulnera non potuit , toto spectante Senatu ,
 Indiciū dextrâ retinens , noménque cruore
 delevit proprio , possent ut vincere Fata.
 Quid numerem everfas urbes , Regúmque ruinas ?
 Inque rogo Cræsum , Priamúmque in littore truncum ,

et soluta B. ?

INTERPRETATIO.

quis crederet , inquam , ut ignis accensus ex navi naufragâ , inhumaret corpus tuum , & segmenta navis ad littus allisa componerent rogam tibi ? Quis vallet variare tantam rem sine potestate Fati ? Ille quoque oriū in Cælo . & relictus in Cælum , postquàm bellis civilibus ite deditis , victor diceret jus in fo-

ro , non potuit vitare vulnera sibi prænunciata , in conspectu totius Senatûs , & proprio sanguine diluit nomen percussorum futurorum & chartam indicem , quam dextrâ tenebat , scilicet ut Fata possent superare . Quorsum referam civitates divitias , & clades Regum ? & Cræsum impositum rogo & Priamum necatum in littore .

ANNOTATIONES.

54. *Naufragus ignis.* Qui ex naufragâ navi accensus Pompeii corpus combussit in ipso littore Ægyptiaco.

55. *Carina.* Navis ; pars pro toto . Est enim *Carina* trabs ingens , quæ in navibus locum tenet fundamenti .

57. *Ille etiam , &c.* His 6. v. sextò probat ab exemplo J. Cæsaris & asserit ipsum Fati numen . Is enim non potuit vitare vulnera , quibus in ipsâ Curiâ confossus est , licet ipsi prædicta fuissent per litteras , quas legere Fata non dederunt , antequàm in Senatum veniret .

Cælo genitus. Julius enim Cæsar ab Julo Enez ex Venere filio originem duxisse dicitur , Virg. 1. 2n.

Nascetur pulchrâ Trojanus origine Cæsar .

Imperium Oceano , famam qui terminet astru ;

Julius à magno demissum nomen Inlo . . .

Cæloque receptus. Inter Deos relatus , lib. 1. v. 9.

59. *Jura toga reget.* Jus diceret , ac describeret . Fuit enim *Toga* prætexta vestis Magistratuum ac Senatorum Romanorum , cujus color albus , seu ora

inferior purpurâ prætexta . Aliquando vel pro ipso Senatu seu Curiâ , vel pro Magistratu usurpatur .

61. *Indiciū.* Epistolam indicem , quæ Cæsari reddita fuit , cum in Senatum iret , in quâ nomen percussorum suorum scriptum , nexque sibi prædicebatur : sed quam legere sibi Fata non dederunt , ut vincere possent .

63. *Quid numerem , &c.* His 6. v. septimò probat & asserit Fatum ab exemplis præsertim Cræsi , Priami , Xerxis , Servii Tullii , & Metelli , quibus quæ contigerunt , non nisi ex Fatis contigerunt .

64. *Inque rogo Cræsum.* Cræsus enim Lydorum rex ditissimus à Cyro victus , captus , atque vivus rogo impositus fuit ; ex quo tamen liberavit eum Cyrus humanæ vicissitudinis memor , Plutarch. in vitâ Solonis : & Herod. lib. 1.

Priamúmque in littora truncum. Priamus enim Trojanorum rex à Pyrrho Achillis filio cæsus fuit , ejusque caput amputatum à reliquo corpore jacuit in littore , aded ut nec cum cæteris Trojanis in ipso Trojæ incendio crematum fuerit .

Pp iij

vid: Post: int: J: Cæsari
 cap: 88:

- 65 Cui nec Troja rogos ? Quid Xerxem , majus & ipso
 Naufragium Pelago ? Quid capto sanguine Regem
 Romanis positum ? raptosque ex ignibus ignes ,
 Cedentemque viro flammam , qui templa ferebat ?
 Quot subitæ veniunt validorum in corpore mortes ?
- 70 Séque ipsæ rursus fugiunt , errantque per ignes ?
 Ex ipsis quidam elati rediére sepulchris :
 Atque his vita duplex , illis vix contigit una :
 Ecce levis perimit morbus , graviorque remittit ;
 Succumbunt artes , rationis vincitur usus ;
- 75 Cura nocet , cessare juvat : mora sæpè malorum
 Dat causas : læduntque cibi , parcuntque venena.
 Degenerant nati patribus , vincuntque parentes ,

INTERPRETATIO.

cui neque ipsius Troja incendium rogos fuit ?
Quid memorem Xerxem , qui ipse fecit naufragium majus ipso mari ? Quid referam Regem olim datum Romanis ex stirpe captivum ? Quid dicam quoque flammam ereptas flammis , & ignem parcentem homini , qui portabat sacra Deorum ? Quot repentinae mortes accidunt in corpore hominum firmorum ? Quot iterum mortes ipsa sese effugiunt , & vagantur per flammam ?

Sunt qui ex ipsis tumultis surrecti reversi sunt : & gemina vita data est aliis , aliis vero vix una concessa fuit : en minor morbus interimit , en major parcit : artes medicæ deficiunt , & ipsa ratio superatur : hic cura morbi obest , illic præstat desinere curare morbum : plerumque dilatio curæ causa est morborum : & sæpè alimenta nocent & venena non nocent . Filii aliquando degeneres sunt parentibus , aliquando superant patres suos .

ANNOTATIONES.

65. *Cui nec Troja rogos .*] Qui nec in ipso Trojano incendio fuit crematus.

Quid Xerxem , &c.] Vulg. benè , suppl. *memorem* . Scaliger , *quid Xerxis majus* , &c. Quasi de solo Xerxis naufragio loquatur Poëta . Utraque lectio probatur . Tantum autem naufragium fecit Xerxes , ut vix in ipso pelago capi posset ; mille enim navibus & amplius mare straverat , sed à Themistocle victus unâ parvulâ cymbâ mortem effugit , Justin. lib. 2.

66. *Quid capto sanguine . &c.]* Notat Servium Tullium sextum Romanorum regem , qui ex captivâ licet , seu servâ Ocrisâ Ocriculânâ , vel , ut aliis placet , Corniculânâ oriundus , Romanorum tamen rex fuit , T. Liv. lib. 1.

67. *Raptosque ex ignibus ignes .]* Vestales ignes raptos seu subreptos à Cæcilio Metello Pontifice Maximo ex flammis , dum Vestæ Templum arderet , Tit. Liv. lib. 3. Sunt qui hæc interpretantur de Palladio , quod Æneas Trojanis flammis eripuit.

68. *Cedentem viro flammam .]* Igne

quidem non extinctus est Metellus ; sed visu tantum orbatus.

Templa .] Vel sacra , sacros ignes , Vestam ipsam , Vestales ignes : vel Palladium . Continens scilicet pro contento . Quanquam res sacrae Tempa quoque vocantur

69. *Quot subita &c.]* His 8. v. octavo probat & asserit Fati vires ex vario mortis ac morborum genere . Quot enim subitæ mortes ; quot mortis errores etiam in ipsis flammis ; quot mortuorum resurrectiones ; quot morbi leves , mortiferi tamen ; quot graves , non lethiferi : quot curæ morborum inutiles , quotve utiles : quot alimentorum usus nocentes , aut venenorum haustus parcentes , tot , inquit , sunt argumenta Fati potentis.

77. *Degenerant nati . &c.]* His 9. v. nono probat Fati rationem immutabilem ex majori , aut ex degeneri filiorum virtute à parentibus : ex scilicet aut infelici cujusque forte : ex vario hominum studio aut affectu : ex parricidiis , aut fratricidiis .

- Ingeniūque suum retinent : transitque per illum ;
 Ex illo Fortuna venit : furit alter amore ,
 80 Et Pontum tranare potest , & vertere Trojam :
 Alterius fors est scribendis legibus apta :
 Ecce patrem nati perimunt , natōsque parentes :
 Mutuāque armati coeunt in vulnera fratres.
 Non nostrum hoc bellum est : coguntur tanta moveri :
 85 Inque suas ferri pœnas , lacerandāque membra.
 Quod Decios non omne tulit , non omne Camillos
 Tempus , & invictum devictā morte Catonem ,
 Materies in rem superat , sed lege repugnat.
 Et neque paupertas breviores excipit annos :
 90 Nec sunt immensis opibus venalia Fata :
 Sed rapit ex sceptro funus Fortuna superbo ,

fzons B. P.

et B. P.

ex capto for B. P.

INTERPRETATIO.

¶ *servant eorum indolem ac mores : & Fortuna aliquando praterit per hunc , aliquando venit ab illo : alter insanit amore , & potest trajicere mare , & destruere Trojam : alter verò aptus est ad leges faciendas : en filii interficiunt patrem suum , & patres suos filios , & fratres arma gerentes concurrunt ad mutuas plagas. Hac autem pugna non est nostra : homines impelluntur ad excitandas ta-*

las pugnas : & ad agendum in sua simplicitate , & in dilaniandos suos proprios artus. Præterea , si omne saculum non habuit Decios , aut Camillos , aut Catonem invincibilem , qui mortem vicit. materia quidem abundas in hanc rem , verum reluctatur ex decreto Fati. Neque etiam pauperies habet breviores annos , nec mortes venduntur etiam ingentibus divitiis : sed fors Fatalis ducit funebres pompas æquæ ex sceptro venerando.

ANNOTATIONES.

78. *Transitque per illum , &c.*] Id est , ille infelix & infaustus est.

79. *Ex illo Fortuna venit .*] Id est , ille foelix & faustus est.

80. *Et pontum tranare potest , &c.*] Paridem sanè notat Trojanum , qui in Græciam vela fecit , insanēque amore Helenæ Agamemnonis uxoris captus , eam rapuit , inque causâ fuit , cur Græci Trojanis bellum intulerint , Trojāque incenderint. Scaliger autem interpretari mavult de Leandro , qui ex Abydo Asiæ minoris urbe in Sestum urbem , Hellūs puellæ amore captus , natato Helleſponto mari tranavit. Unde hæc verba , & *vertere Trojam* interpretatur , *mutare , deferre , relinquare Trojam*. Quasi verò ! Non Trojam sanè , sed Abydum reliquit Lyſander , ut in Sestum tranaret.

86. *Quod Decios , &c.*] His 3. vers. decimò probat & asserit duram Fati

necessitatem ex eo , quod non omne tempus tulerit Decios , non omne Metellos , non omne Catones. Qui omnes viri præstantes & virtute præditi fuerunt. Tres autem fuere Decii apud Romanos , pater , filius , & nepos , lib. 1. v. 787.

Camillos, lib. 1. 782. not.

89. *Et neque paupertas , &c.*] His 5. v. undecimò probat & asserit Fatum Poëta ex eo , quod pauper non breviores vivat annos , quam dives , morsque regias Regum , & pastorum casas æquo pede pulset ac intret , ut benè cecinit Horat. 1. carm. 4.

91. *Ex sceptro ... superbo.*] Gemb. benè ; ita enim verborum antithesis , ac ratio postulat. Vulg. medosè , *exceptos ... superbos*. Quis enim verborum ardo *superbo* ?

Funus.] Funebres pompas , id est , mortuæ.

- Inducitque rogam Summis statuitque sepulchrum.
 Quantum est hoc regnum, quod Regibus imperat ipsis!
 Quin etiam infelix virtus, & noxia felix:
 95 Et malè consultis precium est; prudentia fallit:
 Nec Fortuna probat causas, sequiturque merentes,
 Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.
 Scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,
 Majus & in propriis ducat mortalia leges,
 100 Attribuâtque suos ex se nascentibus annos,
 Fortunæque vices. Permiscet sæpè ferarum
 Corpora cum membris hominum; non seminis ille
 Partus erit, (quid enim nobis commune ferisque,
 Quisve in portenti noxam peccarit adulter)?
 105 Astra novant formas, Cælumque interfert ora.
 Denique si non est Fati, cur traditur, ordo?
 Cunctaque temporibus certis ventura canuntur?

INTERPRETATIO.

paratque rogam, ac decernit tumultum
 Potentioribus. Quam potens ej; igitur illud
 imperium Fati, quod imperat etiam Im-
 peratoribus! Similiter sæpè virtus ma-
 net infortunata, crimen verò fortunatum
 est: & sæpè sua merces est rebus malè
 provis; providentia verò decipit: nec
 semper Fortuna comprobat causas, comi-
 tatûrque dignos viros, sed incerta vaga-
 tur per omnes homines sine ullâ dis-
 crepantia. Nimirum est aliquid Potentius,
 quod & cogat, & gubernet nos, & quod
 trahat res creatas in sua propria jura &

quod ex seipso afferat suos certos vitæ an-
 nos, & vicissitudines Fortuna hominibus,
 dum nascuntur. Præterea illud aliud majus
 plerumque interfert corpora bestiarum, cum
 artubus hominum; factus ejusmodi non erit
 quidem ex semine, (quid enim nobis & be-
 stis commune aut quis machus deliquerit,
 ut, in pœnam sui peccati, suscipiat mon-
 strum)? Sed talis partus venit ex eo quod
 sidera dent figuræ corporum, & quod Cæ-
 lum intermiscet vultum. Tandem, nisi lex
 aliqua Fati sit, cur ergo datur? Et cur res
 omnes prædicuntur futura certis temporibus?

ANNOTATIONES.

93. Hoc regnum.] Supl. Fati, id est, Fatum ipsum.

94. Quin etiam infelix virtus, &c.] His 4. v. duodecimò asserit Fati necessitatem ex eo quod plerumque suâ mercede virtus, suâque pœna crimen caret: Quod longâ, sed præclarâ inductione prosequitur Firmicus, lib. 2.

98. Scilicet est aliud; &c.] His 3. v. cum dimidio concludit hæc omnia nobis in vitâ contingere ex Fati decreto, quod nos cogat regatque per omnia. Sed quam impia & falsa sit hæc sententia nemo Christianus nescit: nisi per Fatum intellexerit Deum ipsum, ut monui lib. 1. v. 1. not.

100. Ex se.] Si voces istæ referantur ad verbum attribuât, significant ex se-
 ipso, sup. Fato, id est, sine alterius

numine. Si verò cadant in vocem nascentibus, significant per se, per Fati ipsius legem ac decretum.

101. Permiscet sæpè ferarum, &c.] His 14. v. cum dimidio probat & asserit tredecimò Fati rationem, ex monstruosis partibus, qui partim cum ferinis, partim cum humanis membris nascuntur; quæ monstra Fato uni tribuit Poëta, ac sideribus.

106. Denique si non est &c.] His 2. v. denique probat & asserit Fatum ex eo, quod cuncta futura prædicuntur certis temporibus ex siderum motu ac concursu. At; umentum sanè validissimum, si quæ ventura præcuntur, ea certò evenirent: sed sæpè sæpius fallunt ac falluntur sidera, ex quibus prædici solent res futuræ.

Nec

Πυρρίππυ τὰ περὶ ἑμὰς
 κίτης ἀπὸ τῆς τῶν μαν-
 τείων προφητείας καλὰς
 Καναστίνια: Συμβ. Παναρ:
 Εὐαγγ: Ε: 4: cap: 1:—

Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,
Virtutémve suis fraudare in præmia donis.

- 110 Nam neque mortiferas quisquam minùs oderit herbas,
Quòd non arbitrio veniunt, sed semine certo:
Gratia non levior tribuetur dulcibus escis,
Quòd Natura dedit fruges, non ulla voluntas.
Sic hominum menti tantò fit gloria major,
115 Quòd Cælo gaudente venit; rursumque nocentes
Oderimus magis in culpam pœnâsque creatos.
Nec refert, scelus unde cadat: scelus esse fatendum.
Hoc quoque fatale est sic ipsum expendere Fatum.

Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo

120 Cœlestes fabricare gradus, qui ducere flexo

*propria
bus et
tribus signora*

INTERPRETATIO.

*Neque tamen istud argumentum idèd ex-
susat crimen, aut privas virtutem suis
muneribus, quæ sibi in mercedem red-
duntur. Etenim sicut aliquis non minùs
odio habebit lethiferas herbas, quòd non
crescunt ex nostro nutrimento, sed ex certo se-
mine: Et sicut non dulcior suavitas da-
bitur cibis jucundis, quòd Natura tulit
fructus, non autem ullum alicujus arbi-
trium: ita èd major honor redditur ani-*

*ma hominum, quòd oritur à Cælo latan-
te: & contra magis odio habere debet
mus fontes natos in crimen patrandum,
& in suplicia ferenda. Neque interest,
unde crimen veniat: cõsistendum est esse
crimen. Ita autem explicare Fatum ip-
sum, id etiam à Fato datur. Cùm igitur
hac de Fato docuerim, restat nunc
mihi facere cœlestes gradus ex certo ordi-
ne, qui queant conducere per obliquam*

ANNOTATIONES.

108. *Nec tamen hac ratio, &c.*] His
31. v. solvit objectionem, quæ adver-
sus Fati necessitatem fieri solet. Si enim
Fata cogant regantque omnia mortalia,
jam nec virtuti suum præmium,
nec vitio sua pœna danda erunt, sed
utrumque in Fati necessitatem rejicien-
dum. Præclarâ autem comparatione rem
solvit; sicut enim, inquit, non mi-
nùs quisque oderit herbas mortiferas,
quia certo semine crescunt, non arbi-
trio; & sicut non levior gratia dabi-
tur cibis dulcibus, quia non arbitrium,
sed Natura ipsa dedit illos: ita tan-
tò major menti hominum gloria fiet,
quod è Cælo orta venit; nihilominùs
tamen oderimus semper vitium, unde-
cumque cadat. Semper enim scelus est
scelus, atque idèd illud odio est ha-
bendum: virtùsque laudabitur, quia
virtus semper est virtus, atque idèd
laude digna. Eorum quippe opinionem
secutus est Manilius, qui docuerint
Fatis volentem duci, nolentemque tra-
hi. Quod præclarissimè explicat Seneca

M. MANIL.

2. nat. q. 35. Scilicet qui Fati necessi-
tatem induxerunt, iis mentium huma-
narum ingenia vel per Naturam primi-
tùs, ut ait *A. Gellius lib. 6. cap. 2.* sa-
lubriter utiliterque sunt facta, unde vim
omnem, quæ de Fato extrinsecus in-
gruit, inoffensùs transmittunt: vel as-
pera sunt, inscita, rudia, nullisque ar-
tium bonarum adminiculis fulta: unde,
licet nullo vel parvo Fati conflictu ur-
geantur, suâ tamen levitate & volun-
tario impetu in assidua delicta & in er-
rores ruunt.

111. *Arbitrio.* [Voluntate, & nutu
hominis, v. 113.]

115. *Quod Cælo gaudente venit.*] Ani-
mam enim humanam è Cœlis ortam
crediderunt veteres.

118. *Fatale est.*] Id est, à Fato datur.

119. *Quod quoniam docui, &c.*] His
3. v. concludit Poëta satis superque dis-
putasse de Fato: nunc autem sibi gra-
dus esse tradendos ait, quibus vatem
ad sidera ducat.

*hæc infer illud Zenonis
apud Sæntium lib. 4. pag.
23: δὲλον ἐπὶ κλοπῇ
φασὶν ἀμαρτίαν, τὸ δ'
ἐπὶ νόσῳ, ἔμαρτό μοι
κλίσσαι, κὶ δερύναι, ἔφη*

Tramite prudentem valeant ad sidera Vatem.

Nunc tibi Signorum mores, summumque colorem;
Et studii varias artes ex ordine reddam.

Dives fecundis Aries in vellera lanis,

125 Exutusque novis rursus spem semper habebit:

Naufragiumque inter subitum censuque beatos

Crescendo cadet, & natis in damna feretur;

In jugulumque dabit fructus, & mille per artes

Vellera diversos ex se parientia quastus:

130 Nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere lanas,

Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas,

Nunc emere, & varias in quastum vendere vestes,

Quis sine non poterant ullæ subsistere gentes,

Vel sine luxuriâ; tantum est opus! Ipsa fuisset

INTERPRETATIO.

viam Vatem sapientem ad cognitionem astrorum. Itaque jam referam tibi per ordinem mores, extremamque perfectionem, & diversas disciplinas ac studia, qua dantur à sideribus. Primò Aries, qui locuples est lanis uberius in vellera, non solum sub se nascentibus dabit spem perpetuam iterum in res novas, sicut ipse spoliatus novis lanis sperat novas semper: sed etiam augendo inter recens damnum & felices opes, ita ipse decidet & erit in detrimentum nascentibus sub se; & largietur qui-

dem ad necem quastus, & lanas, quæ per mille artes reddant ex seipsis varia lucra: dabit enim modò conglomerare in glomum lanas nondum carptas, modò iterum explicare illas, modò minuire illas in tenuæ filum, modò ordiri in telas; modò emere & vendere diversa vestimenta lanæ ad lucrum faciendum, sine quibus ulla nationes non possent vivere commodè, aut saltem sine luxu, ad id istud opus est necessarium; quod & ipsa Minerva indicavit & iudicavit esse dignum

ANNOTATIONES.

122. Nunc tibi Signorum. &c.] His 2. v. præmonet se varios mores, studia, artésque explicaturum, quæ nascentibus quæque Signa Zodiaci largiantur. Hos autem mores, studia, artésque ducit ex convenientiâ quâdam naturæ animalium, quæ singulas Signorum figuras adornant.

Summumque colorem.] Proverbialiter, ducta loquendi ratio ab artificibus, sed præsertim pictoribus qui dum extremam operi manum afferunt, extremum colorem addere dicuntur.

124. Dives fecundis Aries, &c.] His 16. v. explicat quos mores, quæ studia, quæque artes det Aries sub se nascentibus. Igitur quia lanas fert Aries, quibus spoliatus, semper in novas ferendas spem habet, idè & lanifices creare dicitur, & vestiariam agentes, & mercatores qui rem faciant, réque iterum cadant, atque ita inter damna

censuque perpetuè ferantur. Creat quoque sollicitos & inconstantes animo viros, timidos, atque vanæ gloriæ cupidos.

125. Exutusque novis, &c.] Supl. lanis. Alludit Poëta ad oves, quæ quotannis lanam exuunt, & iterum ferunt.

126. Censu.] Lucrum, quastus, fructus, v. 11.

127. Crescendo.] Sup. opibus, lucrum scilicet faciendo.

128. In jugulum.] In ruinam, in iacturam summam: vel, in necem; mercatores enim sæpè vitæ periculo rem faciunt.

130 Glomerare rudes lanas.] Nondum pectas, nec carptas lanas in glomos, ac cumulos cogere. Rudis lana, Gallicè, *la laine comme elle vient de la brebis, sans être escardée.*

Solvere lanas.] Carpere, pectere; Gallicè, *escarder la laine.*

votis B. P.

vulgum B. P.

gemere B. P.

- 135 Afferuit Pallas manibus, dignumque putavit,
 Séque in Arachneâ magnum putat esse triumphum.
 Hæc studia & similes ducet nascentibus artes,
 Et dubia in trepido præcordia pectore *finger*,
 Séque sua semper cupientia vendere laude.
- 140 Taurus simplicibus donabit rura colonis,
 Pacatisque labor veniet: nec præmia laudis,
 Sed terræ tribuet partus: summittit aratris
 Colla, jugumque suis poscit cervicibus ipse.
 Ille, suis Phœbi portat cum cornibus orbem,
- 145 Militiam indicit terris, & segnia rura
 In veteres revocat cultus dux ipse laboris;
 Nec jacet in sulcis, solvitque in pulvere pectus.
 Serranos Curiosque tulit, *fascisque* per arva

*Not B.
figr R.P.*

faci B. R.P.

INTERPRETATIO.

suis manibus. & existimavit se magnum esse trophæum in Arachneâ. Arias igitur reddet natis sub se ejusmodi studia. & ejusmodi artes, & formabit animos timidos in pectore timido. & qui semper querunt vendere se pro laudibus sibi tributis. Taurus verò dabit agros agricolis rudibus, & erit in laborem iis, qui vivunt in pace: neque dabit mercedem laudis, sed tantum fructus & foetus ter-

ra: ipse enim Taurus subjicit cervices aratro, & ipsemet postulat jugum collo suo. Is quando refert globum Solis intra cornua sua, denunciat culturam terris esse agendam, & ipse ductor operis reducit agros otiosos in pristinas suas culturas: neque quiescit in sulcis, aut explicat artus in arenâ. Progenit autem ipsemet Taurus Serranos & Curios, & dedit pariter fascis inter agros.

ANNOTATIONES.

135. *Pallas.*] Minerva, artium Dea.
 136. *Sapè in Arachneâ.* &c.] Notat illud vulgare cetamen Arachnes cum Minervâ, Ausa enim fuit Arachne cum Minervâ de lanificio contendere. Quod Minerva ægrè ferens Arachnen vicit, victrixque radio percussit eam; quam injuriam non ferens Arachne laqueo se suffocavit. Cujus tamen miseram sortem miserata Pallas, eam in araneam mutavit. Ovid. 6. metam.
 137. *Ducet.*] Gemb. *benè*, id est, reddet, dabit. Vulg. *dicit*, minus elegantè.

138. *Finger.*] *Benè*, id est, formabit, dabit. Alii *figer*. Gemb. *Signum*, sup. Arietis, minus *benè*.

140. *Taurus simplicibus.* &c.] His 12. v. enumerat quos mores, quas artes, quæve studia reddat Taurus. Huic autem asserit agricolas laboriosos, laudis amantes, taciturnos, robustos atque Amori deditos. Scilicet quia quo tem-

pore Tauri sidus perlustrat Sol, revocat agricolas ad agrorum cultum, tauros ad aratrum, omnesque ad hilaritatem; ideò hæc studia, morèque ac artes à Tauro venire finguntur.

141. *Pacatis.*] A bello vacuis: vel hæc otiosis, & à labore cessantibus ob hyemale tempus.

144. *Phæbi.*] Solis, qui Taurum ingreditur circa 21. diem Aprilis nostri, eumque relinquit circa 22. diem Maii, quo Geminos ingreditur.

145. *Militiam.*] Culturam, cultum, lib 2. v.

148. *Serranos Curiosque &c.*] Serranus quippè, sic dictus à ferendo, ab aratro ad Dictaturam vocatus fuit, bellumque adversus Samnites foeliciter gessit. Hunc autem sub Tauro natum vult Manilius. Similiter M. Curium Dentatum sub Tauro natum putat, quia is totus in agris capiendis, colendis, ac dividendis fuit. Samnites enim de-

Qq ij

Tradidit ; éque suo Dictator venit aratro.

150 Laudis amor , tacitæ mentes & corpora tarda
Mole valent , habitátque puer sub fronte Cupido.

= Mollius è Geminis studium est , & mitior ætas
Per varios cantus modulátque vocibus ora ,
Et gracios calamos , & nervis insita verba ,

155 Ingenitúmque sonum. Labor est etiam ipsa voluptas.
Arma procul lituósque volunt , tristémque senectam :
Otia & æternam peragunt in morte juventam :
Inveniunt & in astra vias , numerisque modisque
Consummant orbem , postquam ipsos sidera relinquunt.

160 Natura ingenio minor est , pérque omnia servit.

INTERPRETATIO.

Dictator distractus est ex aratro suo. Gloria cupido , taciturni animi , corpora-
que gravia præ magnitudine vigent ab
eo , & puer Amor manet in vultu. Stu-
dium minus durum est à Geminis , atque
vita hilarior , nimirum per diversa modu-
lamina , & per ora canentia vocibus , &
per tenuis arundines , & per voces ingenitas ,
innatúmque sonitum suábus. Ita ut labor

quoque sit ipsa oblectatio. Gemini enim vo-
lunt bella & tubas , & mœstam senectutem
longè abesse : dant sub se natis vitam quie-
tam & perpetuam , juventutem etiam in mo-
riendo : dant ut & reperiant iter ad sidera
cognoscenda , & ubi astra deserunt illos ,
perficiunt globum cœlestem per suos nume-
ros & mensuras. Natura quidem in iis mi-
nor est ingenio , & sequitur illud in omnibus.

ANNOTATIONES.

bellavit , tantúmque agri cepit , ut so-
litude fuerit futura , nisi tantum ho-
minum cepisset : tantum autem homi-
num cepit , ut fame essent perituri , ni-
si tantum agri cepisset , ut ipse ait in
concione , quam reversus ad Populum
Romanum habuit. Idem quaterna agri
jugera viritum populo divisit , sibi que
non plura : dicens , neminem esse de-
bere , cui tantum agri non sufficeret.
Plutarch. in Cato.

149. Dictator.] Nempè Serranus ,
v. 148. not.

151. Cupido.] Mascul. Amor , Amoris
Deus , qui sub pueri speciosi formâ pingi
solet , fingiturque Jovis ex Venere natus.

152. Mollius è Geminis. &c.] His 10. v.
explicat Poëta , quos mores , quæ stu-
dia , quæve artes reddant Gemini sub
se natis. Docet autem sub Geminis nasci
mollius hominum genus , nempè mu-
ficos , cantores , genio suo indulgen-
tes , otii amantes , laborum belli non
patientes , & ipsos etiam Astronomos.

154. Nervis.] Chordis , quæ ex ner-
vis fieri solent ,

Insita verba.] Id est , sonos vocem
imitantes , quos nervi seu chordæ red-
dere solent. Sunt enim naturâ canori
nervi.

155. Labor est etiam ipsa voluptas.] Id
est , licet musici , ac tibicines aliquan-
do insudent vocem modulando aut fi-
dibus utendo , nihilominus is labor ipsis
est voluptas , iisque rebus delectantur.
Vel sic interpretari licet ; musici aded
gravantur musices laborem , ut ipsa
voluptas ipsis sit oneri.

158. Inveniunt in astra viam. &c.]
His 2. v. notat Astronomos , qui post-
quam siderum notitiam asssecuti sunt ,
globos ac circulos describunt , sphaeras
fabricant , quas suis numeris & mo-
dis notant. Hinc quia numerus perti-
net ad Arithmeticam ; modus ad Geo-
metriam , nonnulli volunt Arithmeti-
cos & Geometras quoque nasci sub Ge-
minis. *Firmic.*

159. Ipsos sidera relinquunt.] Pro , ipsa
sidera relinquunt : dum scilicet ab Astro-
nomiâ ad Geometriam & Arithmeti-
cam revocantur.

Ingenitumque R. P.

In tot fœcundi Gemini commenta feruntur.

Cancer ad ardentem fulgens in Cardine vittam,
Quam Phœbus summis revocatus curribus ambit,
 Articulum Mundi retinet, lucēque reflectit:

- 165 Ille tenax animi, nullōsque effusus in usus,
 Attribuit varios quæstus, artēque lucrorum:
 Merce peregrinā Fortunam ferre per urbes,
 Et gravia annonæ speculantem incendia, ventis
 Credere opes, Orbisque Orbi bona vendere posse;
 170 Tōtque per ignotas commercia jungere terras,
 Atque alio sub Sole novas exquirere prædas,
 Et rerum pretio subitos componere census.
 Navigat, & celeres optando fortibus annos,

I N T E R P R E T A T I O.

Gemini ergo dicuntur fertiles in tot artes
 studia. Cancer verò qui lucet in Cardine
 æstivo juxta zonam calidam, quam
 Sol reductus circuit extremo suo curru,
 & qui coercet illum Cœli nodum, & re-
 mittit dies: is, inquam, qui non ma-
 nifestas naturam suam, & in nulla be-
 neficia nilis videtur; dictas diversa
 lucra, & modum faciendi lucrum: sci-
 licet portare rem suam & opes per civi-

tates ad exteram mercem faciendam, &
 facit ut homo prœvidens duram caritatem
 cibariorum committat ventis divitiis, &
 ut queat vendere opes unius regionis alteri
 regioni, & facias commercia in tot terris in-
 cognitis, & comparat sibi lucro novum opes sub
 novo Sole, & acquirit promptos redditus &
 fructus ex pretio suorum opum. Natus sub
 Cancro navigat quoque, & cupiendo an-
 nos breves fluere pro suis creditis pecuniis.

A N N O T A T I O N E S.

162. *Cancer ad ardentem, &c.*] His
 14. v. docet Poëta quæ studia, quos
 mores, & quas artes dicet Cancer.
 Huic autem adscribit mercatores & fœ-
 neratores.

Ad ardentem vittam.] Ad circulum
 æstivum Cancrī, qui in modum vittæ
 aut fasciæ Cœlum ambit.

163. *Phœbus.*] Sol, lib. 1. v. 19.

164. *Articulum Mundi.*] Punctum
 Cardinale æstivum. Cardines enim Cœ-
 li à Manilio dicuntur *articuli*, *nodis*,
compagines &c. lib. 2. v.

165. *Tenax animi.*] Naturæ suæ do-
 res non manifestans. Ignoratur enim
 quæ sit natura Cancrī, & ad quos usus
 sit. Totus scilicet testā suā contractus.

167. *Fortunam.*] Opes, merces &c.

168. *Gravia.*] Gemb. benè. *Gravia*
 enim *annonæ uris populum*, inquit Vel-
 leius Patere. Vulg. *gravida*, mendosè.

Annonæ speculantem incendia.] Notat
 cum Poëta, qui annonæ caritatem pe-
 regrinis in regionibus prœvidens, fru-
 menta tandemque cogit, quæ in eas re-

giones vèctet atque portet, lucri majoris
 causâ.

171. *Novas prædas.*] Novas pecunias
 lucro partas, Cic. Verr. 7.

172. *Census.*] Redditus bonorum;
 fructus, opes, &c. lib. 1. v. 12.

173. *Navigat & celeres, &c.*] His 2. v.
 notat illud fœneratorum genus, qui
 vel navigant, vel navigantibus pecu-
 niam fœnori dant: vel immensi fœno-
 re merces ac pecunias in novos terra-
 rum Orbes trajiciunt aut vèctant, licet
 neque exercitores sint, neque instito-
 res: Hujusmodi autem omnes, optant
 celeres fluere annos & dies suis fœno-
 ribus; venduntque tempora usuris, dum
 in certos annos, in certa anni tempo-
 ra pecunias fœnerantur.

Celeres.] Gemb. benè; nihil enim
 prius in votis habent fœneratores, quàm
 ut breves fluant anni. Vulg. *steriles*: malè.

Sortibus.] Id est, vel pecuniis creditis
 in fœnora. Sors enim est summa prin-
 cipalis credita debitoribus: fœnus ve-
 rò usura, quæ creditoribus solvenda erat.

Qq iij

et = ti victu B.P.
 sum = tum B.P.
 infusus B.P.

= videri = nolo B.P.

scribit B.P.

- Dulcibus usuris æquo quoque tempora vendit.
 175 Ingenium solers, suâque in compendia pugna.
 Quis dubitet vasti quæ sit natura Leonis?
 Quâque suo dicet Signis nascentibus artes?
 Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum
 Apparat, & pecorum spolio vivitque rapinis.
 180 Hoc habet hic studium, postes ornare superbos
 Pellibus, & captas domibus præfigere prædas,
 Et pacare metu sylvas, & vivere rapto.
 Sunt quorum similes animos nec mœnia frenent,
 Sed pecorum membris mediâ grassentur in urbe;
 185 Et laceros artus suspendant fronte tabernæ,

victo B.P.

INTERPRETATIO.

vendit etiam tempora pro certâ sorte ferarum iucundis. Nascitur & mens sagax. & acris ad sua commoda facienda. Quis ambigat, quæ sit vis ingenua Leonis immanis? Et quæ studia des iis, qui nascuntur sub suo fulere? Alter scilicet parat perpetuo nova certamina, novâque pugnas ferarum, & vivit exuviis pecudum, & pradis. Alterius hoc est studium

& amor, exornare sua limina exuviis ferarum, & appendere adibus suis feras, quas pradatus est. & liberare sylvas timore, & vivere quoque feris captis. Alii sunt, quorum similiâ stidia ne vel muri quidem resistere possint, sed in ipsâ mediâ civitate irruant in ardens ferarum dilaniandos, & appendant membra dilaniata ferarum in aditu tabernæ. de quâ educuntur,

ANNOTATIONES.

174. *Æquo.*] Supl. pretio. Id est, pro ratâ, ut aiunt, seu pro ratâ parte, aut habitâ proportionis parte, quod vulgus *aquipollentiam* dicit.

175. *Compendia.*] *Lucra*, v. 19. Et *Suston. in Claud.*

176. *Quis dubitet. &c.*] His 13. v. docet Leonem asserere sibi venatores, confectorésque ferarum, simplices, & ad iracundiam pronos, sed placari faciles.

178. *Ille.*] Id est, alter, alius.

180. *Hoc habet hic studium.*] Sic restituo. Male enim Scaliger & omnes, *Hoc habet hoc studium.* Igitur hic, id est, alter, seu alius.

182. *Rapto.*] Vulg. benè. Sic Ovid. 1. met. *vivitur ex rapto.* &c. Gemb. *victor*, minus benè.

185. *Sunt quorum.* &c.] His 4. vers. notat ferarum confectores, de quibus *Suston.* passim. Igitur olim apud Romanos varia præbebantur populo spectacula ad auram popularem captandam, & ad summos honores obtinendos. Hoc autem spectaculi genus, quo de agitur, *venatio* dicebatur, *Feræ* educebantur de

tabernis, certoque venabulo, aut sagittâ premebantur: lacerique artus fronte tabernæ appendebantur ad gloriam cædentis. Scaliger hos versus interpretatur non de iis qui luxuriz cædem hanc ferarum parabant, sed de iis, qui auctorati apud Romanos erant, operâque locabant feris cædendis, & vincendis: quos, inquit, *Claudianus* vocat *audaces*.

Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum

Arte ligent, certoque premunt venabula niso.

Verùm fat indicat versus 186. non audaces istiusmodi auctoratos homines, sed eos intelligi, qui venationes istas suis sumptibus parabant, ut inde auram popularem captarent, quæstum ex cædibus ac mortibus caperent.

Luxuriaque parent cadem moribusque lucentur.

Adde quod *Poeta* venationes istas cædésque ferarum intrâ mœnia comparat cum venatione ferarum in silvis, de quâ locutus est versibus superioribus.

Hoc erat, Hoc studium: et victor
 victor: Pontanus a Macro
 B.P. p. 211.

v. 187: vid. Valerius a Euseb.
 Hist. lib. 4 cap. 15 p. 72

182 *Vivens rapto* Vivens victor: Victor autem Homo valens: qd qui
 189 valens prædator suis et feris potest et intelligitur bene valere. & contra de
 male valens Ovidius me muni ferre quæve est. Alium qd Progen agro.
 tante exilior qd per mænas. Vid. Aurelium Victoris de viris illustribus in
 Viriatis Iuliano ubi pro Venatorum cum omnibus antiqui Victoris item apud
 Prædatorum Pollionis de Valerianis. Hinc item victor 189 pro bene valens
 apud Paulinianum de prediciis. Salustianus in notis ad Tarb. Pollionis

LIBER QUARTUS.

311

Luxuriæque parent cædem, mortisque lucentur.

Ingenium ad subitas iras, facilisque recessus,

Ac quale est puero: sententia pectore simplex.

At, quibus Erigone dixit nascentibus ævum;

190 Ore, magisterio nodoque coercita virgo,

Ad studium ducit mores & pectora doctis

Artibus instituit: nec tam compendia censûs;

Quam causas, virisque dabit perquirere rerum.

Illâ decus linguæ faciet, regnûmque loquendi,

195 Atque oculos mentis, quæ possit cernere cuncta,

Quamvis occultis Naturæ condita causis.

Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,

Equus et puer B. P. fallax B.

nudus B.

felix B. P.

INTERPRETATIO.

Et apparent venationes ferarum ad luxum sumptuosiores, Et ex cadibus ferarum quæsum capiunt. Aliis etiam est mens prompta ad iracundiam, Et ad subitos reditus, Et qualis est puero. Aliis mens simplex & sincera in corde est. Verum Virgo, quæ composita est ad modestiam vultu, ministerio officii, Et habitum informat ad studia litterarum, Et instruit doctis disciplinis mentes

corum, quibus dedit vita tempus dum nascuntur: neque tam dictabit quæ rare commoda Et opes, quàm prima principia, Et effecta naturalia rerum. Illa faciet alterum ornamentum eloquentia, Et imperium bene dicendi, Et dabit oculos mentis, quæ valeant videre res omnes, licet abscondita sint in absconditis principiis Natura. Alter quoque eris celer scriba, cui littera una eris dictio.

ANNOTATIONES.

189. *At, quibus Erigone, &c.*] His 14. v. affert Virginis sideri studiosos, facundos, oratores, notarios, scribas, singulares scriptores, doctos, in ipso vitio moderatos, & quos pudor in primâ ætate cohibeat, ne magnas naturæ dotes promant. Dabit & prole fecundos.

Erigone.] Virginis fidus, lib. 1. vers. 266.

190. *Ore, magisterio, nodoque, &c.*] J. Bitur. benè. Id est, vultu, officio, & habitu composita ad modestiam. Vul.

Ore, magisterio, nodoque, &c.

Sed *nodos* malè, pro *nodo*. Alii,

Ora magisterio, nudoque, &c.

Quasi vox *nudos* referatur ad vocem *mores*: nudos autem mores dixerit primam puerorum ætatem. Quam lectionem tuetur ita Scaliger, ut interpretetur sic: *Virgo coercita ducit magisterio ora, & nudos mores*. Ora quidem, quia eloquentiam edocet: nudos mores, quia pueros moribus imbuat. Quamquam præferre ait vocem *nodoque*: ita ut *magisterio, nodoque* sit *magisterii nodo*, non

quidem *coercita*, sed *ducit*. Verum quid est ducere ad studium nodo magisterii? Maluerim ego referre hos ablativos *ore, magisterio, nodoque* ad vocem *exercita*. Decet enim Virginem oris, habitûs, & ministerii compositio.

192. *Compendia censûs.*] Opes habendi modum; vel, lucrum, & divitias: *Compendium* enim est lucrum, v. 175. *Censûs* sunt opes, li. 1. v. 22.

194. *Illâ.*] Scaliger: benè, sup. Virgo, quæ dat eloquentiam. Alii *Ille*, id est, alter, vel alius: quæ lectio benè quidem congrueret cum alterâ voce *hic*, v. 197. si benè congrueret cum vocibus v. seq. *atque oculos mentis*. Non enim sub Virgine natus, sed ipsa Virgo dat oculos mentis qui arcana rerum secreta intuentur.

197. *Scriptor velox, &c.*] His 3. v. notat illud scriptorum duplex genus, qui *notis & litteris singulariis* scribunt. Litteris igitur singulariis scribere est primam tantum cujusque vocabuli litteram compendii causâ scribere: sic S. P. Q. R. pro *Senatus, Populusque Ro-*

Quique notis linguam superet, cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.

100 In vitio bonus: & teneros pudor impedit annos,
Magnaque naturæ cohibendo munera frænat.

Hinc fœcundus erit, quod mirum in Virgine, partus.

Librantes noctem Chelæ cum tempore lucis,

Per nova maturi post annum tempora Bacchi,

205 Mensuræ & tribuent usus & pondera rerum,

Et Palamedeis certantem viribus ortum,

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis

INTERPRETATIO.

Qui notis suis vincat loquentem, & qui excipiat per novos modos abbreviandi longas orationes oratoris celeriter perorantis. Alius erit modestus in ipso vitio: & pudor retinet primos pueri annos, coercendo magnas dotes naturæ, impedit quominus in lucem promantur. Ex eadem Virgine fœcunda proles veniet, quod mirum est in Virgine. Chelæ, qua æquant noctem cum tempore diei, in novis temporibus vini, quod maturi, vescit post annum, dabunt & usum mensura, & pondera rerum. & partum contendente viribus ipsius Palamedis, qui primus dedit numeros rebus.

ANNOTATIONES.

manus. Ita Justinianus Imperator suas Institutiones scripsit. Ita scripsit epistolæ J. Cæsar, namque A. Gell, de notis Cæsar's habet: in epistolis Cæsar's inveniuntur litteræ singularia sine congruentis syllabarum, ex quibus verba confici nulla possunt. Ita sunt & apud nos scriptores Amanuenses, quibus id genus scribendi familiare est. Gallicè, écrire en chiffre. Notis autem scribere est compendioso scribendi genere uti inter excipiendas orationes Oratorum, sententias Judicum, conciones Prædicatorum: verum quæ sit illa compendii nota & ratio non satis constat. Alii enim aliam sibi fingunt. Quamquam olim ejusmodi notas ac signa pueri edoceri solebant. Namque teste Prudentio Cæsarianus martyr magister litterarum sedebat,

Verba notis brevibus comprehendere verba peritus.

Sic notis excipere velocissimè solebat verba loquentis Titus, teste Suetonio in Tit. 3. Sic apud nos quoque sunt scriptores, qui conciones Prædicatorum velocissimè notis excipiant.

199. Per compendia.] Per abbreviationes.

200. In vitio bonus.] Id est, qui nascitur sub Virgine, etiam in vitio bonus erit, motusque libidinis cohibere sciet.

Et teneros pudor, &c.] Id est, qui nascetur sub Virgine, pudore non promittet in lucem magnas naturæ dotes, quandiu teneros adhuc aget annos. Pudor quippe in pueris, quidam est timor, qui coercet eos, quominus liberè agant, aut loquantur.

201. Hinc.] Id est, ex Virginis fœdere.

203. Librantes noctem, &c.] His 4. v. docet quæ studia, quos mores, quæque artes det Libra. Huic autem adscribit mensores, ponderatores, calculones, jurisperitos, legislatores, legum interpretes, & ejusmodi homines.

Chelæ.] Libra, lib. i. v. 608.

204. Bacchi.] Vini, vindemiæ, lib. 2. v. 20. lib. 3. v. 133.

206. Et Palamedeis, &c.] Palamedes enim Nauplii Eubœæ regis filius, calculorum ludum, mensuras, & pondera rerum, numeri figuras, numerosque rerum excogitasse fertur, Euripid. in Palamede. Quamquam Prometheus numerorum saltem primus inventor creditur.

Imposuit

Imposuit, certumque modum, propriasque figuras.

Hic etiam legum tabulas, & condita jura

210 Noverit, atque notis levibus pendentia verba :
Et licitum sciet, & vetitum quæ pœna sequatur,
Perpetuus populi privato in limine Prætor.
Non alio potius genitus sit Servius astro,
Qui leges potius posuit, quam jura retexit.

215 Denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum,
Et Rectoris egens, diriment examina Libræ.
Scorpius, armatâ violentâ cuspide caudâ,
Qui, (sua cum Phœbi currum per sidera ducit),
Rimatur terras & sulcis semina miscet,

220 In bellum ardentes animos, & Martia castra
Efficit & multo gaudentem sanguine civem :
Nec prædâ, quam cæde magis; cumque ipsa sub armis
Pax agitur, capiunt saltus, sylvasque pererrant :
Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum :

INTERPRETATIO.

& nomina numeris, & certas mensuras, & proprias figuras. Idem quoque sciet tabulas legum, & leges scriptas, & voces, quæ dependent ab exiguis figuris : noverit etiam ea suplicia, quæ manebunt fas & nefas; quippe qui æternus Juxta plebis sedebit in privata sua domo. Oportuit ut Servius, qui magis fecit leges, quam condita jura solvit, natus non fuerit sub alio Signo. Tandem aquamenta Libræ discernent quidquid positum fuerit in dubio, & quid-

quid opus habebit Interpretis legum. Scorpius, qui, (dum trahit circulum Solis per suas stellas,) effodit terras caudâ suâ, quæ armatur gravi aculeo. & qui confundit segetes in sulcis, Scorpius, inquam, reddit montes ad pugnam & ad castra adversaria, & reddit civem delectantem se multo cruore, nec magis lætantiæ spolio, quam neci : & quando pax ipsa est inter arma, recipiunt se in sylvas, & vagantur per nemora : & sic modò faciunt cruenta bella hominibus, modò feris :

ANNOTATIONES.

208. Propriâsque figuras.] Proprios numerorum characteres.

210. Notis levibus.] Qualibus Justinianæ institutiones scribuntur. Quas tamen notas ut è libris juris Latinis Justinianus, ita è Græcis Basilii Imperator sustulit. Cedren. 467.

212. Prætor.] Judiciorum & litium populi arbiter ac moderator voluntarius.

213.] Non alio.] Sup. quam sub Libræ fidere.

Servius.] Sulpitius Servius, Juris antistes, Ciceroni familiaris, qui missus à Senatu ad Anthonium, qui Reipub. bellum inferebat, in legatione pe-

riit, Cic. 9. Philipp.

216. Rectoris.] Interpretis, Directoris, Judicis.

217. Scorpius, armatâ, &c.] His 13. v. docet natos sub Scorpione teneri studio belli cum hominum, tum ferarum; gaudere multo sanguine, multâque prædâ : gladiatores fore; belli simulachris delectari, atque inter ipsa pacis otia bellum discere.

218. Cum Phœbi, &c.] Id est, cum Sol perlustrat ipsum. Tunc enim potissimum Scorpius in terris furit, rimatur terras, & acriter ferit ictu, Plin.

223. Capiunt saltus, &c.] Supl. ad feras inter venandum occidendas.

R r

= tw P.
qua B. P.
sidere B.

212 De P. Pithro nob. J. C.
Jor. Mercurius ut. ijm p. 4:
scimus natu discernendo varu a
falso, et agnosceris in privata lega
perspectum moxibratu:

M. MANIL.

con = B. P.

- 225 Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ:
Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.
Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis,
(Tantus amor pugnae est,) discuntque per otia bellum;
Et quodcumque pari studium producit arte.
230 At quibus in bisero Centauri corpore fors est
Nascendi concessa, libet subungere currus,
Ardentes & equos ad mollia ducere fræna,
Et totis armenta sequi pascentia campis,
Quadrupedum omne genus positis domitare magistris,
235 Exorare tigres, rabiemque auferre leoni,
Cumque elephante loqui, tantumque aptare loquendo

INTERPRETATIO.

modo dant venale caput suum ad necem, & ad eadem palestra: & quisque facit sibi hostem, quando bella cessant: Alii sunt, quibus exhibitiones pugnarum & ludus in bellis placent, adeo magna est illis aviditas pugnae, & ediscunt bellum inter ipsa otia belli, & omnem aliam disciplinam, qua simili arte progignitur. Verum iis, quibus fors data est nascendi sub duplici corpore Sagittarii, placet subijcere currus equis, & tractare equos feroces ad flexiles habenas, subsiqui greges illorum, dum pascunt per cunctos agros, domare genus omne equorum per magistros, qui sedant in illis, mitigare tigres, tollere etiam leoni suum furorem, & loqui cum elephante, & loquendo instruere tam ingeniem animalis massam.

ANNOTATIONES.

225. Caput in mortem vendunt &c.] Id est, gladiatorum munus agunt, & vitam suam ob alienae gratiae voluntatem, nundinati sanguinis jacturam, ad mortis spectaculum vendunt, ut ait Firmicus lib. 5.
Arenæ.] Palestræ, id est campi in quo gladiatores ad spectaculum pugnant. Dicitur igitur talis locus Arenæ ab arenâ & pulvere quibus sternebatur.
227. Simulachra & ludus in armis.] Gallicè, Revenies. Virg. 5. æn. v. 985.
Quo ludo intentus belli simulachra ciebat,
230. At quibus in bisero. &c.] His 13. v. ait natos sub Sagittario fore rhedarios, domitores equorum, mansuetarios, robustos corpore, mente acutos, cursuque veloces & agiles.
Bisero corpore.] Id est, quod duplici formâ constat. Sagittarius autem constat equinâ & humanâ formâ, lib. 1. v. 270.
231. Subungere currus.] Supl. equis: id est, subungere equos curru.
233. Armenta.] Supl. equorum, id est, equos. Armentum enim grex est majorum pecudum, v. g. boum, equorum &c. Verum hic agitur tantum de equis: unde per armenta intellige equos.
234. Quadrupedum.] Id est, equorum. Licet enim quadrupes dicatur de omni animali, quod quatuor pedes habet: hic tamen significat solos equos, quos domant nati sub Sagittario. Et passim apud Poetas usurpatur tantum pro equis: sic Virg. æn. 11.
Quadrupedemque citum ferratâ calce fatigat.
235. Exorare tigres, &c.] Mansuetarios notat, qui tigres, leones, & feras ferociores mitigare solent. Sed de his fusiùs lib. 5. v. 502.
236. Cumque elephante loqui. &c.] Notat eos, qui elephantos loqui docent. Est enim illud ingens animal maximè docile, de cujus disciplinâ mira narrat Plinius. Martial. de elephante.
Et molles dare iussa quod choreas.
Nigro bellua nil negat magistro.

Artibus humanis varia ad spectacula molem.

Quippè feræ mixtum est hominis per sidera corpus,
Impositumque manet; quocirca regnat in illis.

240 Quodque intenta gerit curvato spicula cornu,
Et nervos tribuit membris, & acumina cordi,
Et celeres motus, nec delassabile pectus.

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes:
Hinc artes studiumque trahis. Nam quidquid in usus

245 Ignis agit, posciturque novas ad munera flammæ,
Sub te censendum est. Scrutari cæca metalla,
Depositas & opes, terræque exurere venas,
Materiemque manu certâ duplicarier arte:

INTERPRETATIO.

per artes humanas ad diversas res, qua
admirationem rapiant. Scilicet in Sagit-
tario corpus hominis conjunctum est & po-
situm stat corpori ferino inter sidera; quam-
obrem tenet imperium in illis duobus cor-
poribus. Quod autem Sagittarius fere sa-
gittam intentam arcu retorio, idem das
nascentibus sub se & vires per artus. &
stimulos in animo, & cursus veloces in
corpore, & pectus, quod nequeat anhe-

lando fatigari. Vesta conservat in sacra-
rii tuas flammæ, ô Capricorne: inde
ducis disciplinæ & studia, quæ dictas.
Etenim illud omne, quod ignis facit in usus
nostros, & quod petit novos ignes ad ope-
ra faciendâ, id, inquam, omne repo-
nendum est sub tuo jure. V. g. effodere me-
talla abscondita, & divitias occultas in
visceribus terræ, & coquere venas terræ, &
dilatare malleo materiam per certam artem:

ANNOTATIONES.

239. *Impositumque manet.*] Rectè. Cor-
pus enim hominis quasi insitum est cor-
pori equi in Sagittario. Pars quippè an-
terior pars est hominis: posterior ve-
rò, equi, lib. 1. v. 270.

243. *Vesta tuos, &c.*] His 16. v. asserit
Capricorno futores, constatores, fla-
turarios, aurifices, fabros, ferrarios,
inconstantes animos, Veneri deditos
juvenilibus in annis tantum.

Vesta.] Gemb. benè. Sidus enim Ca-
pricorni in tutelâ est Vestæ, lib. 2. v. 445.
Fuit autem Vesta Romanis Dea, unâ-
que ex penatibus Diis quos Æneas in
Italiam advexit, Virg. 2. æneid. v. 293.
& 296. & Macrobius. Hanc autem sub ignis
formâ coluerunt Romani, Ov. d. fast. 6.
& Propertius lib. 2. de bello Persico. Hunc
ignem sacratum dixerunt, quem Vir-
ginibus Vestalibus servandum tradide-
runt. Ignis religio fuit Chaldaïs: Per-
sis, Deus, Agath. lib. 2. hist.

Penetra ibus.] In interioribus sacra-
rii partibus, in quibus sacra Vestæ fie-
bant.

244. *Hinc.*] Id est, ex hac re: ex eo
quod Vesta foveat sidus Capricorni.

245. *Ad munera.*] Gemb. benè, id
est, ad opera, ad officia, qualia sunt
opera fabri ferrarii, quæ iterum no-
vum postulant ignem ad molliendum
rursus ferrum in omnem artem. Vulg.
sidera; malè omnino.

246. *Scrutari cæca metalla.* &c.] Me-
tallarios, seu metallicos notat, qui
effodiendis metallis, auro, argento,
ære, ferro, plumbo, stanno &c. dant
operam. Cæca autem, id est, abscon-
dita in intimis terræ visceribus.

247. *Exurere.*] Coquere, fundere,
liquefacere igne.

Venas terræ.] Metalla, arenas mi-
nerias, &c.

248. *Manu duplicarier.*] Malleo di-
latari, diduci. Quæ nisi sic interpre-
tatus fueris, Scaligero assentias necesse
est, qui putat hunc versum non esse
Manilianum fœtum, sed ab Alchymi-
stâ quodam insertum, qui sciens Al-
chymistas partus esse Capricorni, à Ma-
nilio tamen non censerî dolebat. Nec
abnuerim. Alchymistæ enim certâ arte
materiam duplicare seu augere posse
jactitant.

20 R.P.

idol R.P.

Hustinos R.P.

Autem ista, 2. 1. factura colaturæ, per hoc idem fieri et quodammodo duplicari,
ut nunc postea ab accedat manus et Astri partem. Divinus Manu superius
bat opus. Plinius in lib. 33. cap. xi: quod non potest dari melius
per Manilio, saltem non in Campidino.

248. Hunc versum spiritum
proponit ut vir sumus et
haque de Alchymia loquens
ipse propulset fœtus: ego vero
eleganti manu et Manilio di-
gitis semper judicari, nec ab
Homine Alchymista innotu-
cum ejus hic sensus sit, Nilu-
am Anri et Argenti manu et

Quidquid & argento fabricatur, quidquid & auro:

250 Quòd ferrum calidi solvant, atque æra camini,

X Consumantque foci Cererem, tua munera surgent.

Addis & in vestes studium, mercemque fugantem

Frigora, brumalem servans per sidera sortem,

Quà retrahis ductas summa ad fastigia noctes,

255 Nascentemque facis revocatis lucibus annum.

Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpè

Mens nutat. At melior juncto sub Pisce senecta est.

Pars prior at Veneri mixto cum crimine servit.

INTERPRETATIO.

deinde id omne, quod efficitur ex argento, & quod conflatur ex auro: præterea tua dona erunt. quòd ardentes fornaces liquefaciant, & separent ferrum, & æra, & quod furni concoquant panem. Adjungis etiam amorem erga vestimenta. & erga mercem, qua pellat frigus, retinens inter astra hibernam sortem, quâ

reducis noctes, qua promota fuerunt ad suprema sua culmina, & reddis annum incipientem à diebus reductis. Inde inconstantia rerum nascitur, & animus sæpè mutatus titubet. Verum melior est senectus sub Pisce, qui subnectitur Capricorno, sed pars anterior Capricorni indulget Veneri per scelus admixtum.

ANNOTATIONES.

250. Solvant.] Separent, liquefaciant, fundant. Ignis enim heterogenas partes separat, homogeneas vero coagulat, ut aiunt.

251. Cererem.] Cereris munera, panem, lib. 2. v. 21. lib. 3. v. 152.

252. Addis & in vestes, &c.] Id est, vestimentorum pretium auges & accendis, ò Capricorne. Quia cum Sol Capricornum tenet, frigus asperius esse solet, quo fit ut quisque sibi vestimenta quærat. Itaque, quo sensu Plinius vocat sidus Vergiliarum institorem vestium, eodem Manilius vocat Capricornum. Institor autem vestis Plinio dicitur sidus Vergiliarum, quòd mensè Novembri, cum earum occasus est, frigus fore conjicitur ex hoc sidere, si earum occasus fuerit serenus: pluvia vero prædicitur, si pluviosus occasus. Idè negotiatores statim augent lacerarum pretia, quibus utimur tempore pluvioso: aut aliarum vestium, quibus frigora pellimus. Idem dic de Capricorni sidere. Et verò jam antea sub sidere Arietis vestiarios reposuit Poëta.

Fugantem frigora.] Ita restituendum. Vestes enim fugant & pellunt frigus.

X v. Salmasti Ep. 110.

Nisi mercemque fugacem frigore, interpreteris mercem, quæ velociter hyeme venundetur. Quæ tamen interpretatio vocis fugax pro voce venalis non arridet.

254. Summa ad fastigia, &c.] Noctes enim sub initio Capricorni sunt maximæ: dies verò brevissimi. Unde à Capricorno cadunt noctes, dies crescunt, annus revertitur ad lucem diebus revocatam.

256. Hinc.] Id est, ab eodem Capricorno.

257. Juncto sub Pisce, &c.] Inferior quippè pars Capricorni desinit in piscem, lib. 2. v. 232. Pars verò anterior caprina est. Unde quâ parte piscis est, melius est sidus: quâ verò parte capra est, libidinibus indulget. Pars autem inferior tribuitur hominis senectæ: anterior vero juvenilibus annis. Quasi dixerit Poëta, qui nascitur sub Capricorno, ejus libidinosa est juvenus, senecta verò melior.

258. Veneri.] Libidini, amoris lascivo. Venus enim amoris Dea creditur, & sæpius à Poëtis usurpatur pro amore libidinoso, seu pro ipsâ lasciviâ.

Ille quoque inflexâ fontem qui projicit urnâ ;
 260 Cognatas tribuit juvenilis Aquarius artes.
 Cernere sub terris undas , inducere terris ,
 Ipsâque converſis aſpergere fluſtibus aſtra ;
 Littoribûſque novis per luxum ludere ponto ;
 Et varios fabricare lacus , & flumina fiſta ,
 265 Et peregrinantes domibus ſuſpendere rivos.
 Mille ſub hoc habitant artes , quas temperat unda ,

INTERPRETATIO.

Ille etiam puer Aquarius, qui effundit rivum aquarum ex amphorâ inverſâ, dat diſciplinâ, quâ ſibi ſimiles ſint: dat v. g. agnoſcere aquas ſub terris, inferre aquas terris, & perfundere ipſa ſidera aquis emiſſis ſurſum, & per luxuriam ludere

mari, quod claudatur intrâ novas oras: & facere diverſa ſtagna aquarum, & fluvijs fallaces, & ſuſpendere ſuprà adificia fluvijs vagantes extrâ rivas ſuas. Mille diſciplina manent ſub hoc Signo Aquarii, quas aqua per artem moderatur.

ANNOTATIONES.

259. Ille quoque, &c.] His 4. v. adſcribit Poeta ſideri Aquarii eos, qui ductibus, expreſſionibus, elicibûſque aquarum, & Naumachiæ ſtudent. Eidem dat eos, qui ſphærâ cœleſtis faciem, ſiderumque motus varios obſervant. Dat & mites, & dociles, & liberales, & prodigos, quibus nec deſt, nec ſuperſt cenſus.

261. Cernere ſub terris undas.] Notat eos, qui ſcaturigines aquarum ſub terris detegunt certis ex indiçiis.

Inducere terris.] Sup. undas. Notat eos, qui aquæ ductus aut per cuniculos, aut per opus arcuatam, aut per foſſas, aut per tubos fabricant, quibus aquæ terris huc illuc inducantur. His enim modis aquæ ductus fiebant olim apud Romanos, Frontin. lib. de aquæd. Rom.

262. Aſpergere fluſtibus aſtra.] Notat eos, qui aquarum expreſſiones agunt, Gallicè *des jets d'eau*: ſive expreſſiones illæ aquarum fierent aut ex ipſis aquæ jactibus, aut per hydraulas, quibus aqua detruderetur; Gallicè, *par des pompes*. Neque enim Vitruvius, neque Horatius, qui de aquarum jactibus meminerunt, hæc tamen varia genera diſtinxerunt. Ovid. 4. metam. meminit harum ejaculationum aquarum.

263. Littoribûſque novis, &c.] Hoc v. notat naumachiam, quâ Romani olim Imperatores per luxum ponto ludebant.

Effoſſis enim latè terris lacus adornabant, quos aut aquis, aut etiam vino replebant. *Sueton.* in Jul. Cæſ. 39. *Navali praliſ in morem cochleæ deſoſſo lacu, biremes, triremes, quadrirémſque, Tyria, & Egyptia claſſes, magno pugnaſtorum apparatu conſiſſerunt.* Et alibi paſſim.

264. Flumina fiſta.] Emiſſarios fluvijs, quos & Romani *Envipos* & *Nilos* apellârunt. *Euripi* autem canales erant minores, quibus aquæ in ſublime ſalientes per prata ducebantur Romam in ſingulas cujuſque domos. *Nili* verò canales erant minores, quibus aquæ pariter ducebantur. Deſumptis nominibus ab *Euripo*, quod fretum eſt *Bœotiz*: & ab *Nilo*, qui fluvijs eſt *Ægypti*. Unde Cicero 1. leg. *Ductus aquarum, quos iſti Nilos, Euripôſque vocant, quia cum videris, non irriſeris?* Erant & *Euripô* flumina emiſſaria in circo, ad quæ ſpectaculæ agebantur, Virg. 3. Georg. verſ. 17.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina curruſ.

265. Domibus ſuſpendere.] Id eſt, ſuper arenata opera, & ædificia ſteſtere rivos aquarum ab uno colle in alium: vel notat penſilia receptacula aquarum, quibus ſuprà domos aquæ longè deſcendentes reciperebantur in ulus domeſticos.

Quæ per aquas veniunt , operum pontesque sequuntur?
 Quippè etiam Mundi faciem sedesque movebit
 Sidereas , Cælumque novum versabit in orbem.

270 Mite genus , docilesque fluunt ab sidere partus :
 Pectora nec sordent : faciles in damna feruntur :
 Nec deest , nec superest census. Sic profluit Urna.

Ultima quos gemini producunt sidera Pisces ,
 His erit in pontum studium , vitamque profundo
 275 Credent , & puppes , aut puppibus arma parabunt :
 Quidquid & in proprios pelagus desiderat usus.

Innumeræ veniunt artes , vix nomina rebus
 Sufficiunt. Tot sunt , parvæ quot membra carinæ.

Adde gubernandi studium. Pervenit in astra ,
 280 Et Pontum Cælo conjunxit. Noverit Orbem
 Fluminæque & portus Mundi , ventosque necesse est :

INTERPRETATIO.

Et qua dantur per aquas , & qua sequuntur ex aquaductibus. Scilicet , qui nascitur sub Aquario , is etiam mutabit vulsum Cæli , & stationes siderum . & volvet Cælos in novum gyrum. Mansueta gens hominum , & proles docilis manat ab hoc Signo : manant & quibus corda non vilescunt : & qui faciles labuntur in dispendia : & quibus redditus bonorum nec deficiunt . nec supersunt. Ita Amphora Aquarii fluit. Quos denique generant duo Pisces , que sunt postrema Signa Zodiaci.

ci , illis amor erit in mare , & committent vitam suam pelago , & preparabunt naves , vel instrumenta navibus ; & id omne quod mare postulat ad suos usus. Infinita autem sunt artes , & vix sunt nomina quibus res illa omnes nominentur. Tot enim sunt artes , quot sunt partes navis exigua. Adjunge amorem regendi naves. Natus sub Piscibus ascendit usque ad sidera , & benè junxit mare cum Cælo. Oportet etiam ut benè noscat globum terrarum , & fluvios , & portus Mundi , & ventos.

ANNOTATIONES.

267. Operum pontes.] Arcus operum : aqueductus pontium arcubus impositos.

268. Quippe etiam Mundi faciem &c.] His 2. v. notat eos , qui novas siderum conversiones , novamque Cæli faciem instituerunt : id est , qui Calendarios aut adinvenierunt , aut reformarunt. Qualis fuit Meton ille Atheniensis astrologiz peritissimus , qui ad Solis Lunæque cursus certos habendos novemdecimnalem rationem invenit.

271. Pectora nec sordent.] Id est , liberales. Avari enim & nimium parci sordescere dicuntur.

Faciles in damna.] Sumptuosi , qui patrimonia facile effundunt.

272. Sic profluit urna.] Id est , hæc est sors Aquarii , cujus urna perpetuas effundit aquas.

Ultima quos &c.] His 19. v. denique tribuit Piscibus nautas , nauceros , gu-

bernatores navium , remiges , rei nauticæ artifices : piscatores , fecundos prole , & Veneri nimium indulgentes , atque leves animi motus.

279. Pervenit in astra , &c.] Quippe ars nautica maximè famulatur siderali scientiæ. Virg. æn. 5. v. 852.

clavumque affixus & harenas
 Nusquam amittebat , oculisque sub
 astra tenebat.

Et lib. 3. v.

Palinurus & omnes
 Explorat ventos , atque auribus æra
 captat .

Sidera curata notat tacito labentia
 Cælo , &c.

280. Noverit Orbem , &c.] Noscat benè Chartam , ut aiunt , id est , utriusque globi , terrestris , & aquei descriptionem.

Dulcor ad sea B. P.

quos B. P.

caligine versare B.P.
mis agere in B.P.

Jámque huc atque illuc agilem convertere clavum ;
 Et frænare ratem , fluctúsque effundere rectos :
 Aut remos agitare & lentas flectere tonsas.

- 285 Et placidum inductis everrere retibus æquor ,
 Littoribúsque suis populos exponere captos :
 Aut uncas celare cibis , aut carcere fraudem.
 Navales etiam pugnas , pendentia bella
 Attribuunt , pelagique infectos sanguine fluctus.
 290 Fœcundum genus est natis & amica voluptas ,
 Et celeres motus , mutatâque cuncta per ævum.

Hos tribuunt mores , atque has nascentibus artes
 Bis sex materiâ propriâ pollentia Signa.

Sed nihil in semet totum valet. Omnia vires

INTERPRETATIO.

Pisces quoque dant etiam circumagere mobile gubernaculum navis in hanc & in illam partem , & coercere navem , & proscindere aquatos fluctus , vel agere remos , & vertere flexiles remorum palmas. Dant & verrere tranquillum mare retibus injectis , & projicere pisces captos supra littora ipsius maris : vel oculare haemos sub escis , aut parare dolum in retibus clausis. Tribuunt quoque navalia pra-

lia , & bella , qua mari suspenduntur , & unlas maris , qua sanguine caëlorum tinguntur. Qui nascuntur sub Piscibus , iis est fertilis in prolem natura , libido familiaris , & prompti motus , & omnia mutabilia per totam vitam. Duodecim Signa Zodiaci , in quantum valent aliquid seorsum , dant has disciplinas & hac studia iis , qui sub ipsis singulis nascuntur. At nullum Signum pollet totum in seipso. Cuncta Signa jun-

ANNOTATIONES.

283. Rectos.] Vulg. benè , id est , aquatos. Notat peritiam naucleri , qui recto cursu , & invariabili navim per mare ducit. Gemb. Rectior , id est , gubernator. Nec malè.

284. Lentas tonsas.] Flexiles remi palmas. Le plat de la rame. Lentus , a , um , aliquando sumitur pro tardus , a , um. Aliquando pro viscosus , a , um. Aliquando pro flexis , e , ut hîc. Quod epithetum tribuitur potissimum remis , hastilibus , & vimini.

285. Everrere retibus æquor.] Everriculis fundum maris agere , ut pisces capiantur. Unde everriculum , filet de pecheur , seine.

Populos.] Pisciculos. Peuple de poisson.

287. Carcere.] Retibus vimine contextis , in quibus escas appendunt piscatores , & quæ in aquas demergunt. Boiderots , Louves. &c.

288. Pendentia bella.] Navalia bella , ut monui lib. 1. v. 915.

290. Fœcundum est. &c.] Quippè quia Pisces prole fœcundiores sunt , sub his natos homines prole quoque fœcun-

dos prædicat.

Natis.] Nascentibus hominibus , Scal. benè. At Vulg. nantis , mendo- sè Alii nantes , pessimè.

292. Hos tribuunt mores. &c.] His 2. v. concludit igitur hos mores , hæc studia , hæcque artes , de quibus hætenus est disputatum , à Signis duodecim tribui.

294. Sed nihil in semet. &c.] His autem 9. vers. monet interim Poëta non solum ex seipsis & seorsum pollere singula Signa , sed ex commercio , & quasi hospitio mutuo valere , scilicet ex Decaniis. Dicitur autem Decania , a , & Decanium , ii. Decania igitur est decima Signi cujusque pars , seu potius decem Signi partes. Inde , quia quodlibet Signum constat ex triginta partibus , quos gradus vocant tres sunt tantum in uno quoque Signo Decanix ; quibus alia aliis Signa dominantur , virésque suas concedunt. Rem totam explicat Poëta à v. 312. ad v. 362. Sic lib. 2. v. 686 monuit nullum Signum in semet sibi totum servire.

- 295 Cum certis sociant Signis sub partibus æquis ;
 Et velut hospitio mundi commercia jungunt ,
 Conceduntque suas partes retinentibus astris .
 Quam partem decimam dixere Decania gentes ;
 A numero nomen positum est , quod partibus astra
 300 Condita tricenis propriâ sub sorte feruntur ,
 Et tribuunt denas in se coeuntibus astris ,
 Inque vicem terris habitantur sidera Signis .
 Sic altis Natura manet consepta tenebris ,
 Et verum in Cælo est multâ cum ambagine rerum .
 305 Nec brevis est usus , nec amat compendia Cælum :
 Verum aliis alia opposita est & fallit imago ,
 Mentiturque suas vires , & numina celat .
 Quæ tibi non oculis , altâ sed mente fuganda est
 Caligo , penitusque Deus , non fronte notandus .

tag. B. P.

nomina B.

I N T E R P R E T A T I O .

gunt suas vires cum certis Signis per partes aquales , & veluti per fœdus hospitii faciunt commercia Cæli , & dant in se ipsis certos gradus aliis Signis , quæ conservant suos quoque gradus in semet . Hanc autem partem , quæ decima est cuiusque Signi pars , populi vocant Decania : scilicet nomen impositum est illi à numero , quia Signa composita sunt ex triginta gradibus sub suâ quaque ratione , & dant decem gradus Signis , quæ sibi sociantur , & quæque Signa vicissim possidentur à

tribus Signis . Ita Mundus jacet obvolutus profundis caliginibus , & veritas rerum latet in Cælo cum magnâ ambage . Nec compendiosa est methodus illius inveniendi , nec Cælum amat brevitatem : sed alia signa Signorum contraria est aliis figuris , & decipit , & obteggit suas virtutes , & occultat suam potentiam . Quæ tenebra tibi discutienda sunt , non quidem luce oculorum , sed magnâ luce mentis , & Cælum observandum est tibi non ex facie , sed intrinsecus .

A N N O T A T I O N E S .

298: Decania | vid: Pel:
 Peliti Mifell: Observat:
 p. 131:

296. Mundi.] Cæli , lib. 1. v. 9.
 301. Denas.] Sup. partes , seu gradus.
 303. Sic aliis . &c.] His 7. v. docet Poëta verum in Cælo esse multâ cum ambagine , nec unâ aut alterâ viâ , sed multiplici reperiendum Neque enim sola exterior Cæli facies est observanda , sed interior penitus perspicienda . Quod cuique non ita facile est ; nam ut ait lib. 1. vers. 25.

Quem primum infernis licuit cognoscere terras

Munera Cælestium ? Quis enim condensibus illis

Clepsisset furto Mundum , quo cuncta reguntur ? &c.

Sic lib. 2. vers. 721. & seqq. Consule locum.

304. In Cælo.] Benè omnes. Scali-

ger , in cæco , malè.

306. Imago.] Figura , Signum.

307. Numina.] Ita legendum , id est ; vires , jura , &c. Gemb. nomina , malè. Scaliger , nomina minùs benè.

309. Penitusque Deus , non fronte . &c.] Id est , non sola facies Cæli exterior , sed & interior , seu superior , ut ait Poëta lib. 1. v. 29. est observanda :

& Mundi facies , Cælumque supernum.

Itaque facies Cæli exterior , figuræ sunt ac imagines siderum , quas oculis cernere possumus : facies verò interior , Deus est ipse , seu Cælum ipsum , vel , ut ipse se explicat Poëta passim , veritas ipsa , quam in Cælo Dii absconderunt , dum illud condiderunt.

Deus.] Cælum , vires Cæli , v. 389.

Nunc

310 Nunc quæ sint conjuncta, quibus, quove ordine reddam,
Ne lateant aliæ vires aliena per astra.

Astorum princeps primam servat sibi partem :
Altera fors Tauro : Geminis pars tertia cedit.
Sic inter denas divisum ducitur astrum.

315 Tot ducit vires, dominos quocumque recepit.
Diversa in Tauro ratio est, nec parte sub ullâ
Censetur : Cancro primam : mediâque Leoni :
Extremam Erigonæ tribuit Natura per astrum.
Stat tamen & proprias miscet per singula vires.

320 Libra decem partes Geminorum prima capeffit :
Scorpius adjunctas : Centauri tertia pars est.
Nec quisquam numero discernitur : ordine cedit.

INTERPRETATIO.

Jam verò referam tibi qua Signa sint conjuncta, quibus Signis sint sociata, & quo ordine, ne scilicet alia vires occultentur in aliis Signis. Igitur Aries, qui dux est Signorum, retinet sibi primam sui decimam partem: secunda pars decima datur Tauro: tertia verò fors decima Geminis datur. Ita totum Signum Arietis dividitur in tres decimas sortes. Assumit autem tot vires, quot accipit Decanos seu domi-

nos. Similis modus non servatur in Tauro, neque ipse asserit ullam sui partem decimam: sed Deus dedit primam sortem hujus Signi Cancro: secundam Leoni: & ultimam Virgini. Manet tamen, & miscet suas vires in singulis illis tribus. Libra prior capit decem primas partes Geminorum: Scorpius capit decem sequentes: tertia decima fors pertinet ad Sagittarium. Neque illud strahitur è suo numero: sed ita ex ordine suo.

ANNOTATIONES.

310. Nunc qua sint conjuncta, &c.] His 2. vers. pramonet se explicaturum varias Signorum Decanias; easque per singula Signa recensurum ex ordine.

312. Astorum princeps &c.] His igitur 4. v. incipit ab Ariete, aitque Arietem primam sui Decaniam sibi retinere: secundam verò concedere Tauro; tertiam Geminis.

315. Tot ducit vires.] Vulg. benè; singuli enim Decani, seu domini suas asserunt vires iis Signorum Decaniis, quibus præfunt. Gemb. *Totque dabit vires.* minus benè, licet sit idem sensus.

Dominos.] Decanos.

316. Diversa est ratio in Tauro, &c.] His 4. v. docet primæ Tauri Decaniæ præfesse Cancrum: secundæ Leonem: tertiæ Virginem. Sed ita tamen utiple Taurus per singula suas vires misceat. Quod uni Tauro peculiare est.

Nec parte sub ullâ.] Sup. decima, id est, Decaniâ.

318. Erigona.] Virgini, lib. 1. v. 266. *Natura.*] Deus, Auctor Naturæ.

320. Libra decem partes Geminorum, &c.

M. MANIL.

His 3. v. ait primæ Geminorum Decaniæ dominari Libram: secundæ Scorpionem: tertiæ Sagittarium.

321. Adjunctas.] Ita restituendum; sup. partes decem, id est, secundam Decaniam. Vulg. *adjuncta*, malè. Scaliger, *adjunctam*, necdum benè.

322. Nec quisquam, &c.] Hoc vers. monet hunc inter Decanias Signorum esse ordinem, quem in Cœlo Signa tenent. Cùm igitur in singulis Signis tres sint Decaniæ, quatuor prima Signa, Aries, Taurus, Gemini, & Cancer, per suas Decanias adimplent totum Signorum duodecim numerum. Quatuor sequentia, Leo, Virgo, Libra, & Scorpius, iterum totum Signorum censum consummant. Quatuor reliqua, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Pisces, tertiò totam Signorum summam absorbent, præter Capricornum & Aquarium, quorum illius loco Aries, hujus loco Taurus dominantur in Piscibus, scilicet Aries primæ, Taurus secundæ Decaniæ. Res patet in tabellâ seq. in quâ dominatur.

SC

*Denas B. P.
Ducit B. P.*

=ta parte B. P.

DECANIÆ SIGNORUM.

Arietis Decaniæ	{ Primæ Aries. Secundæ Taurus. Tertiæ Gemini.
Tauri Decaniæ	{ Primæ Cancer. Secundæ Leo. Tertiæ Virgo.
Geminorum Decaniæ	{ Primæ Libra. Secundæ Scorpius. Tertiæ Sagittarius.
Cancri Decaniæ	{ Primæ Capricornus. Secundæ Aquarius. Tertiæ Pisces.
Leonis Decaniæ	{ Primæ Aries. Secundæ Taurus. Tertiæ Gemini.
Virginis Decaniæ	{ Primæ Cancer. Secundæ Leo. Tertiæ Virgo.
Libræ Decaniæ	{ Primæ Libra. Secundæ Scorpius. Tertiæ Sagittarius.
Scorpionis Decaniæ	{ Primæ Capricornus. Secundæ Aquarius. Tertiæ Pisces.
Sagittarii Decaniæ	{ Primæ Aries. Secundæ Taurus. Tertiæ Gemini.
Capricorni Decaniæ	{ Primæ Cancer. Secundæ Leo. Tertiæ Virgo.
Aquarii Decaniæ	{ Primæ Libra. Secundæ Scorpius. Tertiæ Sagittarius.
Piscium Decaniæ	{ Primæ Aries. Secundæ Taurus. Tertiæ Pisces.

- Cancer, qui adversum Capricorni dirigit astrum,
 Bis quinas primùm partes dignatur in illo :
 325 (Temporis articulo sub quo censetur & ipse,
 Quod facit æquales luces brumalibus umbris,
 Cognatamque gerit diverso in Cardine legem) :
 Alterius partis perfundit Aquarius ignes :
 Quem subeunt Pisces extremo sidere Cancrī.
 330 At Leo consortis meminit sub lege Trigoni,
 Lanigerumque ducem recipit : Taurumque Quadrato
 Coniunctum sibi : sub Geminis pars tertia fertur.

INTERPRETATIO.

Cancer, qui regis sidus Capricorni, quod est sibi oppositum è regione, bene concedit primas decem sui partes illi Capricorno ; (eo quod Cancer reddit dies æstivos aquales noctibus hibernis in illo Cardine temporis, sub quo ipse continetur, & fert legem similem in adverso Cardine.) Aquarius autem aspergit flammis secundam

de decima parte Cancrī : quem Aquarium Pisces sequuntur in ultimā parte decimā Signi Cancrī. Leo vero recordatur sui socii in pure Trianguli : & accipit Arietem principem dominum aut Decanum sui : accipit in secundā parte sui Taurum, qui sibi sociatur ex lege Quadrati : tertia pars Leonis datur Geminis,

ANNOTATIONES.

323. *Cancer, qui adversum, &c.*] His 7. vers. docet primæ Cancrī Decaniæ præfisse Capricornum ; secundæ Aquarium : tertiæ Pisces.

Qui.] Ita restituendum fuit : male enim omnes in. In quem errorem delabi facile fuit, ex eo, quod lib. 1. v. 269. legitur,

In cuius caudam contentum dirigit arcum.

Et lib. 2. v. 170.

Ut Capricornus & hic qui sentum dirigit arcum.

Quibus in locis in eosdem quoque errores cecidi, quia hunc locum nondum satis expenderam. Verum ratio & sensus postulant ut non in. sed qui legamus. Ea enim mens est Manilii, ut asserat primam Cancrī Decaniam Capricorno ; cuius vicissim primam Decaniam Cancro tribuet v. 330. & seqq. Itaque, *Cancer, qui adversum Capricorni dirigit astrum* ; id est, Cancer, qui regit Capricornum, seu primam Capricorni Decaniam sibi asserit : *Bis quinas primùm partes dignatur in illo.* Id est, bene concedit primam sui Decaniam illi Capricorno. Cuius rei rationem aliquam reddere videtur ex eo, quod Cancer in eo sit temporis articu-

lo, quo maximos æstivos dies maximis hibernis noctibus adæquet. Quā in re totam cognationis legem, quam gerit Cancer, reponit.

324. *Dignatur in illo.*] Sup. eff. : in illo, id est, Capricorno.

228. *Alterius partis.*] Id est, secundæ Decaniæ.

Ignes.] Stellæ, sidera, lib. 1. v. 466.

329. *Extremo sidere.*] Id est, tertiæ Decaniæ.

330. *At Leo consortis &c.*] His 4. v. docet primæ Leonis Decaniæ præfisse Arietem : secundæ Taurum : tertiæ Geminos.

Consortis. Nimirum Arietis, qui Leoni consors est in lege Trianguli. Etenim Aries, Leo, & Sagittarius primum adornant Trigonum, lib. 2. v. 279. & pag. 151. fig.

331. *Lanigerumque ducem recipit.*] Id est, primæ suæ Decaniæ Leo præficit Arietem.

Taurumque Quadrato, &c.] Id est, & suæ secundæ Decaniæ Leo præficit Taurum, qui consors est sibi in lege Quadrati. Scilicet Taurus, Leo, Scorpius & Aquarius secundum Quadratum efficiunt, lib. 2. v. 284. not. & pag. 155. figur.

contingit B.P.

ut bis B.P.

Cui B. |

Hos quoque conjungit per senos linea flexus.

Præcipuum Erigone Cancro concedit honorem,

325 Cui tribuit primam partem : vicina relicta est
Vicino, Nemæ, tibi : pars ipsius ima est,
Quæ fastidito concessa est jure potiri.

Sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem
Noctes atque dies diverso in tempore secum

340 Lanigerum sequitur. Veris juga temperat ille,
Hæc Autumnales componit lancibus horas.

Nulli concedit primam : traditque sequenti

7 Vicinam partem : Centauri tertia summa est.

8 Scorpius in primâ Capricornum parte locavit :

2345 Alterius dominum, qui nomen fecit ab undis :

3 Extremas voluit partes sub Piscibus esse.

4 At qui contento minitatur spicula nervo,

INTERPRETATIO.

Ductus per sex flexuras jungit etiam illos
Geminos cum Leone. Virgo cedit primum
sui locum Cancro, cui dat priorem deci-
mam sortem : proxima fors decima re-
servata est proximo tibi, o Leo : ultima
verò fors decima pertinet ad ipsam Vir-
ginem, cui permissum est frui dominio,
quod alii contempserunt. At Libra lata uti-
tur exemplo. Et imitatur Arietem, qui
similiter cum ipsâ ducit noctes & dies
æquales in alio temporis articulo. Ille Aries

moderatur examina summa Veris. hac
verò temperat staterâ horas Autumnales.
Libra igitur nulli cedit primam sui deci-
mam partem : & dat proximam sortem
decimam vicino Scorpionis : tertia autem
fors pertinet ad Sagittarium. Scorpius posuit
Capricornum in priori suâ decimâ sorte :
posuit verò ducem secunda sortis illum, qui
ducit nomen suum ab aquis : jussit autem
ultimam sui sortem decimam subjici Pisci-
bus. Sed qui minatur sagittas ex arcu tento,

ANNOTATIONES.

333. Hos quoque, &c.] Id est, Ge-
mini quoque junguntur cum Leone ex
lege Hexagoni ; scilicet in secundo He-
xagonorum ductu continentur Gemini,
& Leo, & à Geminis in Leonem linea
sextilis flectitur, lib. 2. v. 358. not. &
pag. 162. fig.

334. Præcipuum Erigone, &c.] His
4. v. docet Virginis Decaniæ primæ
præesse Cancrum : secundæ Leonem :
tertiæ Virginem ipsam.

336. Nemæ.] Leo, lib. 2. v. 623.
Ipsius.] Nempè Virginis.

338. Sed Libra, &c.] His 6. v. docet
Libræ Decaniam primam concessam
esse ipsi Libræ : secundam Scorpionis :
tertiam Sagittario.

Exemplo gaudet, &c.] Scilicet, sicut
Aries, qui puncto Æquinoctiali verno
dies æquat noctibus, primam sui De-
caniam sibi retinet regendam : ita Li-
bra, quæ in articulo temporis Autum-

nalis noctes pariter æquat diebus, pri-
mam sui Decaniam regit.

339. Diverso in tempore.] Nimis in
Æquinoctio verno.

Secum.] Id est, æquè ac ipsa Libra.

340. Juga.] Summa examina, quasi
æquâ lance dies ac noctes libret Aries.

342. Sequenti.] Nempè Scorpionis,
qui Libram sequitur.

343. Centauri.] Sagittarii, lib. 1.
vers. 270.

344. Scorpius in primâ, &c.] His 3. v.
ait primæ Decaniæ Scorpionis præesse
Capricornum : secundæ Aquarium : ter-
tiæ Pisces.

345. Alterius.] Secundæ Decaniæ.

Qui nomen fecit ab undis.] Id est,
Aquarius.

347. At qui contento, &c.] His 3. v.
ait Sagittarii primam Decaniam tribui
Arieti : secundam Tauro : tertiam Ge-
minis.

jura

= ni B. P.

et B.

nota B.

etq. B. P.

- 6 Lanigero primas tradit sub lege Trigoni :
 7 Et medias Tauro partes : Geminisque supremas.
 350 Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi ;
 Sed munus reddit Cancro , recipitque receptus ,
 Principiūque sui donat : conjuncta Leonis
 Regna ferunt : summas partes at Virginis esse.
 Fontibus æternis gaudens Urnæque fluenti ,
 355 Jura sui Libræ permittit prima regenda :
 Hærentesque decem partes Nepa vendicat ipsi :
 Summas Centaurus retinet Juvenile per astrum.
 Jam superant gemini Pisces , qui sidera claudunt.
 Lanigero primos tradunt in finibus usus :
 360 Përque decem medias partes tu , Taure , receptus :
 Quod superest , ipsi sumunt ; utque orbe feruntur
 Extremo , sic & sortis pars ultima cedit.

INTERPRETATIO.

dat primas sui sortes decimas Arieti , cui jungitur ex jure Trianguli : & dat secundas sortes decimas Tauro : & Geminis extr. mas. Nec Capricornus immemore est beneficii ex dedecore probrofo ; sed refert beneficium Cancro . & recipit illum , à quo fuerat receptus. traditque initium sui Cancro : dicunt proxima dominia Capricorni pertinere ad Leonem : extremas verò sortes ad Virginem. Qui autem fruitur perpetuis aquis , & Amphorâ . qua per-

petuas effundit aquas , tradit prima sui regna gubernanda Libra : & Scorpius asserit sibi proximam decimam sortem : Sagittarius assumit sibi postremas partes Signi Pueriliū. Jam duo Pisces supersunt , qui terminant Signorum orbem. Hi autem tribuunt Arieti priora jura in suis regnis : Et tu , ô Taure , receperis in decem sequentibus sortibus : Quod verò restat , ipsi Pisces sibi illud vendicant : & sicut ultimo circulo continentur. ita etiam ultima pars Decania contingit ipsi.

ANNOTATIONES.

348. Sub lege Trigoni.] Aries enim & Sagittarius cum Leone primum Trigoni adornant , v. 330. not.

350. Nec manet ingratus Capric. &c.] His 4. v. ait Capricorni primam Decaniam regendam tradi Cancro ; secundam Leoni ; tertiam Virgini. Idè autem , inquit , Capricornus concedit primam sui Decaniam Cancro , quia Cancro primam sui Decaniam Capricorno concessit , v. 323. Hinc satis patet quàm feliciter interpretati fuerim verſ. 323. & seqq. de Cancro.

352. Conjuncta regna.] Id est , secundam Capricorni Decaniam , quæ sequitur primam.

354. Fontibus æternis . &c.] His 4. v. docet Aquarii Decaniam primam esse penès Libram : secundam penès Scorpionem : tertiam penès Sagittarium. Fontibus enim gaudens & Urnâ , id

est , Aquarius , lib. 1. v.

356. Hærentes decem partes.] Secundam Aquarii Decaniam.

Nepa.] Scorpius , lib. 2. 32.

357. Centaurus.] Sagittarius , l. 1. v. 272. Juvenile per astrum.] Id est per Aquarium.

358. Jam superant Pisces , &c.] His 5. v. scribit Poëta primam Piscium Decaniam dari Arieti : secundam Tauro : tertiam ipsi permitti Piscibus. Cùm tamen ex ordine naturali prima Decania Piscium tribuenda fuerit Capricorno : secunda Aquario.

359. In finibus.] In suis regnis , in suis limitibus.

361. Utque orbe , &c.] Id est , ita Pisces ultimæ suæ Decaniæ præfunt ipsi , sicut ipsi sunt ultimi in circulo Signorum.

362. Sortis ultima pars.] Ultima sua Decania.

Sf iij

- 20 Bona B.*
- Hæc ratio reteggit latitantis tempora Mundi ;
 In pluresque modos, repetitæque nomina Cælum
 365 Dividit, & melius sociat quoque. Sæpius Orbem,
 Ne tua sub titulis fallantur pectora notis,
 Dissimulant, non ostendunt mortalibus astra.
 Altius est acies animi mittenda sagacis ;
 Inque alto quærenda manent, junctisque sequendum
 370 Viribus. Et cujus Signi quis parte creatur,
 Ejus habet mores atque illo nascitur astro.
 Talis per denas sortes Natura feretur.
 Testis erit varius sub eodem sidere fœtus,
 Quodque in tam multis animantium millibus, uno
 375 Quæ veniunt Signo, tot sunt, quot corpora, mores,
 Et genus externum referunt aliena per altra,
 Confusique fluunt partus hominum atque ferarum.
 Scilicet in partes junguntur condita plures,

INTERPRETATIO.

Hæc via aperit vires Cæli reconditi, & distinguit Cælum in multas partes, & in titulos iteratos, atque etiam conjungit illud melius. Plerumque ne tua mens decipiat sub nominibus tibi cognitis, sidera celant, vel non manifestant hominibus Mundum. Oportet ut acumen ingenii perspicacis penitus ingrediatur: & quæ sunt inveniendæ, ea sunt investigandæ in recondito loco, & inspectandæ est per socias virtutes siderum. Et in cujus Signi sorte decimâ quis nascitur, illius retinet stu-

dia, & in illo sidere progignitur. Itaque hæc erit Natura per partes decimas, seu Decanias, Partus, qui nascitur diversus sub eodem Signo, erit in testimonium hujus rei, & quia inter tot millia animalium, quæ nascuntur sub eodem sidere, eorum tot sunt diversa studia, quot habent corpora, & ducunt alienam naturam per aliena Signa, & factus hominum & ferarum pariter promiscui veniunt. Nimirum singula Signa ponuntur & sociantur in plures ac diversas sortes,

ANNOTATIONES.

363. *Hæc ratio reteggit, &c.*] His 10. v. concludit hæc ratione retegendas esse Cæli ac Signorum latitantes vires. Neque enim satis est nosse proprias cujusque Signi vires, sed penitus leges cujusque Signi per aliena Signa sunt dignoscendæ. Sæpius enim partus sortiuntur mores ac studia illius Signi, cujus in parte nascuntur. Itaque Decaniæ Signorum diligenter sunt observandæ in genituris.

365. *Sociat quoque. Sæpius Orbem, &c.*] Ita interpungunt Gemb. & Vulg. bene, ut ex ipsâ interpretatione satis patet. Male ergo Scaliger,

Dividit, & melius sociat, quo sapius, Orbem, &c.

Nimirum explicat Poëta modum, quo ratio Decaniarum reteggit latitantes Cæli vires, quas ipsa sidera dissimulant sæ-

pius, aut non ostendunt. Non autem ea mens est Manilii, ut velit eò melius sociari Cælum, quod sæpius dividatur in nomina repetita.

370. *Parte.*] Supl. decimâ, id est, Decaniâ. De his enim Decaniis agitur.

372. *Natura.*] Mundus, vel Cælum.

373. *Testis erit &c.*] His 5. v. prædictæ rationis argumentum dat, contentitque varios mores hominum, atque animalium sub eodem Signo nascentium, variisque hominum ac ferarum partus promiscuos in Signorū Decanias esse referendos Sic lib. 2. v. 706. & seqq.

378. *Scilicet in partes, &c.*] His 9. v. docet Signa sociari in plures partes, diversaque refert leges ex Decaniis: neque v. g. Arietem amare tantum lanas, aut Taurum aratra &c: sed sociatas Signorum esse vires per singula.

- Diversâque ferunt proprio sub nomine leges :
- 380 Nec tantum lanas Aries , nec Taurus aratra ,
Nec Gemini Musas , nec merces Cancer amabit ,
Nec Leo venator veniet , nec Virgo magistra ,
Mensuris aut Libra potens , aut Scorpium armis ,
Centaurusque feris , igni Capricornus , & undis
- 385 Ipse suis Juvenis , geminique per æquora Pisces :
Mixta sed in plures sociantur sidera vires.
Multum , inquis , tenuemque jubes me ferre laborem ,
Cernere cum facili lucem ratione viderer.
Quod quæris , Deus est. Coneris scandere Cælum ,
- 390 Fatâque fatali genitus cognoscere lege ,
Et transire tuum pectus , Mundoque potiri.
Pro pretio labor est , nec sunt immunia tanta.

INTERPRETATIO.

& habent diversa jura sub suo proprio titulo : neque Aries amabit solum vellera , nec Taurus aratra , nec Gemini Musas , nec Cancer mercimonia , nec Leo erit tantum venator , nec Virgo docens erit litteras , vel Libra dominabitur ponderibus , vel Scorpium bellis , & Sagittarius feris , Capricornus igni , & Puer ipse suis aquis , & duo Pisces æquoribus : sed Signa cuncta

junguntur in multas leges. At ais , imperas me sustinere ingens & vix oculis perceptibile opus , cum jam credebam videre lucem facili modo. Fateor , sed quod investigas , illud est Deus. Oportet igitur ut enitaris ascendere in Cælum , & noscere Fatâ , licet natus sis sub mortali sorte , & exire extra tuum corpus , & frui Cælo. Labor loco mercedis est , neque tanta aula sunt vacua labora.

ANNOTATIONES.

380. *Lanas.*] Lanificia , v. 124. & seqq. *Aratra.*] Agriculturam , vers. 140. & seqq.

381. *Musas.*] Musicam , v. 152. & seqq.

Merces.] Mercaturas , v. 162. & seqq.

382. *Magistra.*] Id est , artes & litteras docebit , v. 189. & seqq.

385. *Juvenis.*] Aquarius , v. 357.

387. *Multum , inquis.* &c.] His 2. v. objectio continetur. Quasi quis diceret , cum viderer assequi mente diversas leges , variâque vires cujusque Signi , jam rem difficillimam proponis , & quam non nisi labor improbus , aut mentis sagacis acies vincere & assequi possit ? Quis enim tot diversas Signorum leges , quis tot varias vires , Decanias , partes , jura mutua , &c. possit concipere ?

Tenuemque.] Supl. visum. Sic lib. 2. v. 692. Vel difficilem , præ minusculis illis Signorum partibus , quas observare necesse est.

389. *Quod quæris , Deus est.* &c.] His 6. v. continetur I. ad objectionem responsio. Quasi respondeat : non est cur tantum hunc laborem abnuas ; divinum est , quod quæris : suum præmium habet hic labor : quid enim laude dignius , quam hanc divinam ac cœlestem artem assequi ?

Deus est.] Divinum est ; vel ipsa Dei notitia est : vel , cœlestis Rationis est opus , ut ait lib. 1. vers. 3. Sic infra vers. 407.

390. *Fatâ.*] Fatales rerum eventus : vel potius æterna Dei decreta , lib. 1. v. 1. not.

Fatali lege.] Id est , mortali lege : vel Fatorum decreto. Namque , ut ait vers. 14.

Fata regunt Orbem , certâ sunt omnia lege.

Et v. 118.

Hoc quoque fatale est sic ipsum expendere Fatâ.

na B.

partem non ostendit sive
laborem : ut Sophocles præ
τοῦ Χωρὸς ὁδὸν ἐνὶ Χωρῷ :

Nec mirere viæ flexus, rerumque catenas
Admitti potuisse sat est: sunt cætera nostra.

395 At nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
Rursus & in magnâ mergis caligine mentem,
Obstabitque suis opibus superaddita tellus.
Ut veniant gemmæ, totus transibitur Orbis:
Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.

400 Annua solliciti consummant vota Coloni,
Et quantæ mercedis erunt fallacia rura?
Quæremus lucrum navi, Martemque sequemur
In prædas? pudeat tanto bona velle caduca!
Luxuriæ quoque militia est vigil, atque ruinis:

INTERPRETATIO.

Nec admireis circuitus varios itineris, & nexus rerum inter se. Satis enim est semel recipi ad hæc munia cognoscenda: cætera sunt nostra facultatis. Et verò aurum v. g. effugiet te, nisi semel & iterum immergas animum in montibus effossis, & in altis latetris terrarum, & terra qua interim decidit & replet fossas, impedit quominus sua opes eruantur. Sic etiam ut pretiosi lapides

habeantur, totus terrarum orbis trajectitur: nec quemquam poenitebit se mari commisisse pro premio gemmarum. Agricola anxius peragunt preces per totum annum, & tamen quanti fructus fallaces erunt agri? Perquiremus quasi navibus, & sequemur bellum ad prædandum? Ah! erubescamus quare tanto labore opes perituras. Similiter labor est sollicitus circa gulam & circa damna;

ANNOTATIONES.

395. At nisi perfossis, &c.] His 14. v. continetur II. ad objectionem præmissam responsio. Validum autem est hoc argumentum; quasi dixerit: piget te modici laboris ad fideralem scientiam comparandam; nec immodici laboris te pigebit unquam in eruendo auro è terræ visceribus: in tranando mari ad gemmas habendas: in colendis agris, qui sæpè votorum fallaces sunt: in castris sequendis ad prædas faciendas: in effundendis patrimoniis, ut luxuriæ indulgeas: in parcendo gulæ, ut bona cumules. Pudeat tanto bona velle caduca, & totum te ipsum non impendere, Deus esse ut possit in teipso, dum Cælorum ac siderum notitiam nullo labore adipisci cupis. Argumentum sanè à minori ad majus.

402. Martemque sequemur.] Gemb. benè; id est, castrâque sequemur. Mars enim Deus est belli, qui pro bello usurpatur. Vulg. mortemque sequemur. Malè.

403. Tanto.] Supl. periculo, labore, pretio, &c.

404. Luxuria quoque, &c.] Ita restituendi fuerunt hi duo versus, Malè enim Rom.

Luxuria quoque militia est, vigil atque ruinis

Venter, & ut parcat, suspirant sæpè nepotes.

Malè Vulg.

Luxuria quoque militia est pervix vigil atque ruinis

Venter, &c...

Malè Scalig.

Luxuria quoque militia est vigil atque ruinis

Venter, & ut parcant, suspirant sæpè nepotes.

Itaque ea mens est Manilii, ut à minori ad majus argumentetur, ut monui v. 395. not. Laboratur, inquit, & non solum militia est in castris, sed etiam sollicitudo est circa gulam, & circa bonorum profusiones, imò circa parsimoniam, quæ res sunt caducæ, & minimi pretii: Cur ergò non laboretur, imò totus homo non impendatur, ut habeatur id, quo venerit omne, id est, ut habeatur Deus per ipsam siderum notitiam, quod enim queritur, Deus est. Itaque luxuria, id est, gulæ, Militia est vigil, id est, laboratur. Ruinis, id est, bonorum profusionibus.

Venter

404 leg: Luxurio quoque militia est vigil, atq, ruinis
Venter, et ut parcant &c.

- 405 Venter & ut pereat, suspirant sæpe nepotes.
 Quid Cælo dabimus? Quantum est, quo veneat omne?
 Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.
 Hæc tibi nascentum mores sunt lege notandi.
 Nec satis est Signis dominantia discere Signa
 410 Per denos numeros, & quæ sint insita cuique.
 Sed proprias partes ipsas spectare memento,
 Vel glacie rigidas, vel quas exusserit ignis;
 Et (steriles utroque tamen) quas longior humor,
 Quasque minor jam succus obit. Namque omnia mixtis
 415 Viribus, & vario consurgunt sidera textu.
 Est æquale nihil. Terrenos aspice tractus,
 Et maris, & notis fugientia flumina ripis;
 Crimen ubique frequens, & laudi noxia juncta est.

INTERPRETATIO.

& posterius nostri plerumque laborant, ut venter studeat parsimonia. Quid ergo dabimus Cælo? Quam magnum est illud, quo res omnis vendenda est! Totus homo se debet dare, ut Deus queat esse in ipso. Studia nascentium sunt tibi observanda sub hoc ordine. Non autem sufficit nescire qua sidera dominantur sideribus per sortes decimas, & qua sint immixta cuique Signo. Sed recordare observare ipsos proprios gradus cuiusque Signi, qui sci-

licet sunt vel frigore horrentes, vel quos ignis adusserit; & quos aqua uberior, & quos humor nimis copiosus circumaluit. licet infœcundi sint ex utroque hoc humore. Etenim cuncta Signa conduntur viribus intermixtis, & diversâ texturâ. Scilicet nihil est in rerum Naturâ, quod sit aquatum. Vide v. g. terrestres saxus & textus pelagi, & fluvios, qui fluunt extra littora sibi assueta, creber est ubique defectus, & vitium est annexum aquationi illorum.

ANNOTATIONES.

405. Venter & ut pereat, &c.] Quasi dixerit, Majores laborant ut luxuriæ suæ indulgeant: Nepotes verò ut parsimoniam studeant. Hinc undique labor, & in gulâ & in parsimoniâ.

406. Quo veneat omne.] Pro quo sunt omnia vendenda & danda. Cælum enim seu Deus, hoc est Cælorum Deique notitia præstat rebus omnibus. Laudat in hoc Astronomiam, quam rebus cæteris præferat.

407. Deus esse ut possit in ipso.] Id est, ut Dei notitiam adipiscatur homo, quam Deus ipse sideribus appendit, libro 1. v. 25. & seqq.

409. Nec satis est, &c.] His 7. v. monet non satis fuisse Decanias Signorum per Signa observasse, sed observandas quoque esse, quæ partes in Signis dicuntur frigida, quæ calida, quæ humida, & quæ secca; quippe quæ sint noxia. Namque ut ait v. 498.

Ha partes ferilem ducunt & frigore & igne

M. MANIL.

Aera, vel sicco, vel quod superaverit humor, &c.

410. Per denos numeros.] Per Decanias.

412. Glacie frigidas.] Frigidas.

Quas exusserit ignis.] Calidas.

413. Utroque.] Scilicet largiori humore, & minori succo.

414. Quasque minor succus, &c.] Siccas.

416. Est æquale nihil, &c.] His 14. v. præclarâ inductione probat nihil esse in rerum Naturâ, quod æquale sit, quodque æquali textu feratur. Unde nil mirum si hæc partium inæqualitas etiam reperiatur inter sidera.

418. Crimen ubique.] Nimirum in agris, in mari, & in fluviis. Agri enim non quotannis fertiles, sed steriles annus lætis aliquando intervenit agris: non æquali semper littore æstuat mare, sed modò portum efficit, modò Charybdim: fluvii non æqualibus ripis fluunt, sed nunc per scopulos, nunc per campos labuntur.

Tt

quod B.

405. Nepotes: viz.
 Prodigia et ridiculus
 mortuus est Rayn.

vasta B. P.

uitve B.

ipso B. P.

as causas B.

- Sic sterilis terris lætis intervenit annus ,
 420 Ac subitos rumpit parvo discrimine fœtus ;
 Et modò portus erat pelagi, jam facta Charybdis,
 Laudatque cadit post paulum gratia ponti.
 Et nunc per Scopulos , nunc campos labitur amnis ,
 Aut faciens iter , aut quærens venitve , rediitve.
 425 Sic etiam Cœli partes variantur in astris :
 Ut Signum à Signo , sic à se discrepat ipsum ,
 Momentoque negat vires , usumque salubrem.
 Quòdque per has geritur partes sine fruge creatur ,
 Aut cadit , aut multis sentit bona mixta querelis.
 430 Hæ mihi signandæ proprio sunt carmine partes.
 Sed quis tot numeros toties sub lege referre ?
 Tot partes iterare queat ? Tot dicere summas
 Per varios casus ? Faciem mutare loquendi ?

INTERPRETATIO.

Ita enim annus infœcundus intercedit agris
 fœcundis , & interruptus fructus intra
 paucum tempus , quos jamjam progigne-
 rat : & hic erat jam portus maris , illic
 modò facta est Charybdis , & decus ma-
 ris celebrati jam paulò post concidit. Et
 modò flumen fluit per saxa , modò per pla-
 nities , vel aperiens sibi viam , vel qua-
 rens it aut revertitur. Similiter quoque
 gradus in Signis Cœli diversi sunt : & sicut
 Signum differt ab alio Signo , ita ipsum

differt à seipso , & in instanti temporis de-
 negat virtutem , & affectionem salutife-
 rum. Et quod sit per hos gradus , id pro-
 ducitur absque ullo fructu , etenim vel pe-
 rit , vel experitur bona intermixta pluribus
 quæstibus. Hi autem gradus in Signis sunt
 mihi notandi peculiari carmine. At quis va-
 leat toties recensere sub ordine tot summas ?
 Quis repetere tot gradus ? Quis dicere tot
 numeros per diversos casus ? Quis denique
 possit variare toties formam loquendi ?

ANNOTATIONES.

410. Parvo discrimine.] Post paulum
 temporis.

421. Facta.] Vulg. benè. Rom. vasta ,
 malè.

Charybdis.] Gurges , abyssus , in quo
 naufragium frequens est. Charybdis
 enim gurges est verticosus in mari Si-
 culo Calabriam inter & Siciliam , con-
 trariis fluctum concursationibus assur-
 gens , & obvia quæque absorbens , ite-
 rumque evomens. Hinc à Manilio pro
 quovis gurgite maris sumitur. Huic au-
 tem Charybdi alter gurges est opposi-
 tus , quem dixerunt Syllam. Unde vul-
 gatum illud.

Incidit in Syllam cupiens vitare Cha-
 rybdim.

424. Venitve , rediitve.] Rom. benè.
 Dùm enim flumen labitur per pratorum
 campos , serpit , itque reditque. Gemb.
 nitique reditque. At quid est amnis nit ?

427. Usūque salubrem.] M S. be-
 nè. Gemb. viſumque salubrem. malè.

430. Hæ mihi signanda &c.] His 13. v.
 ait se relaturum istas omnes partes , quæ
 in Signis damnandæ sunt & noxiæ. Ve-
 rum cùm id operis arduum sit & dif-
 ficile , monet se vix aliquà cum venu-
 state verborum posse tot numeros , tot
 partes , tótve summas per varios casus
 flectere , formamque loquendi mutare.
 Itaque id sibi satis fore si partes illas
 benè notaverit , si Deum ostenderit ,
 qui sibi ipsi pondus & auctoritatem
 faciet.

431. Sed quis tot numeros , &c.] His
 3. v. objectio est , quam jam solver.

433. Per varios casus.] J. Bitur. benè ,
 id est , per tot diversos declinandi ca-
 sus. Scalig. Per partis causas. Malè om-
 ninò.

Faciem loquendi.] Formam loquendi.

Incidimus B.

- Incinimus sic verba, piget. Sed gratia deerit ;*
 435 *In vanumque labor cedit, quem despicit auris.*
Sed mihi per carmen Fatalia jura ferenti,
Et sacros Cœli motus, ad jussa loquendum est :
Nec fingenda datur, tantum monstranda figura.
Ostendisse Deum nunc est, dabit ipse sibi met
 440 *Pondera. Nec fas est verbis suspendere Mundum ;*
Rebus enim major. Nec parva est gratia nostri
Oris, si tamen hæc poterit signare canendo.
Accipe, damnandæ quæ sint per sidera partes.

*Adit B.P**tantum B.*

INTERPRETATIO.

Ita tamen concinimus voces, cujus rei me pœnitet. At, inquires, venustas non erit ulla, & illud opus abis in cassum, quod auris contemnit. Fateor, Sed oportet ut ego, qui deduco in carmina leges Fati, & sacros motus Cœli, loquar juxta præscriptas leges: nec mihi permittitur fingere siderum figuras, sed tantum no-

tare illas! nimium est monstrasse Deum, ipse faciet sibi auctoritatem. Nec licet alligare Cælum verbis nostris; etenim supra res est. Deinde nec minima erit venustas nostra lingua, si interea poteris cantando notare has res quæ tantam perspicacitatem postulant. Igitur audi qui sint illi gradus, qui noxii sunt in Signis.

ANNOTATIONES.

434. *Incinimus sic verba.*] Ita restituum. Respondet enim propositæ objectioni. Quasi diceret, Non facile quidem est variare tot numeros, tæve partes Signorum, propter verborum inopiam: attamen *sic concinimus verba* id est, sic voces istas omnes canendo composuimus, & conteximus, utcumque potuimus. *Piget* id est, quod quidem dolemus. Utinam enim melius & venustius cecinisse potuerimus. M S. *Incidit si verba piget?* corruptè. Rom. *Incidimus sic verba piget.* Et Scal. *Incidimus si verba piget.* Quasi, piget si verba cudiunt. Utraque posterior hæc lectio non probatur. J. Bitur. *Incipimus sic verba.* Quasi instituimus exponere. Nec probatur mihi.

Sed gratia deerit, &c.] Hoc dimidio versu, cum sequenti, altera continetur objectio. Quasi quis objecerit. Verum si ita partes illas aut numeros flexeris per tot diversas loquendi formas, vix aliqua erit verbis ac carminibus venustas, sine quâ carmina despiciuntur. Malè ergo alii *sin*, pro *sed*.

436. *Sed mihi per carmen, &c.*] Respondet objectioni. Quasi dixerit, non est in hisce rebus mihi querenda verborum gratia: Jura fero fatalia, sacròs-

que Cœli motus: unde mihi ad jussa loquendum: nec licet verborum figuras fingere. Deinde quod signatur à me, Deus est, qui sibi pondera faciet. Nec parva erit gratia sermonis nostri, si hæc canendo benè signaverimus.

Fatalia jura ferenti.] Leges Fati præscribenti.

438. *Figura.*] Sup. siderum.

639. *Ostendisse Deum.*] Notasse Cœlorum partes, è quibus veritas ipsa deducatur, quam in us latere voluit Deus. Sic v. 399. *Quod quæris, Deus est.*

440. *Verbis suspendere.*] Alligare, appendere vocibus, ad nutum movere, aut signare.

442. *Oris.*] Lingux, sermonis, eloquentiæ.

443. *Accipe, damnanda, &c.*] Commemoraturus est igitur quæ partes per quæque Signa noxii sunt, vel ut ait supra, frigida, calida, humida, & sicca. Ejusmodi quippe partes noxii sunt & damnandæ. Incipit autem ab Ariete, sexque vers. seqq. docet in Ariete gradus istos esse noxios iv. vi. xii. xiv. xvii. xviii. xx. xxi. xxv. xxvii. Interim mirum ingenii fecunditatem, ne dicam feclicitatem, mireris.

Scioppij Suspect:
(rel: lib: 3: fol: 7: p: 157.

T t ij

Lanigero pars quarta nocet, nec sexta salubris.

445 Septima pars illi à decumâ, decumæque secunda;
Quæque duas duplicat summas, septemque novemque,
Unâque viginti numeris pars addita, lædit;

Et quinta, & duram consummat septima partem.

450 Tauri nona mala est; similis quoque tertia pars est
Post decimam, nec non decumæ pars septima juncta: est
Bisque undena nocens; & bis duodena nocens est;
Quæque decem trêsq; ingeminat; fraudatque duobus
Triginta numeris; & tu tricesima summa.

Pestifera in Geminis pars prima, & tertia Signis;
455 Septima non melior; ter quina & noxia pars est:

Unâque bis denis brevior nocet: unâque major:

Et similis noxæ veniet vicesima quinta:

Cùmque duæ subeunt; vel cùm se quattuor addunt.

INTERPRETATIO.

In Ariete gradus quartus lædit, neque sextus est salutaris: similiter qui gradus est illi Arieti septimus post decimum, & secundus post decimum; & qui geminat istos duos numeros, nimirum & septem & novem; & qui gradus superadditus est numeris viginti, nocet; quintus pariter nocet, & septimus supra viginti terminat gradum malignum. Nonus gradus Tauri noxius est: tertius etiam gradus post decimum par est illi, atque etiam gradus qui septimus additur decimo: est etiam noxius gradus vicesimus secundus: est &

noxius vicesimus quartus gradus: & ille, qui duplicat decem & tres; & ille qui frustrat duobus numeris tricesimam summam: & tu, ô tricesime numere nocens es. Prior gradus & tertius in Signis Geminorum nocent: Septimus non est utilior: decimus quoque quintus gradus nocens est: & ille, qui est unus minor de viginti, lædit: & is qui superat uno vicesimum numerum: & vicesimus quintus erit ejusdem malignitatis: & illo, quando duo gradus superadduntur vicesimo illi quinto; aut ille, quando quattuor gradus accedunt ipsi.

ANNOTATIONES.

445. Septima pars illi à Decumâ.] Id est, xvii. grad.

Illi. Supl. Arieti. Id est, quam ille Aries septimam habet post decimam, hoc est, decimam septimam, nocet.

Decumæque secunda.] Id est, xii. grad. Secunda enim post decimam, pars est duodecima.

446. Quæque duas duplicat. &c.] Id est, xiv. & xviii. grad. namque bis 7. dant 14. Similiter bis 9. dant 18.

447. Unâque viginti. &c.] Id est, xxi. grad.

448. Et quinta. Supl. viginti numeris pars addita: id est, xxv. grad.

Septima.] Supl. pariter, viginti numeris pars addita: id est, xxvii. grad. qui ultimus est noxius in Ariete, unde ait Poëta: duram consummat septima partem. Consummat, id est, termi-

nat, claudit.

449. Tauri nona mala. &c.] His s. v. docet qui gradus noxii sint in Tauro, nempe ix. xiii. xvii. xxii. xxiv. xxvi. xxviii. xxx.

652. Quæque decem trêsq; ingeminat.] Id est, xxvi. grad. bis enim 10. & bis 3. sunt 26.

454. Pestifera in Geminis. &c.] His s. v. explicat qui gradus in Geminis sint noxii, nimirum i. iii. vii. xv. xix. xxi. xxv. xxvii. xxix.

456. Unâque bis senis brevior.] Id est, xix. grad. Qui enim numerus unus est minor viginti, is nonus est decimus.

Unâque major.] Id est, xxi. grad.

458. Cùmque duæ subeunt.] Id est, cùm duæ partes superadduntur ad vigintim quintam partem. Hoc est xxvii. grad.

Data B.P.

pax sc B.P.

LIBER QUARTUS:

338

Nec Cancri prima immunis, nec tertia pars est:

460 Nec sexta octava similis: decumæque peractæ

Prima rapit; nec ter quinquæ clementior usus:

Septima post decimam luctum, & vigesima portat:

Et quinta accedens, & septima, nonaque summa.

Tu quoque contactu primo, Nemeæ, timendus:

465 Et quartâ sub parte premis: bis quinta salubri

Tercæ caret Cælo: vicesima & altera lædit:

Et tribus appositis junctim, totidemque secutis:

Ultima nec primâ melior tricesima pars est.

Erigones nec pars prima est, nec sexta, nec una

470 Ad decumam, nec quarta, nec octava utilis unquam:

Proxima viginti numeris, & quarta, timendæ;

1 Et quæ ter decimam claudit fors ultima partem.

3 Et quinta in Chelis, & septima inutilis esto:

INTERPRETATIO.

Neque gradus prior, neque tertius vacuus est à noxâ: neque sextus, qui par est octavo: & primus post decimum absolutum lædit: neque fors decima quinta mitior est: decimus septimus & vicesimus grad. ferunt noxam: & quintus numerus superadditus vicesimo, & septimus superadditus vicesimo, & nonus superadditus vicesimo portant luctum. Tu etiam metuendus es, ô Leo, in priori tuo aspectu: & sub quarto gradu opprimis: decimus & decimus tertius gradus non habent salutiferum aërem: &

vicesimus secundus nocet: nocet etiam ille qui fit ex tribus numeris simul superadditis vicesimo secundo, & qui ex tot sequentibus fit: neque gradus postremus melior est primo gradu. Neque primus gradus Virginis, neque sextus; neque undecimus, neque decimus quartus, neque decimus octavus usquam est benignus: gradus vicinus post summam vicesimam, & vicesimus quartus sunt metuendi: & metuenda pars est illa, qua terminat tricesimam summam. In Librâ quintus & septimus gradus sunt noxii:

ANNOTATIONES.

Velcū se quattuor addunt.] Supl. ad eandem vigesimam quintam partem. Hoc est, xxix. grad.

459. Nec Cancri prima immunis, &c.] His 5. v. ostendit qui gradus in Cancro noxii censeantur, nempe i. iii. vi. viii. xi. xv. xvii. xx. xxv. xxvii. xxix.

Immunis.] Supl. à noxâ, & malitiâ.

460. Octava similis.] Nempe in noxâ.

461. Rapit.] Ferit, lædit, nocet.

463. Et quinta accedens.] Supl. ad vicesimam: id est xv. grad.

Et septima.] Supl. accedens ad vigesimam: id est, xxv. grad.

Nonaque summa.] Supl. accedens ad vigesimam, id est, xxix. grad.

464. Tu quoque contactu primo, &c.] His 5. v. docet in Leone gradus esse noxios, i. iv. xiii. xxii. xxv. xxvii. xxx.

Nemeæ. [Leo, lib. 2. v. 178.

467. Et tribus appositis junctim.] Supl.

summæ vigesimæ secundæ: id est xxv. grad.

Totidemque secutis.] Supl. ad summam vigesimam quintam: id est, xxvii. gr.

469. Erigones nec pars prima, &c.] His 4. v. explicat in Virgine noxios esse gradus istos, nimirum i. vi. xi. xiv. xviii. xxi. xxiv. xxx.

470. Nec quarta.] Supl. ad decumam: id est xiv. grad.

Nec octava.] Supl. ad decumam: id est, xviii. grad.

471. Proxima viginti.] Id est, xxi. grad. Is enim proximè sequitur post viginti.

Et quarta.] Supl. proxima viginti: id est, xxiv. grad.

473. Et quinta in Chelis, &c.] His 4. v. docet in Librâ noxios esse gradus v. vii. xiii. xviii. xxiv. xxvii. xxix. xxx.

Chelis,] Librâ, lib. 1. v. 178.

T t iij

contractu B.

prima B.P. est = 25 B.P.

junctum est B.P.

a est B. P.

nec non B. P.

votum B. P.

fama B. Duo B. P.

- 2 Septima & undecima, decimæque & tertia juncta :
 475 Quartaque bis denis actis, & septima; & ambæ
 Quæ numerum claudunt, nona & tricesima, partes.
 Scorpius in primâ reus est, cui tertia pars est,
 Et sexta & decima, & quæ ter quoque quina notatur :
 Undecimam geminans; & quæ vicesima quinta est,
 480 Octavæque manet numero, nonumque capeffit.
 Si te Fata sinant, quartam ne delige partem
 Centauri; fuge & octavam: bis sexque peractis,
 Octo bis aut denis, metuendus dicitur ær:
 Cumque iterum duodena refert; aut terna decemque;
 485 Aut septem quater; vel cum ter dena figurat.
 Nec pars optanda est Capricorni septima; nona
 Consentit: decimamque sequens, quam tertia signat;

INTERPRETATIO.

Et qui septimus jungitur cum decimo. & qui tertius jungitur cum eodem decimo: & quartus post peractos viginti, & septimus post eosdem viginti actos: & duo gradus, nimirum nonus post viginti, & tricesimus, qui terminant summam graduum Libræ, Scorpius noxius est in priori suo gradu, cui gradui tertius est similis, & sextus, & decimus, & qui etiam signatur decimus quintus: & qui duplicat undecimum: & qui numero est vicesimus quintus, & qui vicesimus est cum octavo numero, qui vicesimus tenet præterea nonum numerum. Si Fata tibi permittant, ne eligas quartum gradum Sagittarii: evita etiam octavum: Caelum quoque timendum fertur in gradibus Sagittarii qui sunt duodecimi abso. ut. vel sexti decimi, vel vic. simi: & quando Sagittarius reddit gradum vicesimum quartum; vel bis tres, & bis decem; vel viginti octo: vel quando format triginta gradus. Neque septimus gradus Capricorni est exoptandus; nonus est huic similis: atque ille qui sequitur decimum, quem tertius insuper notat:

ANNOTATIONES.

374. Septima undecima... juncta.] Id est, xviii. grad.
 475. Quartaque bis denis actis.] Id est, xxiv. grad.
 Et septima.] Supl. bis denis actis: id est xxvii. grad.
 476. Nona.] Supl. bis denis actis: id est, xxix. grad.
 477. Scorpius in primâ, &c.] His 4. v. ait in Scorpione noxios esse gradus istos, i. iii. vi. x. xv. xxii. xxv. xxvii. xxix.
 480. Octavæque manet numero.] Sup. vicesima: id est, xxviii. grad. Qui enim gradus vicesimus est cum octavo numero, is est xxviii.
 Nonumque capeffit.] Sup. vicesima: id est, xxix. grad. Quæ enim pars vicesima tenet adhuc nonum numerum, ea pars est vicesima nona.
 481. Si te fata sinant, &c.] His 5. v. docet in Sagittario gradus esse noxios istos, iv. viii. xii. xvi. xx. xxiv. xxvi. xxviii. xxx.
 482. Centauri.] Sagittarii, lib. i. v. 270. Bis sexque peractis.] Id est, in duodecimo gradu.
 483. Octo bu.] Id est, in sextodecimo gradu.
 Aut denis.] Sup. bis: id est, in vicesimo gradu.
 484. Iterum duodena.] Id est, xxiv. grad.
 Aut terna decemque.] Sup. iterum: id est, xvi. grad. Bis enim 10. & bis 3. sunt 26.
 486. Nec pars optanda est, &c.] His 4. v. recenset qui gradus in Capricorno sunt noxii: notatque istos, vii. ix. xiii. xvii. xix. xxv. xxvi.
 487. Decimamque sequens, quam tertia signat.] Id est, xlii. grad.

Et tribus ; aut unâ quæ te , vicesima , fraudet ;
Quæve auget quintâ ; numero vel sexta feretur.

Septima festus: R.P.

490 Damnanda est decimæ succedens prima peractæ ;
Tertiæque , & quinta , & numero quæ condita nono est :
Et post viginti prima ; & vicesima quinta ;
Cum illâ quartam accumulans vicesima nona.

Tertia per geminos , & quinta , & septima Pisces ,
495 Undecima , & decimæ metuenda est septima juncta :
Et quinta in quinos numeros revocata ; duâsque
Accipiens ultra summas metuenda feretur.

Hæ partes sterilem ducunt & frigore & igne
Aëra ; vel siccum , vel quod superaverit humor.

nec R.P.

INTERPRETATIO.

¶ qui frustret te s'ô vicesimo gradus , illo vicesimo quinto superaddit quatuor gra-
vel tribus , vel uno : vel qui te ducat dus. Tertius gradus , & quintus , & se-
quinque gradibus : vel qua eris sexta lo- primus , undecimus , & septimus additus
co post viginti. ¶ decimo est timendus : atque etiam ille , qui
Gradus qui primus sequitur decimum ab- quinque in quinque ducitur ; & qui in-
solutum est noxius , & qui tertius succedit super capit adhuc duos numeros erit quo-
decimo , & qui quintus succedit decimo , que timendus. Hi gradus reddunt Cælum
& qui nono loco positus succedit decimo : infecundum vel glacie , vel igne , vel ed
& primus post vicesimum : & vicesimus quod siccitas , vel aqua vicerit. *
quintus ; & vicesimus nonus , qui cum

ANNOTATIONES.

490. Damanda est , &c.] His 4. v. docet in Aquario gradus esse noxios , xi. xiii. xv. xix. xxi. xxv. xxix. Porro ante hunc versum desideratur unus aut alter versus , qui primas aliquas Aquarii noxias partes notet , ipsûmque designet Aquarium , cujus cæteras partes noxias recenset his 4. v. stellulas apposuimus in ejus loco.

491. Tertiæque.] Supl. succedens decimæ : id est , xiii. grad.

Et quinta.] Supl. succedens decimæ : id est , xv.

Numero qua condita nono est.] Supl. succedens decimæ : id est xv. grad.

494. Tertia per geminos , &c.] His 4. v. enumerat denique quos gradus noxios habeant Pisces , scilicet istos , iii. v. vii. xi. xvii. xxv. xxvii.

496. Et quinta in quinos , &c.] Id est , xxv. grad. Quinque enim s. dant 25.

497. Ultra.] sup. viginti quinque : id est xxvii. grad.

498. Hæ partes. &c.] His 2. v. concludit hos esse gradus per singula Signa noxios: quippe qui vel frigore , vel igne , vel siccitate , vel humore suo malè afficiant Cælum & aëra. Sic suprâ v. 412. & seqq. Interim observabis me post hos duos versus apposuisse stellulas , loco duorum versuum , quos aut Manilianos non suspexeris , aut ad rem , quâ de agitur , nihil facientes. Æquus sc-deas Judex. Hi sunt :

Si rapidus Mavors ignes jaculat in illum ,

Saturnus sumet glaciem , Phæbûsque calores.

499. Siccum.] Gemb benè. Supl. quod : id est , vel quod siccum , vel quod humor superaverit. Scalig. siccum in ablativo : minùs benè.

500 Nec te perceptis Signorum cura relinquit
 Partibus, in tempus quædam mutantur, & ortu
 Accipiunt proprias vires, ultrâque remittunt.
 Namque ubi se summis Aries attollit ab undis,
 Et cervice prior flexâ, quàm cornibus ibit,
 505 Non contenta suo generabit pectora sensu:
 Sed dabit in prædas animos, solvêtque pudorem.
 Tanta audere juvat. Sic ipse in cornua fertur,
 Et ruit, & mutat non ullis sedibus idem.
 Mollia per placidas delectant otia curas:
 510 Sed juvat ignotas semper transire per urbes,

INTERPRETATIO.

Neque oportet ut labor deferat te. postquam observaveris gradum omnes Signorum; sunt enim quadam Signa, quæ variantur in certum tempus. & quæ in primâ suâ ascensione ducunt peculiâres virtutes, & deponunt eas extrâ illam. Etenim cum Aries v. g. assurgit ab imis aquis, & cum prius vadit à collo curvato, quàm à cornibus, progignet tunc corda, quæ non

solis suis dotibus gaudere satis habebunt: sed creabit mentes in rapinas, & tollet omnem verecundiam timidam. Placet audere tantas res. Ita ipse Aries fertur cornibus, & impetu fertur, & variat, nec manet idem in ullis locis. Desidia quidem iners placet inter tranquillâs sollicitudines: sed placet peregrinari perpetuo per diversas civitates incognitas.

ANNOTATIONES.

500. *Nec te perceptis, &c.*] His 3. v. monet non satis esse noxias in Signis partes observâsse: sed operæ pretium quoque esse varios Signorum ortus annotare. Aliâ enim primo suo exortu alias dotes referunt. Quæ omnia sigillatim observanda sunt in Signis singulis.

502. *Ultrâque.*] Sup. Ortum suum.

503. *Namque ubi se summis Aries, &c.*]

His 13. v. notat quas dotes proprias in proximo suo exortu dat Aries. Scilicet suprâ v. 124 & seqq. docuit quos mores, quæve studia reddit Aries per se & ex naturâ suâ: hic autem docet quos præterea in mores, quæve in studia ducat idem, cum primùm ascendere in Cælum, & exoriri terris incipit. Quia verò exoritur Aries prior cervice flexâ, quàm cornibus, idèd dabit etiam animos in prædas; primùmque solvet pudorem, qui nos retinere solet, ne quid insolitum audeamus. Sic enim ruit ipse ferturque in cornua. Dabit & studium peregrinandi, novùmque mare scrutandi. Sic enim olim aurato vellere vexit per Hellespontum in Colchida Phryxum, lib. 2. v. 34. Igitur in primo suo exor-

tu Aries dat audaces, impudentes, inconstantes, prædandi, peregrinandi, navigandique cupidos: dat & otiosos inter placidas curas.

Summis ab undis.] Veteres enim Solem & sidera è mari emergere fabulati sunt, dùm terris oriuntur.

504. *Cervice prior flexâ, quàm, &c.*] Gemb. benè. Aries enim inter sidera caput obvertit ad Taurum, sicque prior cervice flexâ exoritur, quàm cornibus, lib. 2. v. 245. Quod videre est in fig. I. lib. 1. pag. 33. Quod & Manilius satis notat lib. 1. v. 263. & lib. 2. vers. 212. Malè ergò Vulg.

Et cervice prior, flexis quoque cornibus ibit.

Porrò Aries, Leo, Virgo, Libra; Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius & Pisces oriuntur ab anterioribus partibus: Taurus verò, Gemini, & Cancer à posterioribus, lib. 2. v. 198. 199. 200.

505. *Suo...sensu.*] Id est, dotibus illis, quas per se dat, v. 124. not. *Consus* autem, id est, opes, bonæ, divitiæ, lib. 1. v. 12.

Scrutarique

- Scrutarique novum pelagus, totius & esse
Orbis in hospitio. Testis tibi Laniger ipse,
Cum vitreum findens aurato vellere Pontum;
Orbarumque sua Phryxum per freta sorore
515 Phasidos ad ripas, & Colchida tergo vexit.
At quos prima creant nascentis sidera Tauri;
Fœminei jaceant. Nec longè causa petenda est,
(Si modò per causas Naturam quærere fas est).
Aversus venit in Cælum, divésque Puellis,
520 Pleiadum parvo referens glomerabile sidus.
Accedent & ruris opes; propriâque juvenum
Dote per inverfos exornat vomere campos.
Sed Geminos æquâ cum præfert unda tegitque

preloze B.
ffata B.

qua sursum B. P.

INTERPRETATIO.

& tentare novum mare, & versari in hospitio totius orbis terrarum. Aries ipse tibi das exemplum, quando scindens Hellespontum crystallinum portavit ad littora Phasidum, & in Colchida supra dorsum suum, & supra lanam suam auream Phryxum, qui amisit sororem suam in medio mari. Sed oportet ut ii, quos prima pars Signi Tauri exorientis generant, sint effeminati. Neque ratio alius rependa est. (Si tamen licitum est investigare Naturam per suas causas). Etenim ascendis in Cælum à posterioribus partibus, & locuples est virginibus, portans constellationem Pleiadum conglobatam in exiguo spatio. Fruges etiam agrorum adduntur: & ornat bovem peculiari munere inter agros everfos aratro. At quando aqua maris ostendit & occultat ex aequali parte duos Geminos.

ANNOTATIONES.

513. Cum vitreum findens, &c.] Hanc fabulam retulimus lib. 1. v. 263. not.

Pontum.] Hellespontum, lib. 1. vers. 263. not.

514. Suâ... sorore.] Helle scilicet, lib. 1. v. 263. not.

515. Phasidos.] Phasis, idos, fluvius est Colchorum, de quo Lucan. lib. 3.

Colchorum qui rura facit ditissima Phasis.

Colchida.] Colchis, idos, regio est Asie juxta Pontum, Medæ patria, Ætæ regis olim regnum; clauditur Corace monte ad Septentrionem: Iberiâ ad Ortum: Phaside fluvio ad Meridiem: Euxino ponto ad Occasum.

516. At quos prima creant, &c.] His 7. v. docet Taurum in primo suo exortu dare Cinceos, effœminatos, & agricolas: præter ceteras dotes quas per se dat, v. 140. & seqq. not.

519. Aversus venit in Cælum.] Id est, exoritur à posterioribus partibus, quod videre est in fig. 1. lib. 1. pag. 33. quod

& notat Poëta, lib. 1. v. 264 & præsertim lib. 2. v. 198.

Divésque puellis.] Nimirum Taurus in armo suo refert Pleiades, in vultu verò Hyades, ut benè notatum est lib. 1. v. 371. Quod & videre est in eadem Fig. lib. 1. pag. 33. in quâ Pleiadum sidus glomerabile notavimus in armo Tauri, litterâ P. Hyades verò in vultu & ore, litterâ H. Quas Pleiades & Hyades virgines fuisse fabulantur. Ibidem.

513. Sed Geminos aquâ, &c.] His 5. v. docet Geminos in primo suo exortu dare litteratos, studiosos, facetos, cantores, fidicines, acres & acutos. Hinc vix alias artes, non alios mores aut alia studia dat in primo suo exortu, quàm per se & ex naturâ suâ tribuit, v. 152. & seqq. not.

Æquâ cum præfert, &c.] Cum æqualiter ambo Gemini oriri incipiunt. Itaque cum unda profert & tegit, id est, cum prima pars Geminorum oritur ab

M. MANIL.

V u

et vocat bonos = a = ti B. P.
Dotes alto B.
Qua exhaustus B. P.

- Parte, dabit studia, & doctas producet ad artes.
 525 Nec triste ingenium, sed dulci tineta lepore
 Corda creat; vocisque bonis, cytharæque sonantis
 Instruit, & voces lato cum pectore jungit.
 At niger obscurâ Cancer cum nube feretur,
 Quæ velut exutus Phœbeis ignibus ignis
 530 Deficit, & multâ fuscatur caligine sidus,
 Lumina deficient ortos, geminamque creatis

INTERPRETATIO.

tribuet amorem litterarum. & genera-
 bit homines ad doctas disciplinas. Nec
 generat mœstam mentem, sed dat pectora
 imbuta suavi venustate: & ornat natos
 tunc temporis dotibus vocis, & lyra sonora.
 & maritas voces cum lata mente. Sed quan-

do Cancer subobscurus ascendet à parte suæ
 opaca nebula, qua languescit quasi stella,
 qua privaretur Solaribus flammis, & quæ
 obscurat Signum illud Cancris magnis te-
 nebris, oculi dæruunt tunc temporis na-
 scentibus, & Fata dabunt duplicem mor-

ANNOTATIONES.

Oceano, & reliqua eorum corpora te-
 guntur. Scilicet amborum Geminorum
 pedes primi oriuntur æquali partu, id
 est, æqualiter: non autem capita, ut
 malè notat hic Scaliger. Sic enim Poë-
 ta lib. 2. v. 199.

— & Geminos pedibus, testudi-
 ne Cancrum

Surgere. &c.

Unda.] Ita castigandum. Malè enim
 alii: vitra. Pessimè J. Bitur. vincula
 cohi, pro unda regisque. Et Vulg. vin-
 cula cogit. Quis enim sensus?

526. Corda creat, vocisque bonis. &c.]

Gemb. benè. Vulg. malè:

Corde creat, & voce bonos, cytha-
 ræque sonanti

527. Voces lato.] Vulg. benè. Notat
 enim facetos & urbanos. Rom. dotes
 alto, malè. Gemb. dotes saltus, pessi-
 mè. Alii, dotes salinum, minùs sana
 quoque lectio.

528. At niger obscurâ Cancer. &c.]

His 5. v. docet Cancrum in primo suo
 exortu generare cœcos, atque ita na-
 tis sub se dare duplicem mortem, alte-
 ram, quæ cum cæteris mortalibus est
 ipsis communis: alteram, quâ vitæ
 usu præcipuo privantur, dum oculo-
 rum lumine orbantur. Cujus rei ali-
 quam reddit rationem, lib. 2. v. 259.
 Scilicet quia, Lumina cancro desunt.

Obscurâ cum urbe feretur, &c.] Id est,
 cum à testudine exorietur, quæ, quia

stellis clarioribus non micat, nubes ob-
 scura dicitur, quæ Phœbeis ignibus or-
 ba est, & totum Cancris sidus quasi ca-
 ligine fuscatur. Scilicet Cancris sidus con-
 stat quidem stellis 32. quorum tamen
 nulla est primæ ac secundæ magnitu-
 dinis: tertiæ mag. sunt tantum duz,
 quarum altera in articulo forcipis fini-
 stri anterioris: altera in minori forci-
 pe sinistro posteriore est: quartæ magn.
 sunt quatuor: quintæ, sex: sextæ,
 viginti. At in ipsâ testudine, quâ ter-
 ris exoritur primum, nulla est, nisi
 una quintæ, aut sextæ magnitudinis.
 Hinc testudo Cancris, seu camera, quæ
 à parte posteriori clauditur, & quâ par-
 te posteriori tota clauditur, & quâ par-
 te eadem nullis micat stellis clarioribus,
 à Manilio vocatur nubes obscura,

Qua velut exutus Phœbeis ignibus ignis
 Deficit. &c...

Quod autem à testudine exorietur, jam
 docuit lib. 2. v. 199.

529. Qua velut exutus. &c.] Gemb.
 benè. Malè autem Rom.

Qua velut exutatus Phœbeis ignibus
 ignis

Deficit. &c.

531. Lumina deficient &c.] Scaliger,
 benè. Cancer enim cœcos creat. Igi-
 tur ortos, id est, natos. Rom. artus,
 id est, corporis membra. Idem sensus.
 Geminam mortem, &c.] Ut explica-
 vi v. 528. not.

Mortem Fata dabunt. Se quisque vivit, & effert.

Si cui per summas avidus produxerit undas
Ora Leo, & scandat malis hiscentibus Orbem;

535 Ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,
Non legabit opes, censumque immerget in ipso.
Tanta fames animumque cibi tam dira cupido
Corripit ut capiat semet, neque compleat unquam;
Inque epulas funus revocet, pretiumque sepulchri.

540 Erigone surgens, quæ rexit sæcula prisca
Justitiâ, rursusque eadem labentia fugit,
Alta per imperium tribuit fastigia summum:
Reformemque dabit legum jurisque sacra,

INTERPRETATIO.

sem iu, qui tunc nascetur. Etenim qui tunc natus est & vivit. & celebrat funus suum. Si Leo vorax protulerit vietus suos supra superiores aquas Oceani, dum quis nascitur, & ascendat in terras ore hiantes; is, inquam, qui tunc nascetur, ingratus erit & parenti suo, & liberis suis, nec relinquet divitias, quas ipse perceperit & absorbebit totum suum patrimonium. Adde magna fames, & tam

sava aviditas epularum tenet ejus mentem, ut absorbeat seipsum, neque tamen unquam satiet se: & ut reducat pompam suam funebrem, & pretium suæ sepultura in cibos. Cum Virgo, qua gubernavit aequitate antiqua tempora, & quæ iterum deseruit ea, cum corrupta essent, incipit exoriri per summum caput, dat supremam potestatem in alios; dabit etiam conditorem legum & juris sacri,

ANNOTATIONES.

532. Se quisque, & vivit, & effert. Verbum *effero* dicitur de funere, est enim *efferi*, celebrari funus, dum cadaver sepelitur, quasi extra urbem ferri. Solebant enim Veteres extra urbem sepeliri, nisi qui magistratus gessissent: viri tamen honestiores sepeliebantur circa vias. Tit. Liv. Itaque *se efferro*, vel *efferi*, id est, mori. Cocci autem quia lumine orbat, lucisque privati, vivunt quasi mortui jam essent.

533. Si cui per summas, &c.] His 7. v. ait Poeta Leonem in primo suo exortu creare helluones, prodigos, gulosos. Oritur autem Leo ab ore, vers. 504. not.

536. Censumque immerget in ipso.] Id est, patrimonium omne suum deglutiet & absorbebit. *Censum* enim, id est, patrimonium, redditum, &c. lib. 2. v. 12. Sunt autem qui legunt: *censumque immergitur ipso*. Minus bene.

538. Ut capiat semet, &c.] Alludit ad Eristichonis gulam, qui bonis omnibus consumptis, venditaque propria filia, ipsum se vivum devoravit membratim, adeo fame premebatur. Ovid.

8. metam.

539. Inque funus, &c.] Alludit pariter ad eos gulosos homines, qui vivi suas opes ita funditus deglutiant, ut nihil sibi mortuis super sit ad pompam funeris.

540. Erigone surgens, &c.] His 5. v. tradit Virginem in primo suo exortu creare magistratus, legum interpretes & sacerdotes. Oritur autem à capite Virgo, v. 504. not.

Qua rexit sæcula prisca, &c.] ad Hesiodi & Arati mentem: quorum ille Erigonen Jovis ex Themide: hic Astræi ex Aurorâ natam scripsit. Fabulati sunt autem Poetæ hanc aureo sæculo à Cœlis in terram delapsam rexisse populos justitiæ: sed à terris in Cœlos tandem sceleribus mortalium indignatam rediisse, lib. 1. v. 266. Ovid 1. metam.

542. Alta per...fastigia.] Sup. surgens. Id est, dum exoritur à capite. Ita enim in Cœlis conditur Virginis sidus, ut caput ejus prius attollatur, quam reliquum corpus.

Vu ij

et R.
quis R.

am R.P.

340

M. M A N I L I I

Sancta pudicitia Divorum templa colentem.

545 Sed cum autumnales coeperunt surgere Chela ,

Felix æquato genitus sub pondere Libra ,

Judex extremæ sistet vitæque necisque :

Imponetque jugum terris , legesque rogabit.

Illum urbes & regna tremant , nutuque regentur

550 Unius , & Cæli post terras jura manebunt.

Scorpius extremæ cum tollit lumina caudæ ,

Si quis erit terris tum suffragantibus ortus ,

Urbibus augebit terras , junctisque juvencis

Mœnia succinctus curvo describet aratro ,

I N T E R P R E T A T I O .

qui veneretur sacras Aedes Deorum suâ puritate. Sed quando Libra autumnalis incipit oriri , natus sub justo examine Libra fortunatus erit , & sedebit arbiter ultima vita & mortis : & dabit grave jugum servitutis regionibus , & feret leges. Civitates , & provincia metuent il-

lum , & gubernabuntur ex ejus unius arbitrio , & munera Cæli iribuentur ei post terras. Quando Scorpius attollit stellas ultima suæ partiæ , quæ cauda est , si quis tunc erit natus sub faventibus illis stellis , is amplificabit terras opibus , & cinctus togam junget tauros jugo , & signabit cur-

A N N O T A T I O N E S .

544. Pudicitia templa colentem.] Castum , pudicumque sacerdotem.

545. Sed cum autumnales . . . Chela. &c.] His 6. v. docet sub primo Libra exortu creari Judices , vitæ ac necis arbitros , Imperatores , legeslatores , &c. Adulatur autem Augusto Cæsari , quem natum diximus lib. 2. v. 509. IX. Kalendas Octob. In quod tempus cadit Libra initium.

Chela.] Libra , lib. 1. v. 267. 609.

548. Imponetque jugum terris.] Impe-

rabat. Legesque rogabit.] Legesque statuet. Solebat enim apud Romanos rogari Populus , utrum ratam vellet legem , quæ ab Senatu , aut Consule , aut Imperatore statueretur , A. Gell. lib. 1.

550. Cæli post terras jura manebunt.] Apotheosis sanè Cæsaris Augusti , quæ teste Scaligero , contigit annum circiter quartum post hunc librum scriptum. Sic lib. 1. v. 446.

Cæsar nunc terris , post Cælo maximus Auctor.

551. Scorpius extrema. &c.] Hjs 7. v. tradit Poëta sub primo Scorpionis exortu nasci Urbium conditores pariter &

destructores. Porro Scorpius non oritur à caudâ , sed à Chellis : sed quia pars prima Scorpionis , quas Chelas vocant , Libra sidus constituunt , hinc cum loquatur Poëta de sidere Scorpionis , dixit , extrema cum tollit lumina caudæ : id est , cum incipit oriri cauda Scorpionis , quæ totum condit & format sidus ipsum Scorpionis. Scilicet Scorpius in duo sidera totus extenditur , ut benè notavi lib. 1. v. 268. 609. & alibi.

554. Mœnia succinctus describet aratro.] notat modum condendi urbes apud Roman. Succinctus , igitur , id est , rejectâ in tergum togâ , ut una lacinia revocata cingeret hominem , more scilicet Gabino. Quo habitu induebantur ii , qui mœnia urbis novæ designarent. Induebantur & ad bellum ituri Consules Romani. Virg. 7. æn. v. 612. Luc. lib. 1. & Tit. Liv. lib. 8. Aratro , eo quippè describebatur ambitus urbium condendarum. Describebatur autem in orbem , unde urbs dicta fuit ab orbe : vel ab urbe aratri , quæ pars est aratri , quo muri designabantur , inquit Isidor. lib. 15. etym. cap. 2. Sic Virgil. æneid. 3. v. 755.

vita - bet R.P.

stellis : nam sideribus
stellis suffragari repressime
dicuntur

- 555 Aut sternet positas urbes, inque arva reducet
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.
Tanta erit & virtus, & cum virtute potestas.
Nec non Arcitenens, primâ cum veste resurgit;
Pectora clara dabit bello, magnisque triumphis
560 Conspicuum patrias victorem ducet ad arces:
Altâque nunc statuet, nunc condita mœnia vertet.
Sed nimium indulgens rebus fortuna secundis
Invidet in faciem lævitque asperrima fronti.
Horrendus bello Trebiam, Cannâque, lacumque

INTERPRETATIO.

vato vomere muros urbium, vel destruet condita oppida, & rediget urbes in agros, & restituet spicas maturas in loco domorum. Aleo magna potestas illius erit, & cum potestate potentia. Sagittarius etiam, quando ascendit à primâ suâ clamyde, creabit corda insignia bello, & conduces ad arces patrias victo-

rem insignem magnis triumphis: & modò condet magnos muros urbium, modò condita destruet. Verùm Fortuna, quæ nimis favet rebus prosperis, tandem invidet capiti, & crudelissima furit in vultum. Sic Annibal ille victor timendus in bello representabat sibi in animo sub tali specie fallaci Fortunæ Trebiam.

ANNOTATIONES.

555. Inque arva reducet Oppida.] Sic Isidor. lib. 15. etym. c. 2. urbs aratro conditur; aratro evertitur. Sic Horat. 1. od. 16. Propert. 2. eleg. 9. Ovid. epist. Penelop.

Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant,

Incola captivo qua bove victor aret.

Jam reges est ubi Troja fuit, &c.

558. Nec non Arcitenens, &c.] His 8. v. docet Sagittarium in primo suo exortu creare bellatores, victores, triumphatores, atque urbium pariter conditores & eversores: sed quos omnes manet dura fors infelixque fortuna.

Primâ veste.] Primâ Clamyde. Oritur quippè Sagittarius à parte anteriori, quæ hominis est clamyde induti. Quæ quidem clamys duplices alarum appendices imitatur, quarum altera Borealis, quæ ad Boream: altera Meridionalis, quæ ad Meridiem spectat: Borealis autem secunda est: Meridionalis prima. Igitur per primam vestem intellige meridionalem clamydis partem, quâ exoritur Sagittarius.

563. Invidet in faciem, &c.] Notat

victores illos, & fatalem sortem eorum, quos tandem fors infortunata manet. Cujus rei jam dat in exemplum Annibalem, vers. seqq.

564. Horrendus bello, &c.] His itaque 2. v. notat Annibalem, qui licet antea victor, tamen nescio quo fato Fortuna invidit victorias ejus antea actas. Is enim I. apud Trebiam fluvium in Galliâ cisalpinâ ex Apennino monte in Padum fluentem profligavit occurrentem sibi T. Sempronium Cos. II. Fudit Flaminium Cos. ad lacum Trasymenum, cæsis 15000. Romanorum. III. devicit Cos. P. Æmilium & Tit. Varronem apud Cannas, cæsis Romanorum peditum 40000. Equitum Rom. 2500. Sed tandem à P. Scorpione victus apud Zamam Africæ oppidum, fugit ad Antiochum regem, deinde ad Prusiam Bythinæ regem confugit, cujus levitatem suspectam habens, hausto veneno mortem sibi conscivit. Hunc scilicet fors hæc infortunata manebat. Porro jam supra mentio facta est de Trebiâ, Cannis, & Trasymeno lacu, v. 37. 38. &c.

Vu iij

lis in agmine B. P.

342

M. MANILII

565 Ante fugam tali pensabat imagine victor.

Ultimus in caudæ Capricornus acumine summo.

Militiam ponto dictat, puppisque colendæ

Dura ministeria, & vitæ discrimen inertis.

Quod si quem sanctumque velis, castumque, probumque;

570 Hic tibi nascetur, cum primus Aquarius exit.

Néve sit in primos animus procedere Pisces;

Garrulitas odiosa datur, linguæque venenum

Verba maligna novas mussantis semper ad aures:

Crimina per populum populi fert ore maligno:

575 Nulla fides inerit natis, sed summa libido:

Ardentem medios animum libet ire per ignes.

Scilicet in Piscem sese Cytherea novavit,

ad B.

ferre bilingui B. P.

tauit B. P.

INTERPRETATIO.

Cannas. & lacum Trasymenum, ante fugam suam. *Extrema pars Capricorni*, qua est in supremo aculeo suæ caudæ, indicat bellum in mari, & laboriosa munera regenda navis, & periculum vita desideriosa. At si cupis aliquam virum & sanctum, & pudicum, & bonum, is orietur tibi, cum prima pars Aquarii surgit terris. Neque autem cupias nasci sub primâ

parte Piscium: invisa enim loquacitas tribuitur, & virus lingua, qua suggerat continuo sermones maledicos ad necius aures: & qui ferat ore iniquo per populum scelera ipsius populi: neque genitus sub eâ Piscium parte ulla eris fides, sed libidinosa voluptas juvat scilicet mentem flagrantem libidine vadere per medias flammæ libidinis. Nimiram Venus mutavit seipsam in piscem.

ANNOTATIONES.

565. *Tali pensabat imagine.*] Id est, vel sub tali specie fortunæ mutatz sibi fingeat in animo: vel interprete Scalligero, compensabat tali infortunio. Ita autem Gemb. benè. Sed malè Vulg. *tali pensabat in agmine.* Malè & J. Bir. *magmine*, quasi *magmento*, quod sacrificii genus est, quo Diis mactatur.

566. *Ultimus in cauda Capricornus.* &c.] His 3. v. tradit sub primo Capricorni ortu nasci eos, quos navalis pugnz, navaliûmque rerum studium tenet. Itaque, *ultimus Capricornus in summo caudæ cauda*, id est pars anterior Capricorni, quâ oritur. Quæ enim pars Capricorni ultima seu extrema est in supremâ seu superiori parte illius caudæ, pars est anterior ipsius Capricorni, quæ in asterismis dicitur *πῆρυξ*, quasi *extrâ caudam*. Verum pars posterior potius Capricorni, quæ in piscem definit, hos mores, hæcve studia belli navalis deberet dare. Sed ita datum est à Fatis. Hæc igitur ita necesse fuit interpretari. Loquitur enim Poeta tantum de primo

cujusque Signi exortu. *Ultimus, a, um*, promiscuè sumitur pro quavis cujusque rei extremâ parte. Itaque hæc ultimus Capricornus, id est, pars anterior Capricorni.

569. *Quod si quem.* &c.] His 2. v. docet sub primo Aquarii exortu nasci sanctos, castos, virôlque probos.

571. *Neve sit in primos.* &c.] His 12. v. tandem docet sub primo Piscium exortu creari garrulos, maledicos, susurrones, infidos, libidinosos, gemellos, gemellas, & gemellorum parvum parentes.

576. *Ardentem.*] Supl. libidine. *Per medios ignes.*] Sup. amoris libidinosi.

577. *Scilicet in Piscem sese Cytherea.* &c.] Alludit ad fabulam Veneris. Fabulati sunt enim Venerem, ut Typhonis gigantem furorẽ fugeret, in Euphratem Babyloniz fluvium se immerfisse, atque in piscem se mutasse. Hygin. lib. 2. Vide quæ suprà de his annotavimus, lib. 2. v. 873. 878. & lib. 2. v. 873.

Cytherea.] Venus, lib. 2. v. 33. lib. 4. v. 577.

alato arguer B.P. f = B.

Cum Babyloniacas submersa profugit in undas
 Anguipedem alatis humeris Typhona furem :
 580 Inferuitque suos squammosis piscibus ignes.
 Nec solus fuerit geminis sub Piscibus ortus :
 Frater erit , dulcisve soror , matérve duorum :
 Nunc age diversis dominantia sidera terris
 Percipe. Sed summa est rerum repetenda figura.
 585 Quattuor in partes Cœli describitur Orbis ,
 Nascentem , lapsūque diem , mediūque calores ,
 Teq. Helice. Totidem venti de partibus iisdem
 Erumpunt , secūmque gerunt per inania bellum.
 Asper ab Axe ruit Boreas : fugit Euris ab Ortu :

refertur = B.

INTERPRETATIO.

quando projiciens se in aquas Babyloniacas
 evitavit Typhona furem , qui habebat
 pedes serpentis & humeros pennatos : & in-
 misit suas flammās cum piscibus squam-
 meis. Neque autem unicus erit partus sub
 duobus Piscibus , sed aut frater erit , aut
 grata soror , aut genitrix gemellorum.
 Jam vero aegidum , accipe qua Signa pra-
 sunt variis terrarum partibus. Sed ut hoc

capias , exhibenda est prius brevis ima-
 go rerum. Globus terrarum vulgò par-
 titur in quatuor partes Cœli , scilicet in
 diem orientem , & in occasum , & in meri-
 dianos ardores , & in te , o Helice. Totidem
 venti exeunt ex iisdem illis partibus ,
 & faciunt sibi invicem bellum per aë-
 ra. Ferox Aquilo erumpit ab Arctico
 polo : Eurus autem venit ab Oriente :

ANNOTATIONES.

578. Babyloniacas.] Euphratis scilicet
 aquas , qui Babyloniz fluvius est.

579. Anguipedem Thyphona. &c.] Cu-
 jus pedes in Draconum volumina desi-
 nebant , lib. 1. v. 873.

580. Suos ignes.] Sup. libidinosi amoris.

582. Frater erit , &c.] Sub Piscium
 enim exortu primo nascuntur gemelli ,
 aut gemellæ , gemellorumque parentes.

583. Nunc age diversis , &c.] His a. v.
 monet se jam disputaturum de variis
 terræ regionibus , quibus Signa singu-
 la præstunt. Quod ut præstet , prius bre-
 vem totius orbis terrarum descriptio-
 nem instituit.

584. Rerum.] Id est , totius orbis terræ.

585. Quattuor in partes , &c.] His
 8. primum docet totum terrarum or-
 bem in quatuor Cœli partes dividi , in
 Ortum , Occasum , Meridiem , & Se-
 ptentrionem. Deinde monet ab hisce
 quatuor parentibus erumpi totidem ven-
 tos , scilicet ab Ortu Eurus , ab Oc-
 casu Zephyrum , à Meridie Austrum ,
 à Septentrione Boream : interque hos
 quatuor præcipuos ventos ait binas au-

ras seu binos ventos expitare , quorum
 tamen nomina silet ; sed nos ea refe-
 remus jam. Interea notabis alia sortiri
 nomina quatuor illos Cardinales ven-
 tos apud nautas. Is enim qui ab Ortu
 fiat dicitur , non Eurus , sed Solanus ;
 qui ab Occasu , non Zephyrus , sed
 Favonius ; qui à Meridie , Auster ; qui
 à Septentrione , Boreas pariter. Hinc
 intermedii venti octo sunt , scilicet in-
 ter Solanum & Austrum Eurus & No-
 tus : inter Austrum & Favonium Afri-
 cus & Zephyrus : inter Favonium & Bo-
 ream Circius & Caursus : inter Boream
 & Solanum Aquilo & Vulturius.

586. Nascentem... diem.] Ortum.

Lapsūque diem.] Occasum.

Mediūque calores.] Meridiem.

587. Te. Helice.] Septentrionem. Est
 enim Helice ursa major , quam versat
 circum se Axis Septentrionalis , lib. 1.
 v. 218. 296:

589. Ab Axe.] Supl. Septentriona-
 li. Sic Ovid.

— Qui gelidam sparsit ab Axe
 nivem.

- 590 Auster amat Medium Solem : Zephyrúsque profectum.
 Hos inter binæ mediis è partibus auræ
 Expirant , similes mutato nomine flatus.
 Ipsa natat tellus pelagi lustrata coronâ
 Cingentis medium liquidis amplexibus Orbem.
 595 Inque sinus pontum recipit , qui vespere ab atro
 Adnissus , dex râ Numidas , Libyámque calentem
 Abluit , & magnæ quondam Carthaginis arces ;

INTERPRETATIO.

Auster amat meridianum Solem ; & Zephyrus Solem occidentale. Inter hos quatuor quosque ventos , duo venti efflatis ex mediis partibus . & pares sunt venti , immutato solum nomine. Terra autem ipsa fluctuat cincta ambitu Oceani , qui circumdat fluidis suis amplexibus globum terrarum , qui jacet in medio : & ipsa terra excipit in sua viscera mare illud , quod ingreditur ab nigro Occasu irrigat à parte dextrâ Numidas , & Libyam ardentem , & arces Carthaginis , qua olim magna fuit :

ANNOTATIONES.

Boreas.] Sic dictus àνὸρ τε βοῶν καὶ πύρ , id est , propter ejus violentiam. Vel àνὸρ τῆς βοῆς , à nutrimento , quippe qui corpora sanat & alat , A. Gell. lib. 1. c. 2. Dicitur & Aquilo , quasi instar Aquilæ feratur.

Eurus.] Græcis sic dicitur : Latinis verò *Vulturnus* : siccus est ventus , æstate calidus , hyeme frigidus.

590. *Auster.*] Alio nomine *Notus*.
Zephyrus.] Latinis *Favonius* : Græcis *Zephyrus*.

591. *Bina . . . auræ , &c.*] Intermedii duo venti. Quanquam non desunt , qui unicum collateralem ventum inter hos quatuor Cardinales interfecerunt. Alii non duo solum , sed & septem. Hinc ventos numero 32. statuunt diversos , quos nautæ præcipue observant , & quorum hæc sunt nomina , hincque ordo ab Ortui initio facti. *Eurus* , *Hyperæurus* , *Subsolanus* , *Hypeurus* , *Syriacus* , *Hyperphœnicias* , *Phœnicias* , *Hypophœnicias*. *Auster* , *Hyperlibonotus* , *Libonotus* , *Hypolibonotus* , *Gardinus* , *Hyperafricus* , *Africus* , *Hypafricus*. *Zephyrus* , *Hypercaurus* , *Caurus* , *Hypocaurus* , *Mæstrus* , *Hypercirus* , *Circius* , *Hypocircius*. *Boreas* . *Hyperaquilo* , *Aquilo* , *Hypaquilo* , *Græcus* , *Hypercæcias* , *Cæcias* , *Hypocæcias*.

593. *Ipsa natat tellus , &c.*] His 2. v. monet terram undique cingi Oceano , atque natate aquis. Vulg. autem *natat* , benè , *Gemb.* verò *vacat* , minùs benè , *Pelagi.*] Oceani.

595. *Inque sinus pontum recipit qui , &c.*] His 5. v. prioribus recenset terras , quas mare Mediterraneum alluit ad dextram , (habitâ scilicet ratione Occasus , quâ parte in medias terras erumpit illa pars Oceani , quod vulgò mare Mediterraneum vocamus). Alluit autem hoc mare ad dextram totius Africæ littora ab Herculeo freto , ad Ægypti extrema littora.

Pontum , qui vespere ab atro , &c.] Mare Mediterraneum , quod ab Occasu per fretum Herculeum admittitur in medias terras.

596. *Dextrâ.*] Habitâ quippe ratione partis , quâ irrumpit in medios terræ sinus , ut monui.

Numidas.] Africæ populos , Græcis *Nomades* , vulgò , *Royaume d'Alger* : quæ pars est Africæ , quæ inter Mauritaniam Cæsariensem , & Carthaginensem includitur.

Libyámque.] Africæ regionem , quæ nonnunquam pro totâ Africâ sumitur.

597. *Carthaginis.*] Africæ urbis olim celeberrimæ.

Littorâque

Littorâque in Syrtes revocans sinuata vadofas ;
 Rursûsque ad Nilum directis fluctibus exit.
 600 Lava freti cædunt Hispanas æquore gentes ;
 Téque in vicinis hærentem Gallia terris ;
 Italiæque urbes dextram insinuantis in undam
 Usque canes ad , Scylla , tuos , avidámque Charybdim.
 Ac ubi se primùm portâ mare fudit ab illâ ,
 605 Enatat Ionio , laxásque vagatur in undas :
 Et priùs in lævam se fundens circuit omnem

frontibus R. P.

INTERPRETATIO.

Quod reducit oras suas in Syrtes ple-
 nas brevibus . & iterum erumpit inde
 impulsis undis suis versùs Nilum. Sinistra
 pars illius maris verberat fluctibus suis
 aquatis nationes Hispanas ; & 10, ò Gal-
 lia . qua adjaces in proximis terris : &
 oppida Italia , qua excurrens paulatim in

aquam dextram maris usque ad canes
 tuos , ò Scylla . & usque ad voracem
 Charybdim. Sed postquam illud mare pul-
 savit se ab eâ portâ , fluctuat in mari
 Ionio . & dilabitur in amplas aquas :
 & expandens se primùm in sinistram
 partem circumcingit universam Italiam.

ANNOTATIONES.

598. Littorâque in Syrtes . &c.] Duo
 sunt Syrtes in mari Mediterraneo ad
 oras Libycas : altera Carthagini pro-
 prior , quæ minor est Syrtis , vulgò
 Golphe de Capes : altera in Cyrenaicam
 vergens , quæ major est , vulgò , Gol-
 phe de Syda ou , Seiches de Barbarie.
 Sunt autem duo sinus periculosissimi ,
 propter arenas & brevia.

Sinuata .] quippe à Tuneto ad Nili
 ostia mare flectitur quasi rectâ ad Me-
 ridiem semel aut bis , ubi duas illas
 syrtes efficit.

599. Nilum .] Ægypti fluvium notis-
 simum , qui per septem ostia in mare
 Mediterraneum infuit , lib. 1. v. 44

600. Lava freti , &c.] His 18. vers.
 explicat Poëta quas terras alluit Me-
 diterraneum mare ad sinistram partem ,
 scilicet ab Herculeo freti ad ipsam
 Asiam. Alluit autem 1. Hispaniam ,
 2. Galliam . 3. Italiam ferè totam hinc
 inde : 4. Dalmatiam . 5. Peloponnesi
 urbes . 6. Ponti Euxini oras . 7. Asiæ
 minoris populos maritimos. Denique
 Asiæ majoris gentes nonnullas , donec
 ad Nilum pervenerit.

602. Dextram insinuantis in undam .]
 Habitâ quippe ratione Italiæ , quæ quasi
 in mare extremam suam ocream , quam
 vocant , immergit versùs meridiem ,

usque ad Siciliam.

603. Usque canes ad , Scylla , &c.]
 Id est , usque ad Pelorum , dictum vul-
 gò Faro. Scylla enim saxum est in ma-
 ri Siculo oppositum Charibdi gurgiti ,
 naufragiis infame , quod procul visen-
 tibus muliebrem formam exhibet , in-
 ferius verò speluncas habet monstris
 maximis refertas : ad cujus saxi rupes
 allisi maris fluctus fremunt , & canum
 latratum imitantur. Hinc fabulari sunt
 Scyllam fuisse Porci filiam , cujus in-
 feriores partes à Circe incantatrice mu-
 tatæ fuerint in rictus caninos , Virg.
 3. æn. Ovid. 7. metam.

Charibdim .] Suprà v. 421.

604. Portâ ab illâ .] A Petoro : ab
 eo freti , quo Siciliam inter & Italiam
 extremam erumpit mare. Hæc enim sibi
 fecit portam mare , cum antea Sicilia
 Italiæ adhæreret. Virg. æn. 3. v. 414
 & seqq.

605. Ionio .] Sup. mari. Ionium enim
 mare , pars est ea mediterranei maris ,
 quæ suprâ fauces Adriatici Siciliam in-
 ter & Cretam expanditur , Plin. lib. 4.
 cap. 11. Alii utriusque maris Ionii &
 Adriatici terminum ponunt Pelopon-
 nesum. Alii Ionium mare terminant
 Pylichno fluvio & urbe Dyrrachio.

M. MANIL.

X 2

Italiam , atque Adriam comitatur nomine pontum ;
 Eridanique bibit fluctus , fecat æquore lævum
 Illyrium , Epirumque lavat ; claramque Corynthus ,
 610 Et Peloponnesi patulas circumvolat oras.
 Rursus & in lævum refluit , vastoque recessu
 Thessaliæ fines , & Achaica præterit arva.
 Hic pontus , Juvenisque fretum meræque Puellæ
 Truditur invitum , faucesque Propontidos arctæ

tum R.P.
 Trad R.P. aplo R.P.

INTERPRETATIO.

& sequitur mare Adriam de nomine . & iterum recurrit in sinistram partem , & epotat undas Eridani . & aquis suis planis scindit partem sinistram Illyrii . & per longum secessum præterlabitur terminos Thessalia , & campos Achaicos . Ibi alluit Epirum ; & circumit insignem Corynthus , & lata litora Peloponnesi . Et Hellepontus & mare adolescentis & puella demersa protruditur quasi per vim in terras.

ANNOTATIONES.

607. *Adriam.*] *Adria* masc. id est , mare adriaticum , *Pomp. Mela lib. 2. Lucan. lib. 5.* Quod mare dictum est olim Romanis *mare superum* . Proten-ditur autem à *Lacinio* Italiz promon-torio ad *Venetias* , Italiam inter & *Dalmatiam* .

608. *Eridani.*] *Eridanus* Italiz flu-vius est , alio nomine *Padus* dicitur , vulgò *le Po* : qui in *Adriaticum* mare se exonerat .

Lævum Illyrium.] Id est à lævâ par-te alluit *Illyrium* , quæ regio est Eu-ropæ satis ampla , hodie *Dalmatia* di-citur . Sic *Ovid. 1. trist. 3.*

Non procul Illyricis lævâ de parte re-lictis.

Malè ergò *Vulg.* & alij *velum* pro *lævum* legunt .

609. *Epirumque lavat.*] Est enim *Epirus* Græciæ regio , quæ I. *Molossia* . II. *Chaonia* . III. *Epirus* . IV. *De-nique* jam *Albania* dicta est , mari *Io-nio* adjacens .

Corynthus.] *Achaiz* oppidum in me-dio *Peloponnesi* olim clarissimum .

610. *Peloponnesi.*] *Peloponnesus* to-tius Europæ nobilissima insula est , *Ægæum* inter & *Ionium* mare , *Gallicè la Morée* .

611. *Rursus & in lævum , &c.*] His 6 v. seqq. notat illas oras , quas ite-rum ad lævam partem reflexum mare à *Peloponneso* alluit , donec ad palu-des *Mæotidos* pervenerit . Alluit autem

Achaia , *Thessalia* : deinde per *Hellepontum* , quem vulgò vocant *le destroit de Gallipoli* , ou le bras de S. George , decurrit in *Propontidem* , vulgò *mer de Marmara* : postea in *Bospho-rum* *Thracium* , vulgò *le destroit de Constantinople* , intruditur in pontum *Euxinum* , *Gallicè le pont Euxin* ou *mer noire* : denique à ponto *Euxino* per *Bosphorum* *Cimmerium* , quem vulgò di-cunt *le destroit de Caffa* delabitur in pa-ludes *Mæotidos* . Hoc videre est in *Mappis* .

612. *Thessalia.*] Ea est Græciæ regio , quæ *Peneum* fluvium inter & *Thermo-pylas* ad *Ægæum* mare extenditur .

Achaica . . . arva.] *Achaia* , regio est *Peloponnesi* , cujus caput est *Corinthus* .

613. *Hic.*] Scilicet ubi has præteriit oras , & ad *Hellepontum* pervenit .

Pontus , juvenisque fretum . &c.] Id est *Hellepontus* , qui ab *Helle* *Phryxi* sorore in illud fretum delapsâ nomen habet , ut *monui v. 515.*

614. *Truditur invitum.*] *Gemb. bene.* Namque quasi invitum truditur mare in *Propontidem* per *Helleponti* fauces . *Vulg. invisum* , malè .

Fauces Propontidos.] Nempe *Bospho-rum* *Thracium* , qui quasi porta est ponti *Euxini* .

Propontidos.] *Propontis* illud est ma-re , quod *Archipelagum* inter & *Pon-tum* *Euxinum* jacer , ut *monui v. 611* not.

- 615 Euxino jungit ponto, Mæotis & undis,
 Quæ tergo conjuncta manet, pontumque ministrat.
 Inde ubi in angustas iterum se navita fauces
 Hellepontiacis revocatus fluctibus effert,
 Icarium Egeumque secat, lavæque nitentes
 620 Miratur populos Asiæ, totidemque Trophæa,
 Quot loca; & innumeras gentes, arcumque minantem
 Fluctibus; & Cilicum populos, Syriamque perustam,
 Ingentique sinu fugientes æquora terras,

partes R.P.

Taurumq. vid
 vossius ad Catullum
 fulgenti R.P.
 p. 247

INTERPRETATIO.

& conjungit ostia angusta Propontidos cum ponto Euxino, & cum aquis Mæotidos, quæ à tergo connexa est cum ponto Euxino, & format mare alterum. Hinc postquam navita reductum ex undis Hellepontii confert se rursus in angustias maris illius, scindit mare Icarium & Egeum,

& ad sinistram partem admiratur claras gentes Asiæ minoris, & tot trophæa huic mari adjacentia, quot sunt loca; & nationes infinitas, & oras formatas in arcum, quæ minitentur undis maris; & gentes Cilicum, & Syriam calidam, & terras, quæ per vastum fretum recedunt ab ipso mari,

ANNOTATIONES.

615. Euxino.] Mari nigro, quod à Bosphoro Thracio ad Mæotidos paludes extenditur. Primum dictus pontus Axenus, Græcis Ἀἰνός, id est, inhospitalis, propter incolarum immanitates & latrocinia. Deinde Euxinus, Græcis Εὐξῖνος, id est, bene hospitabilis, Ovid. de pont.

Frigida me cohibent Euxini litora ponti.

Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Mæotis.] Genitiv. is, vel idos. Palus est Scythiæ, quam ab Euxino ponti discernit Bosphorus Cimmerius, & in quam Tanais fluvius recipitur.

616. Quæ tergo conjuncta.] Ita enim sita est palus Mæotidos, ut quasi à tergo Euxini ponti jaceat.

Pontumque ministrat.] Palus enim illa adinstar maris extenditur.

617. Inde ubi in angustas, &c.] His 11. versibus reliquis pergit Poëta notare cæteras maris Mediterranei oras ab ipso Bosphoro Thracio, ad ipsius Nili ostia per Asiatica littora.

619. Icarium.] Sup. mare, quod est pars Egei maris sic dictum vel ab Icaria ejusdem maris insulâ non procul à Chio, Samum inter & Myconum sitâ, unâque è Cycladibus: vel, si fabulis credere est, ab ipso Icaro De-

dali filio, qui è Cretâ ceratis alis evolare tentans in illud mare cecidit. Ovid. 3. trist.

Icarus Icarias nomine fecit aquas.

Egeum.] Archipelagum, qui sinus est maris Mediterranei ab Isthmo Corinthiaco ad Hellepontum extensus.

620. Populos Asiæ.] Sup. minoris, huic enim littori adjacent Troja, Smyrna, Halicarnassus, &c. quæ Asiæ minoris sunt urbes.

Totidemque trophæa.] Quæ scilicet Romani post victorias in iis littoribus Asiaticis erexerant.

621. Arcumque minantem fluctibus.] Notat illam terrarum partem, quæ quasi rectum angulum signat in mari Halicarnassum inter & Rhodum. Longius enim in mare terra protruditur.

622. Cilicum populos.] Cilicia, regio est in Asia minori, proxima Syriæ, ad radices Tauri montis.

Syriamque perustam.] Syria minoris quoque Asiæ regio est quæ ad Ortum Euphrate: ad Occasum Mediterraneo mari: ad Septentrionem Ciliciâ: ad Meridiem Arabiâ terminatur. Hanc autem perustam dicit, quia vicina est Arabia, & ad Equinoctialem lineam magis accedit.

X x ij

Donec in Ægyptum redeant curvata per undas
 625 Littora, Niliacis iterum morientia ripis.
arsnis f.
 Hæc medium terris circumdat linea pontum,
 Atque his undarum tractum constringit habenis.
 Mille jacent mediæ diffusa per æquora terræ.
 Sardiniam in Libyco signant vestigia plantæ:
 630 Trinacria Italiâ tantum præcisa recessit:
 Adversa Euboicos miratur Græcia montes,
 Et genitrix Crete civem sortita Tonantem:
 Ægypti Cypros pulsatur fluctibus omnis.
 * * * * *
 Tôtque minora solo tamen emergentia ponto

INTERPRETATIO.

usquedum ora iterum sinuata in dextram
 revertantur per aquas ad Ægyptum, ubi
 rursus desinant in littoribus Nili. Hic am-
 bitus circumcingit mare quod medium est
 in terris, & quasi his loris coercet effu-
 siones aquarum istarum. Mille insulae sunt
 media in hoc extenso mari. Calceamenta
 pedum formant Sardiniam in mari Afri-
 co & Sicilia recedit solum ab Italiâ, qua-

tenus ab eâ separata est: Græcia è re-
 gione posita suspet montes Euboicos, &
 Creta parens, qua dignata est habere fo-
 vem incolam miratur quoque illos mon-
 tes: tota insula Cypro verberatur ab un-
 dis Ægypti. * * * *

Quid memorem & tot oras, qua infe-
 riores terra continenti exiungunt tamen

ANNOTATIONES.

626. Medium terris pontum.] Mare
 Mediterraneum.

628. Mille jacent media, &c.] His
 12. v. notat insulas ferè omnes, quæ
 sunt ubique per mare Mediterraneum
 dispersæ.

Per aquora.] Per mare Mediterra-
 neum, quo de agitur hætenus.

629. Sardiniam in Libyco.] Sardinia
 est in eâ maris Mediterranei parte,
 quæ Libycum mare dicitur. Dicta olim
 fuit *Sandalia* ab effigie soleæ, quam
 imitatur: Græcis *Σανδάλιον* calceamen-
 tū. Dicta fuit & *Ichnya* ab voce Græ-
 câ *ἰχθυή*, vestigium pedis.

630. Trinacria.] Sicilia. Trinacria
 dicta à vocibus Græcis *τρία*, tria, &
ἄκρη promontoria. Scilicet quæ tribus
 suis angulis tria notissima habeat pro-
 montoria, Pachinum, Lilybaeum, &
 Pelorum. Dicitur & *Triquestra*, ab trian-
 gulari suâ figurâ, sed de his fusiùs v. 789.
 ubi dicitur quâ ratione præcisa fuerit
 ab Italiâ.

631. Adversa.] Sup. Siciliæ.

Euboicos montes.] Insulas ipsas in

Ægeo mari assurgentes, scilicet Eu-
 boicam ipsam & Cycladas omnes, at-
 que alias Ægei maris insulas.

632. Genitrix Crete.] Candia in quâ
 natus fingitur Jupiter. Virg. 3. æn.

Creta fovei magni medio jacet insula
 ponto,

Monte Idaeus ubi, & gentis cunabula
 nostra &c.

Tonantem.] Jovem.

633. Ægypti Cypros, &c.] Cypros ia-
 sula est in extremo Mediterraneo mari,
 è regione ostiorum Nili posita. Hæc
 autem Veneri sacra fuit.

634. Tôtque minora, &c.] Antè hunc
 versum desideratur unus aut alter. Id
 enim satis indicant accusativi casus se-
 quentes. Hinc in ipsâ interpretatione
 nostrâ addidimus *quid memorem*, ut
 aliqua verborum constructio maneret.
 Quæ igitur vocat littora *minora* s. o. o.
 ipsæ sunt omnes Ægei maris insulæ,
 quæ ita multæ sunt, ut non insulæ in-
 terciscæ, sed quasi continens solum, seu
 terra videantur.

- 635 Littora; & æquales Cycladas; Delonque; Rhodonque;
Aulidæque; & Tenedon; vicinæque Corsica terræ
Littora Sardinia; primamque intrantis in Orbem
Oceani victicem Ebusum, Balearica regna.
Innumeri surgunt scopuli, montesque per altum.
640 Nec tantum ex unâ pontus sibi parte reclusit
Faucibus abruptis Orbem. Nam littora plura
Impulit Oceano pontus: (sed montibus altis
Est vetitus, totam ne vinceret æquore terram).
Namque inter Boream, Ortumque æstate nitentem,
645 In longum angusto penetrabilis æquore fluctus
Pervenit, & parvis tum demum funditur arvis,

mag. R.

sus R.
abruptis R.P.

Postura R.P.

INTERPRETATIO.

à mari; & Cycladas aquatas in Orbem;
& Delon; & Rhodon; & Aulida; &
Tenedon; & oras Corsicas, qua proxima
hærent terra Sardinia; & Ebusum insu-
lam, qua prima victrix est Oceani,
quod intrat in terras, & insulas Balea-
res. Infiniti scopuli & montes eminent per
mare Mediterraneum. Neque solum ex
unâ parte Mare aperuit sibi terras adi-

tibus abscissis. Etenim mare induxit in
Oceanum ipsum plures oras: (attamen
impeditum est per excelsos montes, ne
suis aquis superaret totum Orbem ter-
rarum.) Namque inter Aquilonem &
Orientem æstivum, unda maris, qua
facile trajici potest præ arcto tractu
aquarum, perducitur in longum, &
 tandem expanditur in amplios campos,

ANNOTATIONES.

635. *Cycladas.*] Cyclades insulæ sunt
numero 53. sic dicitur quia in orbem sitæ
sunt. Strabo lib. 10. Plin. lib. 4. c. 12.

Delonque.] Insulam Ægei maris, Cy-
cladum omnium clarissimam, in qua
Latona Dianam & Apollinem enixa fer-
tur. Cic. 3. in Verr.

Rhodon.] Insulam Carpathii maris,
Cariz adjacentem.

636. *Aulidæque.*] Aulis, idos, regiun-
cula est Bœotiz, in qua oppidum est
eiusdem nominis & portus, in quem
Græcorum classis convenit olim Tro-
janis bellum illatura. Virg. æn. 4.

Tenedon.] Tenedos Ægei maris in-
sula, Lesbum inter & Hellespontum.
Virg. 2. æn.

Corsica . . . littora.] Corsica insula est
maris Ligustici, quæ nunc pertinet ad
Remp. Genuensem, non procul à Sardi-
niâ sita est.

637. *Sardinia.*] Quæ insula est in mari
Libyco vicina Corsicæ.

638. *Ebusum.*] Ebusus insula est in
Balearico mari, aliorum scilicet Pytiusa-

rum: quæ duæ sunt primæ insulæ à fratre
Gaditano, infra Hispanias, quas vulgò
dicunt Majorque & Minorque: ou Isles
Baleariques.

639. *Per altum.*] Per mare Mediter-
raneum.

640. *Nec tantum ex unâ. &c.*] His
4. v. præfatur poëta non in unum mare
Mediterraneum infundi Oceanum: sed
& in alia maria, sinusque alios.

644. *Namque inter Boream. &c.*] His
4. v. seqq. notat mare Caspium, *men-
morte*, quod Oceanus intulit in medias
terras, scilicet Meridiem & Septentrio-
nem. Hoc autem mare à Meridie habet
Perfidem: à Septentrione, Tartariam
desertam: ab Ortum, Tartariam mayo-
rem: ab Occasu, Armeniam.

Boream.] Aquilonem, qui ventus pro
ipso Septentrione sumitur.

Ortum æstate nitentem.] Non Ortum
Cœli, non Meridiem, sed eam Cœli
partem quæ Ortum inter & Meridiem
intercedit, quæ parte scilicet Sol ter-
ris oritur sub Cancro.

X x iij

exigui R. P.

Caspiaque Euxini similis facit æquora ponti.

Altera sub medium Solem duo bella per undas

Intulit Oceanus terris. Nam Persica fluctus

650 Arva tener, titulum pelagi prædatus ab iisdem,

Quæ rigat ipse, locis; latoque infunditur Orbi.

regit R. ?

Nec procul, in molles Arabes terramque ferentem

Delicias, varæque novos radicis odores,

Leniter adfundit gemmantia littora pontus,

655 Et terræ mare nomen habet. Media illa duobus.

* * * *

Quondam Carthago regnum sortita sub armis,

Igneus Albanas cùm contudit Annibal arces,

ignibus R.

INTERPRETATIO.

Et aequalis ponto Euxino format mare Caspium. Oceanus indixit terris duo alia bella per suas aquas versus Meridiem. Etenim unda occupat agros Persicos, assumens sibi nomen maris ab iisdem regionibus, quas ipsa alluit; et intruditur in amplas terras. Nec longè, mare infert leniter oras coruscantes gemmis in effeminatos Ara-

bes, et in terram, qua fert delicias, et novos odores variarum barbarum, et istud mare ducit nomen ab illâ terrâ. Quæ terra jacet inter duos sinus maris.

* * * *
Carthago olim arma gerens afflicta erat regnum illius tetrarum partis, quando ardens Annibal percussit Albanas turres.

ANNOTATIONES.

647. Euxini similis, &c.] Quanquam mare Caspium latius extenditur, quàm pontus Euxinus: neque ullo Bosphoro jungitur, aut cum Oceano, aut cum mari Mediterraneo: sed medium jacet terris.

648. Altera sub medium, &c.] His 8. v. seqq. notat duos illos sinus, quos Oceanus infundit terris Persicis & Arabicis. Hinc alter sinus Persicus, alter Arabicus dicitur. Primis 4. v. Sinus Persicus vulgò Golphe de Basora: 4. v. posterioribus Sinus Arabicus vulgò Mer rouge notatur.

Sub medium Solem.] Versus Meridiem, scilicet sub ipso Aequatore.

652. Arabes.] Populi sunt Asiæ Judæam inter & Ægyptum. Triplex autem distinguitur Arabia, Fœlix. Petraa Deserta, Petraa vicina est Ægypto: Deserta ad Euphratem extenditur: Fœlix mari Indico adjacet.

655. Terra nomen habet.] Scilicet ab Arabiâ dicitur Arabicus sinus, vel mare Arabicum. Quanquam vulgò dicitur mare rubrum, Mer rouge.

Media illa duobus.] Id est terra illa; scilicet Arabia continetur inter duos illos sinus. Ita interpretari libuit has voces, quæ cum sequentibus nullam habent concordiam. Scilicet desunt unus aut alter versus, aut plures, quibus & alios sinus maris, & ipsius terræ partes aliquas notaret Poëta. Videtur enim vers. seqq. Africam ipsam describere: quæ una pars est è veteribus tribus terræ partibus; & quam tamen non nominat, cùm postea & Asiam & Europam notet, v. 669. 679.

656. Carthago.] Vetus Africæ urbs, quæ olim totius Africæ tenuit imperium, Romæ a mula. Satis igitur constat Poëtam Africæ descriptionem instituisse.

657. Igneus.] Sic restituendum. Id est, ardens, bellicosus. Vulg. Ignibus, minus benè.

Albanas arces.] Romanas, aut à Romanis conditas. Alba enim antiqua in Latio fuit urbs, ad Albani montis radices, ab Ascanio condita, quæ 300. ann. regni fuit caput. Justin. lib. 43. Hinc Orti Romani, Virg. 1. 27.

Fecit & æternam Trebiam, Cannasque sepulcris
 Obruit, & Libyam Italicas infudit in urbes.
 660 Huic varias species diversaque monstra ferarum
 Concessit bellis Natura infesta futuris:
 Horrendos angues, habitatæque membra veneno;
 Et mortis partus, viventia crimina terræ,
 Et vastos Elephantes habet; sævosque leones
 665 In pœnas fœcunda suas parit horrida tellus,
 Et portentosos Cercopum ludit in ortus;
 Ac steriles pejor siccas infestat arenas,
 Donec ad Ægypti ponat sua jura colonos.
 Inde Asiæ populi divèrsque per omnia tellus;

Bella B

Cyclopum R.P.
li R.P.

INTERPRETATIO.

& reddidit Trebiam immortalem nomine, & operuit Cannas tumulis, & intulit quasi totam Africam in civitates Italas. Auctor Natura dedit huic parti terrarum diversas partes, & varia portentosa ferarum, quæ futura erant noxia in bellis venturis: scilicet habet immanes serpentes, & arcus animalium plenos veneno, & factus lethi, & viventia vitia terra, & ingentes Elephantos; & illa terra fertilis in sua supplicia generat cru-
 deles Leones. & ludit in factus monstrosos Cercopum. & deterior, cum sterilis est inficit arenas suas aridas, usque dum collocet sua imperia ad incolas Ægypti. Deinde sunt gentes Asia, & terra locuples in omnibus rebus.

ANNOTATIONES.

Inferretque Dees Latio, genus unde Latinum,

Albanique patres, atque alta moenia Roma.

Annibal.] Amilcaris filius, dux Carthaginensis, qui Romanos tribus in præliis vicit, ut dictum est. v. 37. 38. & 654. &c.

658. Fecit & æternam Trebiam.] Victoriæ scilicet, quam apud hunc fluvium de Romanis retulit, v. 37. 38. 654.

Cannasque, &c.] Apud quas vicit quoque Romanos, v. 37. 38. 654.

659. Libyam.] Africam.

660. Huic.] Sup. terrarum parti, nempe Africæ, quam describit Poëta.

Monstra ferarum, &c.] Elephantos & Serpentes, quos fert præsertim Africa. His autem feris, Elephantis scilicet, primò usus est Pyrrhus in prælio adversus Romanos, nempe, contra Valerium Lævinum Cos. Romanum, dum Tarentinis adversus Romanos suppetias ferret. Justin. lib. 18. c. 1. Secundò Serpentibus pariter novo commento usus est idem Pyrrhus adversus Eumenem,

quos in fictiles lagenas vivos conjici jussit, ut inter præliandum mitterentur à suis in hostium naves. Justin. lib. 23.

665. Horrida tellus.] Scaliger, benè; desiderabatur enim nominativi casus. Rom. Horrida bella: sed sic interè punit,

In pœnas fœcunda suas: parit horrida bella.

Quæ lectio nec improba.

666. Cercopum.] Scal. benè. Cercopes enim sunt Simiarum genus omnium turpissimarum. Ovid. 14. met. Vulg. Cyclopum; malè; neque enim Africa fert Cyclopas. Deinde verba sequentia non ferunt ut de Cyclopum partu intelligantur. Quis enim crederet Africam ludere in ortus Cyclopum, quorum sunt immania corpora? Benè autem ludere dicitur in ortus Simiarum, quarum tota vita ludere est.

669. Inde Asia populi, &c.] His 10. v. seqq. descriptionem Asiæ instituit: superioribus autem versibus descripsit Africam.

670 Auratîque fluunt amnes, gemmîsque relucet
 Pontus: odoratæ spirant medicamina sylvæ.
 India notitiâ major: Parthique, vel Orbis
 Alter; & in Cælum surgentis mœnia Tauri;
 Tôtque illum circâ divisæ nomine gentes.
 675 Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus urbes,
 Mœotîsque lacus, Euxinîque aspera ponti
 Æquora, & extremum Propontidos Hellepontum,
 Hîc Asiæ metam posuit Natura potentis.
 Quod superest Europa tenet, quæ prima natantem

INTERPRETATIO.

Fluvii aurei labuntur, & mare micat
 lapillis preciosis: sylva odorifera exhau-
 lant medicamenta. Est & India notissima
 omnium; sunt Parthi, qui fuerunt quasi
 alter Orbis terrarum ab Orbe Romano-
 rum: sunt & alti muri montis Tauri,
 qui ascendit in Cælum. Et tot populi di-
 versis nomine circâ illum habitantes. Por-

ro ad Tanaim fluvium, qui dividit op-
 pida Scythica suis aquis, & ad paludes
 Mœotidos, & ad frigidæ aquas ponti
 Euxini, & ad ultimum Hellepontum
 Propontidos, ad hæc, inquam loca Au-
 ctor Natura collocavit finem Asiæ poten-
 tissima. Quod autem restat, Europa oc-
 cupat illud, quæ quidem prima & recepit

ANNOTATIONES.

670. Aurati amnes.] Puta Gangetem
 in Indiâ, qui volvit aureas arenas.

671. Pontus.] Oceanus scilicet Arabicus
 & Indicus, cujus utriusque littoribus are-
 næ nitent quasi gemmæ: imò gemmæ
 veræ micant.

671. Odorata sylva.] Quales sunt in
 Sabzâ & Arabiâ.

672. India.] Totius Asiæ regio notif-
 sima ad Ortum.

Parthique vel Orbis alter.] Parthia enim
 Assyriæ regio amplissima, de quâ sic
 Justin. lib. 41. Parthi. penes quos, vel di-
 visione Orbis cum Romanis factâ, nunc
 Orientis imperium est &c.

673. Mœnia Tauri.] Taurus mons al-
 tissimus in Asiâ, qui varia fortitur no-
 mina pro variis regionibus, quibus latè
 respondet. Plin. lib. 5. c. 2. & 17. Scili-
 cet mons iste pertinet ab insulis Cheli-
 doniis in mari Pamphilio ad Indicum
 mare, totumque Asiam in duas partes
 fecit, quorum quæ ad Septentrionem
 dicitur Asia intra Taurum: quæ ad Mc-
 sidicam Asia extra Taurum vocatur.

675. Ad Tanaim, &c.] His 4. v. po-
 stremis notat terminos Asiæ ab Europâ.
 Tanais igitur fluvius est, qui decurrens
 in Mœotidis paludes Asiam dirimit ab
 Europâ. Sic Lucan. lib. 3.

quæ vertice lapsus

Riphae Tanais diverſi nomina Mundi
 Imposuit ripas, Asiæque & terminus
 idem

Europa, media dirimens compendia
 terra, &c.

Malè igitur Vulg. tantum pro Tanaim
 habet.

Scythicas.] Scythia enim media di-
 rimitur à Tanaiide fluvio in duas par-
 tes, Europæam & Asiaticam.

676. Mœotîsque lacus.] Paludes Mœo-
 tidos. v. 617.

Euxini ponti.] v. 617.

677. Propontidos.] v. 616.

Hellepontum.] v. 616.

678. Natura.] Deus, Auctor Naturæ.

679. Quod superest Europa tenet, &c.]
 His 15. v. seqq. describit Europam & ejus
 varias regiones notat. Hæc autem ter-
 tia pars est veteris Orbis: noménque
 duxit ab Agenoris filiâ Europâ de nomi-
 ne, quam Jupiter in Taurum muta-
 tus rapuit dorſo ſuo, & in Cretam ve-
 xit per æquora. Ovid. metam. 2. & 3.
 Prima.] Supl. pars Orbis terrarum.

Alludit autem Poëta ad Fabulam de Eu-
 ropâ. Jupiter enim ſub formâ tauri ra-
 piens Europam Agenoris filiam, vexit
 eam per medium mare, primûmque
 appulit in Europam, ſcilicet in Cretam,
 quæ pars est Europæ.

Fluctibus

680 Fluctibus excepitque Jovem, taurumque resolvit,
 Condere passa sibi signisque humerisque juvantem.
 Ille puellari donavit nomine fluctus,
 Et monumenta sub hoc titulo sacravit amoris.

pondere passa suo signisq. amoris juvantem R.P.

Maxima terra viris, & fecundissima doctis
 685 Urbibus: in regnum florentes oris Athenæ;
 Sparta manu; Thebæ Divis; & rege vel uno
 Illa domus princeps Trojani Græcia belli;
 Thessalia; Epirusque potens; vicinaque ripis

aus, Divisit R.P.

INTERPRETATIO.

Jovem tranantem aquas maris, & detexit illum latitantem sub fœda tauri, dum scilicet permittit illum monentem & signis & humeris subicere sibi; Jupiter autem vocavit undas de nomine illius puella, & sub hoc nomine consecravimus monumenta sui amoris. Est autem Europa potentissima hominibus,

& abundantissima doctis civitatibus: sunt enim Athenæ, quæ claruerunt imperio lingua; Sparta, quæ claruit armis: Thebæ, quæ claruerunt Diis: est etiam illa gens Græcia (qua auctor fuit belli Trojani) quæ claruit vel uno rege; est & Thessalia; & potens Epirus; & Illyris, qua adjacet

ANNOTATIONES.

680. Taurumque resolvit. Id est, re-
 exxit formam tauri in ipsum Jovem, Ju-
 piter quippe formam tauri deposuit, ut
 eâ potiretur, Ovid. 2. metam.

681. Signisque humerisque juvantem.
 Sic Ovid. citat, [herbâ:

Et nunc alludit, viridique exultat in
 Nunc latus in fulvis niveum deponit
 arenis. [cornu fertis

Paulatimque, metus dempto, modò
 Impedienda novis, &c.

682. Puellari nomine, &c.] Quanquam
 non Europæum ab Europâ, vocatum est
 illud fretum, quod sciam: sed Bos-
 phorus Thracius: tertia verò pars Or-
 bis Europa dicta est ab Europâ Ageno-
 ris filiâ.

685. Athenæ.] Urbs fuit totius Græciæ
 Clarissima, Musarum domus, Minervæ
 sacra, studiis inclita, omnium doctri-
 narum inventrix, & in quâ, ut ait Cic.
 1. Orat. summa dicendi vis & inventa,
 & perfecta est.

686. Sparta manu.] Urbs Peloponnesi
 armis potens, dicta olim Lacedæmon.

Thebæ Divis.] Sic restituendum. Malè
 enim Vulg. & Rom. Thebas divisit:
 Bitur. Theba divisa. Thebæ autem terrâ
 fuit Deorum ferrox, in quâ nati Hercu-
 les, Bacchus, &c. Sic Senec. in Herc. furent.

quis satis Thebas fias?
 Ferox Deorum terrâ, quam dominum
 timuit, &c.

M. MANIL.

Sic Senec. Philof. suaf. 2. Athenæ eloquen-
 tiâ inclita sunt: Thebæ sacris: Sparta ar-
 mis, &c. Quæ quasi ipsius Manilii sunt
 verba. Non est igitur cur etiam Scaliger
 ordinem horum versuum immutet, &
 legat

Princeps illa domus Trojani Græciæ
 Maxima terra viris &c.

Rem enim benè non cepit ad mentem
 Manilii, ut ex ipsâ nostrâ interpreta-
 tione satis constat.

687. Rege vel uno illa domus.] Sic
 restituendum. Scilicet per Domum
 Græciam, quæ auctor fuit belli Trojani,
 intelligit Mycenæ, quæ vel uno rege
 Agamemnone floruit, ut potè cujus
 unius nomine & imperio tota Græciæ
 bellum Trojanum suscepit, & Trojam
 evertit. Nisi per domum intelligi ma-
 lueris, non Mycenæ, sed familiam ip-
 sam Agamemnonis, quæ vel uno Aga-
 memnone satis floruit. Scaliger autem
 rem aliter interpretatur: sed malè, meo
 quidem iudicio.

688. Thessalia.] Regio Græciæ, ex unâ
 parte Bœotiam, ex alterâ Macedoniam
 habens, ad mare inter Peneum amnem
 & Thermopylas, extensa. In quâ mons
 Olympus.

Epirusque.] Regio Græciæ, in quâ olim
 regnavit Pyrrhus; à Septentrione Ma-
 cedoniam, ab Oriente Achaiam, ab Oc-
 cidente Ionium mare habet.

Yy

præconis R. P.
am in am R. P.

vocant R. P.

affertur R.

sunt R.

Illyris; & Thrace Martem sortita colonum;
690 Et stupefacta suos inter Germania partus:
Gallia per census; Hispania maxima bellis:
Italia summâ, quam rerum maxima Roma
Imposuit terris; Cæloque adjungitur ipsa.
Hos erit in fines Orbis Pontique notandus,
695 Quem Deus in partes & singula dividit astra,
Ac sua cuique dedit tutelæ regna per Orbem,
Ac proprias gentes, atque urbes addidit altas,
In quibus affererent præstantes sidera vires.
Ac velut humana est Signis descripta figura,
700 Ut, quanquam communis eat tutela per omne
Corpus, & in proprium divisis artubus extet:
Namque Aries capiti: Taurus cervicibus hæret:
Brachia sub Geminis censentur: pectora Cancro:

INTERPRETATIO.

istoribus maris: & Thracia, quæ habuit
Martem incolam: & Germania, quæ at-
tonita hæret inter suos ingentes factus:
& Gallia, quæ claret opibus: & Hispania
quæ potentissima est armis: & Italia deni-
que quam Roma rerum potita constituit do-
minam terris omnibus: & quæ ipsa Ro-
ma in Cælum refertur, Terra & mare erunt
describenda in hos terminos, quem utrius-
que globum Deus distinxit sic in suas par-
tes, & in sua quæque Signa, & tribuit uni-

cuique tutamini sua imperia per terrarum
Orbem, adjunxit & suos populos & suas ci-
vitates insignes cuique sideri, in quibus Si-
gna tribuerent præcipuas suas virtutes &
affectiones. Et sicut forma corporis huma-
ni distributa est suis Signis, ita ut, quam-
vis commune tutamen vadat per totum cor-
pus, sit tamen membris singulis distributa
in suas peculiare sortis: ceterum Aries tri-
buitur capiti: Taurus collo: brachia ponun-
tur sub Geminis: præcordia sub Cancro:

ANNOTATIONES.

689. Illyris.] Regio Europæ ad mare
Adriaticum, in quâ urbs Rhagus, quæ
olim Dyrrachium dictum fuit.

Thrace.] Vel Thracia, vulgò Ro-
mania, Europæ regio: sic dicta à Thra-
ce Martis filio, Mars autem in eâ re-
gione natus fingitur. Virg. 3. æn.

690. Germania.] Vulgò l'Allemagne,
regio Europæ notissima, quæ ingentes
ac proceros fert homines, ut iterum
notat v. 713.

691. Gallia per census.] Id est, nobi-
lis suis opibus. Sic v. 791.

Et quod fert Gallia dives.
Census enim pro divitiis sumitur lib. 1.
v. 12.

Hispania maxima belli.] Hellinif-
mus, id est, nobilis laude belli; sci-
licet plura & magna gesta sunt à Ro-
manis aut contra Romanos bella in
Hispaniis.

693. Imposuit terris.] Id est, totius
Universi dominam fecit.

Ipsa.] Sup. Roma, non Italia. Ro-
mam enim suam Romani divinitate
donarunt. Hinc in veteribus inscriptio-
nibus legitur Roma Dea: Roma Dea sa-
cerdos.

694. Hos erit in fines, &c.] His 5. v.
concludit hos esse terminos ac fines glo-
bi terrarum & aquarum, quibus sin-
gulis sua sidera dominantur per regio-
nes & per urbes.

699. Ac velut humana &c.] His 10. v.
rem exemplo confirmat. Sicut enim
inquit sua singulis corporis humani
membris Signa dominantur: ita sua
Signa singulis regionibus præstant.

701. Namque Aries capiti. &c.] Quod
hic summatim memorat de tutelâ mem-
brorum corporis humani, id fufius ex-
plicuit lib. 2. v. 454.

Spanhamm & Numis
p: 914:

vis: Taciti. A: 1: pag: 102
ubi de consuetudine Gælicorum:

Et thofodun Not ad vet: Gælicum.

Gælicum dicit: 1628: Gælicum: Gælicum: p:

44: Legit Gallia præconis

Europæ lib. vi: de Julio & Hispaniis.

sare, Gallia ante Tribuli nomine

annum imperavit Tribuli nomine

- Te scapulæ, Nemeæ, vocant: téque ilia, Virgo :
 705 Libra colit clunes: & Scorpius inguine regnat:
 Et femur Arcitenens: genua & Capricornus amavit:
 Crurâque defendit Juvenis: vestigia Pisces:
 Sic alias aliud terras sibi vendicat astrum.
 Idcirco in varias leges, variâsque figuras
 710 Dispositum genus est hominum; proprioque colore
 Formantur gentes; sociatâque jura per artus,
 Materiâque parem privato fœdere signant
 Flava per ingentes surgit Germania partus;
 Gallia vicino minùs est infecta rubore:
 715 Asperior solidos Hispania contrahit artus:
 Martia Romanis Orbis Pater induit ora,
 Gradivumque suum miscens benè temperat artus.
 Pérque coloratas subtilis Græcia gentes

nimis R.

INTERPRETATIO.

humeri agnoscunt te, ò Leo: & inestina
 ze, ò Virgo: Libra curat nates: & Scorpius
 dominatur inguini: & Sagittarius di
 lexit coxas: & Capricornus poplites: &
 Aquarius tutatur tibias: Pisces plantas
 pedum: ita aliud sidus assumit sibi alias
 regiones. Idèò gens humana composita est
 in tot diversas agendi rationes, & in tot
 diversas formas, & populi tinguntur suo
 peculiari colore: & concordæ leges insunt

inter membra cujusque gentis: & no
 tant materiam similem peculiari tamen co
 gnatione. Germania tincla flavo colore
 crescit in immanes factus: Gallia minùs
 est perfusa colore, qui cognatus sit illi:
 Hispania rigidior inducit membra dura:
 Genitor Mundi dedit vultus Martialis Ro
 manis: & intermiscens suum Martem vi
 dè temperat membra Romanorum & agilis
 Græcia ostendit in vultu suorum populorum

ANNOTATIONES.

704. Nemeæ.] Leo. lib. 1. v.
 706. Arcitenens.] Sagittarius, lib. 1.
 700. Juvenis.] Sagittarius, ut sæpè
 monui.
 709. Idcirco in varias, &c.] His 20. v.
 seqq. varios cujusque populi colores,
 varias formas, ac leges refert Poëta
 in has proprias siderum tutelas. Rem au
 tem longâ inductione explicat & firmat.
 713. Flava per ingentes, &c.] Dicit
 flavos esse Germanos, & proceros.
 714. Gallia vicino, &c.] Dicit Gal
 los minùs esse flavos quàm Germanos.
 Scilicet quia magis ad Solem accedit
 Gallia, Quò magis ad Septentrionem
 accedunt populi, eò magis flavescunt
 eorum capilli.
 715. Asperior, Hispania, &c.] Dicit
 Hispanos asperiores esse, minùsque de
 licatos. Scilicet quia magis, quàm Gal
 li accedunt ad Solem, cujus calore po
 puli subrubescunt, & asperiores fiunt.

716. Martia Romanis, &c.] In lau
 dem Romanorum dicit iis à Jove da
 tos vultus, non flavos, ut Germanis,
 non subflavos, ut Gallis, non minùs
 adustos, ut Hispanis, sed Martios,
 & subadustos.
 717. Gradivum.] Martem, Gradivus
 enim cognomen est Martis, vel à gra
 diendo, quia per gradus itur ad bellum,
 vel àνὸ τοῦ γαδίου à vibrando hastam:
 vel quod verius crediderim à voce Thra
 cæ, quæ bellicosum & fortem significat.
 718. Pérque coloratos, &c.] His 2. v.
 ait Græcos esse adustos ex Solis ardo
 re, & ex pulvere gymnastico. Græci
 quippè olim in genere Palæstrarum præ
 cipuè exceluère. Pugiles etiam apud
 illos ungebant se ad Solem, ut oleo
 & Solis ardore corpus imbiberetur. Ju
 ven. Satyr. 4.

Nostra bibit vernum contradiâ cœliem
 la Solem.

Y y ij

Gymnasium præfert vultu, fortisque palæstras?

710 At Syriam prædunt torti per tempora crines:
Æthiopes maculant Orbem, tetrisque figuris
Perfusas hominum gentes: minùs India tostas
Progenerat, mediúmque facit moderata tenorem:
Jam propior, tellúsque natans Ægyptia Nilo

725 Lenius irriguis infuscat corpora campis:
Pœnus Arenosis astorum pulvere terris
Exsiccat populos; & Mauritania nomen
Oris habet, titulúmque suum fert ipsa colore.

Adde sonos totidem vocum, totidem inferre lin guas

730 Et mores pro sorte pares ritúsque locorum.

Adde genus proprium simili sub semine frugum,

INTERPRETATIO.

coloratorum Gymnasium & robustas suas
Palæstras: capilli autem crispi circum tem-
pora manifestant Syriam: Æthiopes verò
contaminant orbem terrarum & genus ho-
minum, qui maculati sunt nigris colori-
bus: India procreant gentes minùs adustas,
& quia temperata est reddit medium co-
lorem: at terra Ægyptia qua vicinior est,
& qua irrigatur Nilo, minùs adhuc macu-
lat corpora hominum, qui degunt in

agris illis irrigatis à Nilo: Carthagenensis
adurit suo pulvere gentes in campis are-
nosis Africorum; & Mauritania ducit
nomen à vultu suorum, & ipsa habet
nomen suum à colore gentium suarum.
Adjunge totidem diversos sonitus vocum,
& immisce totidem diversas loquelas,
& similia studia: pro ratione loci; & ha-
bitus regionum. Adjunge peculiarem spe-
ciem fructuum sub pari tamen semine.

ANNOTATIONES.

719. *Gymnasium.*] Locus erat, in quo
fiebat exercitium, sed in quo præter-
tim nudi palæstræ exercebantur.

Palæstras.] Palæstra vel luctatio est,
vel locus in quo luctationibus, cursu,
aliisque ludis adolèscentes exercebantur
præsertim apud Græcos.

720. *At Syriam &c.*] Docet Syrios,
qui populi sunt Asiæ inter Euphratem,
Arabiam, Ægyptum, & mare medi-
terraneum, crines habere crispas, præ-
nimio Solis æstu, cui subjacent.

721. *Æthiopes maculant Orbem.* &c.]
Dicit Æthiops Africæ populos esse ni-
gro colore. Toti quippè nigrescunt;
unde illud proverbium *Αἰθίοψ ὡς ἀστὴρ*
(Æthiops non albescit).

Tetrisque figuris.] Sic restituendum.
Minùs enim benè Vulg. *tetrásque fi-
gurant.*

722. *Minùs India tostas.*] Indi minùs
sunt adusti, sed fuscum inter & tostum
olivastrum, quem vocant, habent co-
lorem, quia minùs sub Sole jacent.

724. *Tellus Ægyptia.* &c.] Ægyptios

ait esse minùs nigros, quàm Æthio-
pes. Ægyptum autem irrigat quotan-
nis Nilus, ut monui lib. 1. v. 44. &
& lib. 3. v. 272.

726. *Pœnus arenosis.* &c.] Afros ait
esse tostos, & adustos, tum ardore So-
lis, cum arenis succis, Pœnus igitur,
seu Phœnus, id est, Carthagenensis.
Carthagenenses enim orti dicuntur à
Phœnicibus Tyræ populis, qui duce
Didone in Africam appulerunt, & ur-
bem Carthagini condiderunt.

727. *Mauritania.*] Africæ regio ex-
trema versùs Gaditanum fretum, à voce
Græcâ *μαυρός*, niger. Nigros enim ha-
bet colonos. Dividitur nunc in hæc tria
regna, 1. de Dara. 2. de Fez. 3. de Maroc.

729. *Adde sonos totidem vocum.* &c.]
His 11. v. referendas quoque ait diver-
sas gentium voces ac loquelas, diver-
sos mores, diversa frugum genera,
diversas uvas, diversos arborum fru-
ctus, diversas pecudum ac ferarum fa-
cies, atque alia ejusmodi in hæc si-
derum tutelae per diversa terrarum loca.

Afros ait R.

luc R.

Et Cererem variâ redeuntem messe per Orbem ,
 Nec paribus siliquas referentem viribus omnes :
 Nec te , Bacche , pari donantem munere terras ,
 735 Atque alias aliis fundentem collibus uvas ,
 Cinnama nec totis passim nascentia campis :
 Diversas pecudum facies , propriâsque ferarum ,
 Et duplici clausos Elephantes carcere terræ .
 Quot partes Orbis , totidem sub partibus Orbes .
 740 Et certis descripta nitent regionibus astra ,
 Perfunduntque suo subjectas æquore gentes .
 Laniger in medio sortitus sidera Mundo
 Caurum inter gelidum , repidi per tempora Veris ;

rationibus B.

other:

pro tempore vertitur Axis B.

INTERPRETATIO.

Et Cererem frugum Deam , qua redeat
 per orbem terrarum sub diversâ messe . Et
 qua non reddat cunctas siliquas frugum
 cum similibus roboribus : Et te , ô Bacche ,
 qui non omnes terras ubique simili dono ,
 qui reddas diversos racemos diversis jugis
 montium : nec Cinnama crescentia ubique
 in omnibus agris : Et varias formas peco-
 rum , Et peculiare figuras belluarum . Et

Elephantes , qui reperiuntur tantum in dua-
 bus partibus terræ . Denique tot viden-
 tur esse diversi Orbes in singulis parti-
 bus , quos sunt partes Orbis : Et sidera di-
 stributa lucent per suas quaque regiones .
 Et imbuunt aquis suarum affectionum po-
 pulos , qui sub ipsis jacent . Aries v. g. quia
 habet stellas suas in medio Mundo inter fri-
 gidum Caurum in tempore Veris tepentiu .

ANNOTATIONES.

732. Cererem .] Frugum Deam , quæ
 pro ipsâ messe , ac segete sumitur . lib. 2.
 v. 21. Quod autem Poëta noster refert
 hic de variâ frugum messe , id eleganter
 & Virg. 1. Georg. v. 54. & seqq.
 & Sydon. Apoll. paneg. ad major. Aug.

734. Bacche .] Bacchus vini Deus cre-
 ditur . Hinc & pro vino , & vindemiâ
 usurpatur , lib. 2. v. 20 & 21.

736. Cinnama .] Cinnamum , vel
 cinnamomum , præstans est aroma ,
 quod præsertim in Panchaiâ Arabiæ re-
 gione nascitur , Gallicè , de la Cannelle .

738. Duplici carcere terra .] Nimirdum in
 Africâ & Asiâ . Nulli enim in Europâ nas-
 cuntur Elephantes , Quins. Curt. lib. 8.

740. Et certis descripta .] His 2. v.
 docet igitur certis quæque suis terrarum
 regionibus præsse Signa , quæ suis af-
 fectionibus , quas influentias vocant ,
 regiones illas afficiant .

741. Perfundunt suo æquore .] Meta-
 phora ab aquarum infusione desumpta .
 Id est suis affectionibus donant & affi-
 ciunt . Ptolem. lib. 2. quad. c. 2.

742. Laniger in medio .] His 9. v.
 docet Arietem dominari Helleponto
 mari , ac Propontidi , Syrix , Persidi ,

& Ægypto . De Arietis autem tutelâ istâ
 non consentiunt Auctores . Namque Pto-
 lemæus lib. 2. quad. c. 2. sub Arietis tu-
 telam ponit Britanniam , Galliam ,
 Germaniam , & Palæstinam : Hippar-
 cus , teste Scaligero , Thraciam , Ba-
 byloniam , & Armeniam .

In medio sortitus sidera Mundo .] Et .]
 Loquitur Manilius ad eorum opinio-
 nem , qui Mundi primam genituram
 retractantes medium Cœli sub Ariete
 positum esse voluerunt , dum conditus
 est Mundus . Hinc sub Æquinoctio verno
 conditum Mundum crediderunt multi
 tum sacri tum profani Scriptores .

743. Caurum inter gelidum .] Caurus
 ventus est , ut monui v. 585. ab Occasu
 flans , inter Favonium & Boream . Hic
 autem versus inutilis esse videtur , aut
 omnino corruptus . Ut enim explicaret
 Poëta benè sortitum esse Arietem suas
 stellas in medio Mundo inter gelidum
 Caurum , debuit addidisse , & Vulturum ,
 qui ventus est Cauro oppositus ab Ortu
 spirans . Sic enim benè notaret medium
 Mundum . Deinde Vulg. mendosè habet :

Caurum inter gelidum per tempora
 vertitur axis .

Y y iij

inde vicis positum, & R.

- 748 *Afferit in vires pontum, quem vicerat ipse,*
Virgine delapsâ cum fratrem ad littora vexit,
Et minui deflevit onus, dorsumque levare.
Illum etiam venerata colit vicina Propontis :
Et Syriæ gentes : & laxo Persis amictu ,
Vestibus ipsa suis hærens : Nilusque tumescens
 750 *In Cancrum : & tellus Ægypti iussa natæ.*
Taurus habet Scythiæ montes, Asiâque potentem ;
Et molles Arabes , sylvarum ditia regna.
Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus
Sub Geminis te , Phœbe , colit : post brachia fratris

INTERPRETATIO.

vendicat in sua jura mare , quod ipse superaverat , quando detulit ad oras fratrem , cujus soror puella cecidit in mare , & flevis pondus suum diminui ; & dorsum suum exonerari . Propontis contermina venerabunda veneratur quoque illum : & populi Syria : & Persis ipsa qua amplam gerit togam , & qua ipsa stat suis vestimen-

tis : & Nilus exundans sub Cancro ; & terra Ægypti , cui datum est innatæ aquis Nili . Taurus assumis sibi colles Scythia : & potentem Asiâ : & effaminatos Arabes , & regiones divites sylvis odoriferis . Pontus Euxinus : qui curvatur in arcus Scythicos veneratur te , ô Apollo , sub ipsis Geminis : Gangitis verò pars prima

ANNOTATIONES.

744. *Pontum, quem vicerat, &c.*] Hellespontum; alludit enim Poëta ad Fabulam, quam retulimus lib. 2. v. 34.

745. *Virgine delapsâ.*] Nimirum Helle Phryxi sorore, v. 516. 615. & lib. 2. v. 34.

Fratrem.] Phryxum Helles fratrem, v. 615 & lib. 2. v. 34.

747. *Propontis.*] V. 616.

748. *Syria gentes.*] Syria Asiæ regio, v. 722. Hanc autem regionem Arieti subjicit Poëta, propter Tyrum & Sidonem ejusdem regionis oppida, quæ conchylio & purpurâ, lanarumque tincturâ celebrantur.

Persis.] Vel Persia, Asiæ regio celeberrima, cujus populi lanificii & vestificii studiosi sunt. Hi autem longas togas gerunt, unde ait Poëta illos quasi suis vestibus stare.

749. *Nilusque tumescens in Cancrum.*] Sic lib. 3. v. 531.

Nilusque tumescit in arva,
Hic rerum status est. Cancro cum sidere
Phabus

Solstitium facit, &

750. *Tellus Ægypti iussa natæ.*] Sic

v. 726.

Tellusque natans Ægyptia Nilo.

751. *Taurus habet Scythia &c.*] His 2. v. ait sub Tauro jacere Scythiam, Asiâ, & Arabiam. Scythia Septentrionalis est regio, quæ nunc *Tartaria* dicitur, cujus coloni, teste *Jussim.* lib. 2. armenta aut pecora semper pascunt, aut per incultas solitudines errare solent. Hinc Tauro subjici vult illos Manilius.

752. *Arabes molles.*] Arabia, Asiæ est regio, de quâ v. 654.

753. *Euxinus Scythicos, &c.*] His 2. v. cum dimidio docet sub altero Geminorum jacere pontum Euxinum: sub altero Gangetem fluvium. De ponto Euxino diximus v. 515. 615.

Scythicos in arcus, &c.] Duo quippè sunt Euxiniponti promontoria ad oras Scythiæ, quæ in mare ita reducuntur, ut arcus similitudinem videantur imitari.

754. *Phæbo.*] Apollo. Duo enim Geminii quibusdam dicuntur Apollo, & Hercules: aliis verò Castor & Pollux, ut monui lib. 1. v. 165. not.

753: vid Plin: l: 4. c: 12:

Melam, Dionysij nepotij pater:

Stuebena, et Am: Marc' Antoninus

lib: 22:

- 755 Ultimus est positus Ganges. Colit India Cancrum :
 Ardent Æthiopes Cancro, cui plurimus ignus,
 Hoc color ipse docet. Phrygiâ, Nemeæ, potiris,
 Idææ matris famulus, regnique ferocis
 Cappadocum, Armeniæque : jugis Bithynia dives
 760 Te colit, & Macedum tellus, quæ vicerat Orbem.
 Virgine sub castâ felix terrâque marique

INTERPRETATIO.

fit est extrâ brachia tui fratris, ô Apollo, India veneratur Cancrum : Æthiopes aduruntur à Cancro, qui plurimum habet calorem, quod color Æthiopum indicat satis, Tu, ô Leo, frueris Phrygiâ : quippè qui sis alumnus matris Idææ, & regionis barbara Cappadocium, & Armenia : Bithynia, qua locuples est montibus, veneratur quoque te, & ipsa terra Macedonum, qua olim superaverat totum Orbem terrarum. Tu, ô Rhodos, jaces sub pudicâ Virgine, fortunata scilicet terrâ & mari.

ANNOTATIONES.

755. *Ultimus est positus Ganges.*] Sic restituendum fuit. Recte enim ultimus Ganges ponitur sub altero Geminorum, cum sub altero ponatur pontus Euxinus. Quippe ultimus Ganges, id est, Gangetis pars prima, & origo, quæ incipit a fontibus Scythicis, Unde à Plinio lib. 5. c. 27. vocatur *Scythicus*. Cujus veræ lectionis vestigia habet Vulg. *Ultimus est solitarius Ganges*. Valeat ergo Scaligeri castigatio : *ultimus ex solido tetrans* : quasi ultima pars reliqui tetrantis ex solido detur alteri Geminorum. Quæ interpretatio non ad Manilii mentem, sed ad Ptolemæi rationem potius fieret. Aliter enim Ptolemæus, aliter Manilius Signorum tutelas per varias regiones explicuerunt. Ille quidem per Trigona : hic autem per Signa. Quasi verò, licet India ponatur sub Cancro, prima pars Gangetis non possit jacere sub altero Geminorum, cum oriatur è fontibus Scythicis, teste Plinio lib. 5. c. 27. Vox autem *ultimus, a, um*, sumitur promiscuè per utrâque rei extremâ parte, ut sæpè monui. Ganges igitur Indiæ fluvius est notissimus, de quo multi multa extrâ fidem scripserunt. Virg. 3. zn. v. 30. Strab. lib. 15. & alii.

755. *Colit India Cancrum, &c.*] His 2. v. ait sub Cancro positam esse Indiam & Æthiopiam. De quibus v. 674. & 723.

756. *Cui plurimus ignis.*] Tunc enim, id est, sub Cancro, Sol maximè ardet. Loquitur autem habitâ ratione nostri,

neque enim Æthiopibus calidior est Sol sub Cancro, quàm sub aliis Signis, cum jaceant sub Æquatore.

757. *Phrygiâ, Nemeæ, &c.*] His 3. v. cum dimidio docet sub Leone jacere Phrygiam, Cappadociam, Armeniam, Bithyniam, & Macedoniam. Phrygia autem regio est minoris Asiæ, ubi Troja fuit, & Ida mons, qui leonibus abundat. *Nemeæ.*] Leo, lib. 1. v.

758. *Idææ matris.*] Cybeles, Cybele enim magna Dea, vocatur ab aliis *montana* ; ab aliis, *Phrygia* : ab aliis *Idæa*, &c. Scilicet quæ in montibus coleretur, sed præsertim in Idæ monte Phrygiæ : quo in monte leones multi vagantur. Leones autem sacri sunt Magnæ Matri.

756. *Cappadocium.*] Cappadocia regio est Pontica, ab Armeniâ per Euphratem divisa, in quâ leones multi nascuntur.

Armeniæque] Regionis Taurum montem inter & Caucalum à Cappadociâ ad mare Caspium protensa. In quâ & leones multi reperiuntur.

Bithynia.] Asiæ minoris regio, montibus & sylvis abundans.

760. *Macedum.*] Macedonum, qui populi sunt Europæ, quibus olim imperaverunt Philippus & Alexander magnus ; quorum hic totius Orbis imperium tenuit.

761. *Virgine sub Castâ, &c.*] His 6. v. docet sub Virginis sidere jacere Rhodum, Ioniz urbes, Doridem, Arcadiam, & Cariam.

Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem :
Túque domus verè Solis, cui tota sacrata es ,
Cùm cuperent lumen magni sub Cæsare Mundi ;

765 Ioniz quoque sunt urbes, & Dorica rura,
Arcades antiqui, celebratâque Caria famâ.

Quod potius regat Italiam, si feligis, astrum,
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera novit,
Designat summas, & iniquum separat æquo,

INTERPRETATIO.

tu quæ es domus Imperatoris, qui recturus
est totum Orbem terrarum, & tu, quæ es
verè habitaculum Solis, cui tota consecra-
ta es, cum omnes optarent lucem magni
Mundi in ipso Cæsare Tiberio, Civitates
etiam Ionia jacent sub Virgine, & agri
Dorici, & veteres Arcades, & Caria no-
bilis famâ suâ. Quodam autem sidus,
si eligis, gubernet magis præcipue Ita-
liam, quam illud, quod gubernas omnia,
quod novit pondera rerum, quod vocat
summas, & quod dirimit injustum à justo.

A N N O T A T I O N E S.

Spanhemius De Numis p: 200

464. : videri plane vestigiis
bus Manilii, quibus Patro-
culus, Tiburij Aulaton libe-
cap: 99:

762. *Rhodon.*] Vel Rhodus, insula est
Mediterranæi maris, quam olim tenuerant Equites nostri Hierosolymitani, qui an. 1522. ab eâ insulâ pulsi à Solymano in Melitensem insulam secesserunt, à quibus dicti Equites Melitenses *Chevaliers de Malthe*. In Rhodo autem insulâ urbs est notissima ejusdem nominis, in qua claruit olim ille Solis Colossus ex ære, altitudine LXX, cubitorum, Unde vocatur à Manilio *Demus Solis*, cui sacra fuit. Vocatur & *Hospitium re-
guri Principis Orbem*, id est, Tiberii, qui successit Augusto Cæsari, Tiberius enim, teste Sueton. 10. 11. 12. in Tiber. Rhodum in insulam secessit, vel uxoris, vel reipublicæ tædio affectus, ubi per an. VIII. quasi exul remansit. Is enim licet Augusti non filius sed privignus tantum, (ut qui natus erat ex Liviâ Augustâ), filius tamen Augusti dictus est ex adoptione, & Imperii tandem factus. Mortuis enim Germanico, & Agrippâ, in unum Tiberium omnes ora & oculos converterunt, quem ad Imperium vocarent. Quo ex hoc uno loco facile colligere est Manilius O. Augusti Cæsaris temporibus scripsisse.

764. *Cum cuperens, &c.*] Rom. benè; cujus rei vestigium habet Gemb. *Cum ca-*
perens. Scilicet notat quâ ratione domus
Solis sit Rhodus, vel eo nomine, quod
omnium votis sacrata fuerit, cum Ti-
berius inde rediturus cuperetur: quasi
Tiberius foret lux & lumen magni Mun-

di, id est, Sol alter, qui terris luceat. Alludit autem etiam Poeta & ad illud quòd de Rhodo dicitur, nimirum quòd nunquam in Rhodo ita nubilum sit Cœlum, quin Sol aliquando in die non conspiciatur. Minus ergo mihi probatur Scaligeri castigatio: *Cum caperes*. Quasi idè Solis domus sacra fuerit Rhodus, quòd in eâ moram foverit Tiberius Cæsar.

765. *Ionia urbes.*] Ionia regio est Asiae minoris, cujus praecipuae sunt urbes *Miletus, Ephesus, Colophon, Erythrae, &c.*

Dorica rura.] Doris, idis, regio est Græciæ.

766. *Arcades.*] Arcadia regio est Peloponnesi, ab Arcade Jovis filio ex Calisto. Unde Arcades dicuntur à Manilio antiqui.

Caria.] Minoris Afiz regio; cujus populi despectissimi fuerunt. Unde Cic. pro Flacc. *Quid de totâ Cariâ? Nonne hoc vestrâ voce vulgatum est, siquid cum periculo experiri velis, in Cariâ potissimum est faciendum.* Scilicet hanc multitudo Imperatorum perdidit. Unde vox *famâ* debet sumi hic in malam partem.

767. *Quod potius regat Italianam, &c.*] His 9. v. docet sub Librà esse Italianam, Scilicet quia Italia Regina est omnium gentium, omnibus imperat, & quasi lancibus tollit aut premit singulas gentes: idè sub Librà jacere voluit eam Manilius, Adulatoria fanè sententia.

768. *Quàm quod c. nēta regit.*] Id est,
quàm Libra, quæ regit omnia.

Tempora

- 770 Tempora quo pendens, coeunt quo noxque disscue,
 Hesperiam sua Libra tenet, quâ condita Roma
 Et propriis frænat pendentem nutibus Orbem;
 Orbis & imperium retinet: discrimina rerum
 Lancibus & positas gentes tollitque premitque:
 775 Quâ genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.
 Inferius victæ sidus Carthaginis arces,
 Et Libyam, Ægyptique latus, donatæque regna
 Eligit: Italique tamen respectat ad undas,

INTERPRETATIO.

Et quo ponderantur tempora dierum ac noctium, & quo nax ac dies similes sunt. Libra sua habet Hesperiam. Sub quâ Roma posita, & coarctat totum Orbem terrarum, qui dependet à suis legibus: & tenet imperium totius Orbis; & dirimit discordias rerum suis lancibus, attollit & deprimit iisdem lancibus populos sibi subiectos; sub quâ natus Remus cum fratre suo Romulo construxit hanc urbem Romam. Signum, quod est infra Libram, deligit sibi turres Carthaginis devictæ. & Libyam, & latus Ægypti, & regiones datas Romanis; & tamen respicit ad aquas Italia;

ANNOTATIONES.

770. Tempora quo pendens, &c.] Etenim Libra dies noctibus partes reddit.

771. Hesperiam.] Italiam. Hesperia enim commune nomen Italiae & Hispaniae. Quanquam Hispania, non Hesperia simpliciter sed Hesperia extrema, vel ultima dicta est; Horat. i. carm. At Virg. cum per Hesperiam notat Italiam, dixit simpliciter Hesperiam, 2. æn. Sic igitur per Hesperiam hic notat Poëta Italiam. Et verò jam infra v. 790. & seqq. repōnit Hispaniam sub Capricorno.

Quâ condita Roma.] Id est, sub quâ Librâ posita est Roma; sic enim v. 786. Sub eadem condita Signo, id est, sita & posita. Neque enim notat hic Manilius Romæ natalitium.

774. Tollitque.] Hoc verbum duplicis verbi vicem gerit. Refertur enim & ad voces, discrimina rerum tollit; id est, dirimit: & ad istos, positas gentes tollit; id est, attollit, eleve; premitque, & abaisse, sup. Roma.

775. Quâ Genitus cum fratre Remus.] Natalem diem Remi & Romuli refert Poëta ad Libræ sidus. Multi tamen multa de natalitio Remi & Romuli scribunt. Alii enim natos illos volunt xix. die Decemb. Alii xxx. Novemb. Alii mense Octob. Alii mense Septembri, quæ vulgi est opinio recepta. De Remo autem & Romulo disputatum est fufius v. 26.

M. MANILI.

776. Inferius victæ sidus, &c.] His s. v. docet Scorpionem subijci Carthaginem, Libyam, Corenam, Cyrenaicam provinciam, Hetrutiam, Sardiniam, & vicinas in eâ parte maris insulas.

Inferius sidus.] Id est, Scorpius, qui infra seu post Libram sequitur.

Carthaginis.] Urbis Africae, v. 656.

777. Libyam.] Africae regionem, vel Africam ipsam, v. 659.

Ægyptique latus.] Puta eam Africae partem, quæ Ægypto contermina est, scilicet Cyrenæa, in quâ Jupiter Ammon olim colebatur.

Donatæque regna.] Scaliger putat esse Ægyptum, quam Herodotus vocat Σηπι ποταμού, danum fluminis; & Lucan. donatum regnum: scilicet à Senatu Romano restituta est Ægyptus Auleti Ptolemæo penultimo. Verum, non sub Scorpione, sed sub Ariete ponitur Ægyptus, v. 751. Itaque per donata regna intelligit Manilius Cyrenaicam ipsam, quam Populo Romano dedit Appio Ptolemæus. Bonincontrius intelligit Numidiam, quam Massinissæ regi dedit Populus Romanus: verum cum Numidia sit ipsa Libya, iterum poëta rem notare videretur.

778. Elegit.] Ita restituunt Bonincont. & J. Bitur. benè. Male enim Vulg. & Rom. Erant. Porro ita hunc versum sequenti

Z z

vid: Lucani Phœn: l: 5: v: 62:

vid Scal: animad
ad Eusebii Phœn:
c. 1921.

Tyrrhenas lacrimis radiatus Scorpius arces
 780 Sardiniamque tenet, fusasque per æquora terras,
 Gnosia Centauro tellus circumdata ponto
 Paret, & in geminum Minois filius astrum
 Ipse venit geminus. Celeres huic Creta sagittas
 Afferit, intentosque imitatur sideris arcus.
 785 Insula Trinacriæ fluitantem ad jura sororem
 Subsequitur Creten, sub eodem condita Signo:
 Proximæque Italiæ & tenui divisa profundo

adjecta B.

INTERPRETATIO.

Scorpius enim micans quasi guttulis aquarum occupat turre Tyrrhenas, & Sardiniam insulam, & insulas dispersas per has maris partes. Terra Gnosia, qua cingitur undique mari, subjicitur Sagittario; & ipse filius Minois, qui biformis est, cadit in biforme sidus Sagittarii. Candia con-

secrat huic eidem Sagittario veloces suas sagittas, & sequitur arcum hujus Signi contentum. Insula Sicilia sequitur in his dominis sororem suam Candiam, qua natarat etiam aquis; quippe qua sit sub eodem sidere: & littus ejus, quod vicinum est Italia, & quod ab ea separatur exiguo

ANNOTATIONES.

anteponendum censui. Sic enim & ratio & sensus postulant. Hinc non mirum si verum sequentem Scaliger repudiat tanquam non Manilianum fortum. Itaque non solam Africam regit Scorpius, sed & eas insulas quæ ad Italiam spectant, puta Sardiniam, Corsicam, &c. Imò & ipsam Hetruriam, Gallicè *Toscane*, quæ ad primam usque Tiberis ripam protenditur, cujus Metropolis est Florentia.

Italiaque.] Sic legendum ex Vulg. & Rom. At J. Bitur. *Italia qua*, vox autem *qua* pro *qua*, in recto casu.

779. *Tyrrhenas arces.*] Hetruscas urbes. Hetrusci enim dicti sunt Tyrrheni à Tyrrheno Atys filio, qui è Lydià colonos in hanc Italiæ partem diduxerat.

Lacrimis radiatus Scorpius.] Alludit Poëta ad figuram Scorpionis, cujus cauda, propter guttulas aquarum, quas habet, micare & luminis aliquos radios emittere videtur. Neque est quod Scaliger arguat hunc verum non esse Manilianum fortum, quod notatum sit hoc sidus satis, cum dixerit Poëta v. 776. *Inferius sidus*. Sic enim infra v. 795. notat Aquarii sidus per vocem *Juvenis*; & tamen iterum v. 798. utitur voce *Aquarii*. Par enim utrobique ratio.

780. *Sardiniam.*] Maris Ligustici insulam, v. 631.

781. *Gnosia Centauro, &c.*] His 8. v. ait Sagittario subijci Candiam, & Siciliam insulas. Cur autem Candia seu Creta vocata sit *Gnosica* tellus dictum est lib. 1. v. 323.

Centauro.] Sagittario, lib. 1. v. 270.

782. *In geminum . . . astrum.*] Sagittarium scilicet, qui biforme sidus est; constatenim ex equinâ & humanâ forma, lib. 1. v. 270.

Minois filius . . . geminus.] Minotaurus, biforme monstrum ex humanâ & taurinâ formâ constans. Scilicet fabulantur Poëtæ Minotaurum natum ex Pasiphaë & tauro in Cretâ; Virg. 6. æn. & alii.

783. *Cretâ sagittas Afferit, &c.*] Scilicet Cretenfes olim periti admodum erant in emittendis sagittis.

785. *Insula Trinacriæ, &c.*] Id est, Sicilia, v. 632. Itaque Sicilia & Candia sorores Manilio dicuntur; quia his duabus simul imperavit Rex Minos. Unde & sub eodem Signo conditæ sunt ac positæ.

787. *Proximæque Italiæ, &c.*] Siciliæ quippe littora non nisi exiguo freto separantur ab Italiâ, v. 632. & Virg. 3. æn.

Ora pares sequitur leges, nec fidere rupta est.

Tu Capricorne regis quidquid sub Sole cadente

790 Est positum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo

Hispanas gentes, & quod fert Gallia dives;

Téque feris dignam tantum, Germania, matrem

Allerit ambiguum sidus terræque marisque,

Æstibus assiduis terram pontumque tenentem.

795 Sed Juvenis nudo formatus mollior artu,

patris R.

xpo = a R.

INTERPRETATIO.

freto, subsequitur similia jura, nec à Cretâ separatur in ratione Signi. Tu, ô Capricorne, gubernas id omne, quod situm est sub Occiduo Sole, & quod ab illo Sole Occiduo pertinet ad frigidam Ursam majorem; scilicet Hispanos populos, & quod Gallia locuples habet; & hoc Signum terra & mari, vendicat sibi te, ô Germania, qua tantum digna es gignere belluas, & qua habes terram & mare obnoxia perpetuis æstibus. At puer Aquarius delicatior, & constans nudo corpore,

ANNOTATIONES.

788. Ora pares, &c.] Ita benè restituit Scaliger. Sicilia enim licet ab Italiâ separata sit exiguo freto, longo verò maris tractu à Candiâ, sequitur tamen Caniz leges, nec fidere rupta est aut separata. Rom.

Ora patris sequitur leges, nec fidere rupta est.

Quasi vox Patris sit Saturni, inquit J. Bitur. qui cessit Jovi. Minus sanè probata lectio.

789. Tu Capricorne regis, &c.] His 6. v. docet Capricorno subijci Hispaniam, Galliam, & Germaniam, aliasque Occidentales regiones.

790. Helic. n.] Ursam majorem, lib. 1. v. 218. Id est, Septentrionem.

Ab illo.] Sup. Sole cadente, id est, ab Occasu.

791. Hispanas gentes, &c.] Nec mirum si sub Capricorno ambiguo maris & terræ sidere reposuit has regiones, quæ Oceani æstibus assiduis sunt obnoxie, quasi dubia & ambigua litora. Sic Lucan. de Hispaniâ, loquitur lib. 2.

Quæque jacet litus dubium, quod terra fruiumque

Vendicat, alterius vicibus eum funditur ingens

Oceanus, vel eum refugis se fluctibus amittit, &c.

Idem dici potest de Galliâ & Germaniâ.

792. Feris dignam.] Germania quippe informis est regio, aspera Cælo, tristis cultu, aspectuque. Hinc Germani dicuntur Cæsari lib. 8. comment. Gens cui insita feritas. Et Ovid. 4. trist. 2.

Jam fera Cæsaribus Germania, totus ut Orbis.

Vitæ potest flexo succubuisse genu.

793. Ambiguum sidus, &c.] Capricornus enim parte superiori Caper est, posteriori verò definit in piscem, lib. 1. v. 271.

794. Æstibus assiduis, &c.] Namque ex Cluver. vetus Germania ab Occasu terminabatur Oceano Germanico: ab Ortui, mari Baltico: à Septentrione, Oceano Septentrionali. Quæ autem Germaniæ pars Oceano adjacet, ea Romanis notissima fuit, in quâ quippè Q. Varus Legatus cum legionibus Romanis cæsus fuerit: & ipse Drusus Livie Augustæ filius. Adulatur ergo Oët. Augusto Cæsari, dum Germaniam vocat feris tantum dignam matrem.

795. Sed juvenis nudo &c.] His 3. v. ait Aquario subijci Clydas insulas, Ciliciam, & Tyrum urbem in Phœniciâ, id est, Phœniciam ipsam.

Juvenis.] Aquarius, ut monui passim.

*Aegypto ad Clydâsque arces Tyriâsque recedit ;
 Et Cilicum gentes , vicina & Aquarius arva .
 Piscibus Euphrates datus est , ubi piscis amator ,
 Cùm fugeret Typhona Venus , subscdit in undis .
 800 Magna jacet tellus magnis circumdata ripis ,
 Parthis ; & à Parthis domitæ per sæcula gentes ;*

INTERPRETATIO.

secedit ab Ægypto usque ad turres Clydâs , & Tyrias , & ad nationes Cilicum , & ad campos qui illis sunt proximi . Euphrates attributus est Piscibus . in quo scilicet piscis ille amabilis , nempe

Venus , latuit sub aquis , quanto fugiebat Typhona gigantem . Magna illa terra , qua circumcincta est magnis littoribus subijciuntur quoque Piscibus ; nempe Parthis , & populi qui olim superati sunt à Parthis :

INTERPRETATIO.

796. *Ægypto ad Clydâsque . &c.*] Hic versus ita corruptus est , ut vix vera lectio haberi possit . Etenim Rom. habet , *Ægyptum Aegyptum ad arces terrâsque recedit .*

Vulg.

Ægypto ad Leptimque arces terrâsque recedit .

Scaliger ,

Ægyptum ad Leptimque arces Tyriâsque recedit .

J. Bitur.

Ægyptum . Alepilas arces , Tyriâsque recedit .

Verùm pace horum virorum dixerim , non hæc Maniliana lectio . Neque enim sub diverso Signo reposuit duas aut plures regiones . At *Ægyptum* jam posuit sub Atriæ , v. 751. ut monui v. 778. not. Pariter *Leptim* posuit sub Capricorno , v. 778. cùm *Leptis* utraque urbs sit in Africâ , quam Capricorno totam asseruit . Pariter cùm per *Alepilas arces* Janius Bitur. intelligat Arabiam , Palæstinam , & Idumæam , sub duplici quoque Signo reponerentur , cùm *Adabia* subijciatur Tauro , v. 751. Bene ergo restituitur à nobis : *Ægypto ad Clydâs &c.* Clydæ enim insulæ duæ sunt in extremo mari Mediterraneo , antè Cyprum , contra *Ægyptum* , & *Pyramo* distantes stad. 400. *Strab.* lib. 14. Tyrus pariter urbs est Phœniciz , quæ regio est Syriz , mediterraneo mari adjacens ab Occasu : à Septentrione Ciliciam habentis . Hinc & ipsam Ciliciam Aqua-

rio quoque subijcit Poeta . Itaque hæc omnia sanè benè concordant .

797. *Cilicum .*] Cilicia , v. 624.

798. *Piscibus Euphrates . &c.*] His v. ait sub Piscibus collocari Euphratem , id est , Mesopotamiam , cujus fluvius est Euphrates : Parthiam , Ariam , Bactram , Babyloniam , Sussam , Parum , & alias vicinas regiones .

Ubi Pisci amator . &c.] Alludit Poëta ad fabulam Veneris , quæ cùm Typhonis gigantis furorē timeret , in Euphratem se projecit , & in piscem mutata sic transiit & fugit , ut fufidus relatum est lib. 2. v. 33. not.

799. *Typhona .*] Lib. 1. v. 411. not. & supra v. 579.

800. *Magna . . . tellus . &c.*] Id est , totus ille terrarum Orientalis tractus , qui ab extremo mari Mediterraneo ad Caspium mare pertinet , & hinc utrinque ad Persicum sinum , in quo continetur Parthia , Aria , Bactra , Babyloniam , Susa , &c.

801. *Parthis .*] Dicitur Parthis , idis : & Parthia , &c. Vel legendum foret : *Parthis ; & à Parthis . &c.* Est autem Parthia Assyriæ regio .

A Parthis donata gentes .] Scilicet , teste Justino lib. 41. *Parthi domesticis seditionibus Syriam pulsi . so irruerunt inter Hircaniam , & Dahæ . & Arcos . & Spartanos . & Mægianos furiam occupare . &c.* Notat igitur Poëta hos populos , seu has quoque regiones esse sub Piscibus .

Bactraque ; & Arii ; Babylon ; & Susa , Parosque ;
Nominaque innumeris vix amplectenda figuris ;
Et Tigris , & Rubri radiantia littora ponti.

805. Sic diversa manet tellus per sidera cuncta ,
E quibus in proprias partes sunt jura petenda ;
Namque eadem quæ sunt Signis commercia servant.
Utque illa inter se coeunt , odioque repugnant ,
Nunc diversa polo , nunc & conjuncta trigono ,

INTERPRETATIO.

& Bactra , & Arii , & Babylon , & Susa , & Paros . & infinita alia loca .
qua vix comprehendi possunt infinitis modis loquendi , & Tigris . & ora micantes
maris Rubri . Hæc igitur ratione terra distributa
existat per singula Signa , è quibus repe-

tenda sunt leges in singulas regiones : etenim
linguæ regiones sortiantur eadem fœdera .
qua sunt inter Signa . Et quæ admodum illa
Signa concordant , aut inimicitia pugnans ,
prout scilicet modò sunt opposita in Cælo .
aut modò sociata ex triangulari aspectu .

ANNOTATIONES.

802. Bactra .] Plur. orum . Scythica
regio , quæ ad Meridiem Arios , seu
Arcos habet . Strab. lib. 11.

Arii .] Vel Arei , Bactrianis populi
vicini , Indos inter & Parthos , quo-
rum regio Aria , vel Ariana dicitur ,
vulgò Turquestana . Strab. lib. 15.

Babylon .] Urbs ad Euphratem , to-
tius Chaldææ olim caput , à quâ Ba-
bylonia dicta . Strab. lib. 15.

Susa .] Urbs Susæ clarissima . Susia
autem seu Susana regio pars est Persi-
dis . Strab. lib. 15.

Parosque .] J. Bitur. benè , id est ,
non Paros insula Peloponnesi , nec Pa-
rium Troadis oppidum : sed Paros tra-
ctus continens juga Tauri vel Caucasii
montis : quorum jugorum pars dicitur
Paropamisus , vel potiùs Paropanisus ,
tanquam si frontem Pari dixeris . Hinc
& Paropamisada . vel Paropanisada po-
puli ad radices Paropaniæ : & Paropamis-
sivius , qui sic dicitur quasi Pari ocu-
lus , influens in Cophetem . Consultan-
tur Geographi . Scaliger autem legit
Parosque , cuius vocis nec rationem nec
notitiam reddit . Scilicet incognita vox
est . Unde in posteriori editione legen-
dum putat Hypanisque . Hypanis autem
fluvius est Scythiæ , Ovid. 15. metam.
Quæ lectio satis probatur .

804. Tygrum .] Afæ fluvius Mesopo-
tamiæ ab Ortu alluens , & cum Eu-

phrate ad Babylona confluens .

Rubri littora ponti .] Regiones illæ
omnes , quæ ab interiori parte sinûs
Persici Oceano adjacent , quod & ru-
brum mare dicitur . Neque enim hic
rubrum pontum intelligit illud vulgare
mare quod rubrum vocant , quoddamque
Ægyptum ab Arabiâ separat : sed in-
telligit Poëta sinum Persicum , in quem
Euphrates & Tygrus exonerantur : &
ipsum Oceani Persici litus , quod à
sinu Persico ad Indi fluvii ostia exten-
ditur . Sic Virg. 3. Georg. v. 358. ma-
re Occidentale dicitur mare Rubrum .
Sic mare Atlanticum ab Herodoto di-
citur mare Rubrum . Sic & à Cluverio
totum Indicum mare , quod & Gan-
geticus , Persicus , Arabicus sinus dici-
tur , vocatur mare Rubrum . Sic Hero-
dotus lib. 1. scribit Euphratem & Ti-
grum exonerare se in mare Rubrum ,
cùm tamen in sinum Persicum influant .
Itaque Manilius per littora rubri ponti
intelligit quoque ea sinûs & Oceani Per-
sici littora , cùm loquatur de iis regio-
nibus quas alluunt Tigris & Euphrates .

805. Sic diversa manet . &c.] His 11. v.
concludit ita divisas esse singulas ter-
ræ regiones per quæque Signa ; atque
ita gentes diversas sese aut odio aut amo-
re prosequi , prout Signa , quibus illæ
subjiciuntur , aut concordia sunt , aut
inimica .

Z z iij

Divisa B. sscula B.P.
bactra B.

ad B.

- 810 Quæque alia in varios effectus causa gubernat.
 Sic terræ terris respondent, urbibus urbes,
 Littora littoribus, regnis contraria regna.
 Sic erit & sedes fugienda, petendæque cuique;
 Sic speranda fides; sic & metuenda pericla,
 815 Ut genus in terram Cœlo descendit ab alto.
 Percipe nunc etiam quæ sint Eccliptica Graio
 Nomine, quæ certos quasi delassata per annos
 Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.
 Scilicet immenso nihil est æquale sub ævo,
 820 Perpetuósque tenet flores, vivúmque colorem:
 Mutantur sed cuncta diu, variantque per annos;
 Et fecunda suis subsistunt frugibus arva,
 Continuósque negant partus effœta creando:
 Rursus quæ fuerant steriles ad semina terræ,
 825 Post nova sufficiunt, nullo mandante, tributa:
 Concutitur tellus validis compagibus hærens,

ta: variatur in orbe B. P.

varijs B.

I N T E R P R E T A T I O.

& prout alia ratio regit ea in diversos effectus: ita regiones terrarum respondent alijs regionibus, & civitates civitatibus, & ora oris, & provincia sunt adversa provinciis. Atque ita habitatio erit evitanda aut expetenda: & ita pericula vitanda erunt, sicut ratio diversa vni de supremo Cœlo in terras. Accipe nunc quoque quæ Signa sint Eccliptica vocabulo Græco, quæ scilicet quasi defatigata desinunt interdum per certos annos, languentia præ affectione infœcundâ. Nimirum

nihil est æquabile per longissimum tempus, nihilque servat æternos flores, aut colorem vivacem suum: sed omnia commutantur in dies, & variant per certos annos: sic & agri fertiles olim supersedent suis fructibus reddendis, & denegant perpetuos fructus: quippe qui jam exhausti sint procreando: contra, qui agri fuerant antea infœcundi ad semina recipienda, ii postea reddunt novos fructus nemine committente sibi semina: sic licet terra sit constans firmis compagibus, tamen aliquando quassatur,

A N N O T A T I O N E S.

815. Ut genus descendit ab alto.] Id est, prout ratio amicitiae aut inimicitiae ducitur à sideribus ipsis.

816. Percipe nunc etiam. &c.] His 3. v. monet observanda etiam esse Signa Eccliptica: id est, quæ virium defectum aliquando patiuntur, & quasi defatigata motu torpent per certum temporis spatium, alia tamen alijs diutius, ut jam postea dicitur. Itaque sicut Sol & Luna suos defectus patiuntur, & suo nos lumine privant: ita Signa Zodiaci, quia diverso & opposito Cœlo lucent, bina semper alternatim laborare dicuntur. Sed de his fusiùs jam infra.

Eccliptica.] Græca vox, à verbo ἐκλείπειν, id est, deficere.

819. Scilicet immenso, &c.] His 20. v.

confirmat ab exemplis diversis non mirum esse, si suos quæque Signa patiuntur defectus. Nihil enim æquabile in rerum Naturâ. Sic arbores non perpetuò florent: sic agri non perpetuò fructus ferunt: sic tellus ipsa solida licet, aliquando concutitur: sic mare, quod certo motu itque reditque, aliquando tamen totum immergit Orbem, quod contigit tempore Deucalionis: sic Sol aliquando mutat viam suam per sidera, quod contigit tempore Phaëthontis. Sic de hæc rerum inæquabilitate eleganter cecinit Poëta noster vers. 416. & seqq.

Terrenos aspice tractus,
 Et maris, & notis fugientia flumina
 ripis, &c.

lib. 1: vol. p. 584

- Subduxitque solum pedibus: natat Orbis in ipso;
 Et vomit Oceanus pontum, sitiensque resorbet,
 Nec sese ipse capit: sic quondam merserat urbes
 830 Humani generis cum solus constitit hæres
 Deucalion, scopuloque Orbem possedit in uno:
 Nec non cum patrias Phaëthon tentavit habenas,
 Arserunt gentes, timuitque incendia Cælum,
 Fugeruntque novas ardentia sidera flammæ,
 835 Atque uno timuit condi Natura sepulchro:
 In tantum longo mutantur tempora cursu,

cuncta R.

INTERPRETATIO.

Subtrahit pedibus nostris solidam suam superficiem: sic aliquando terrarum orbis innatas in seipso: & licet perpetuo Oceanus egerit ipsum mare. & sitiendus deglutis iterum illud, aliquando tamen ipse non continet seipsum: sic olim submergerat civitates, quando scilicet Deucalion superfuisset unius hæres generis humani. & occupavit totum Orbem terrarum in unico saxo: sic etiam quando Phaëthon ausus est regere fræna equorum patris sui, populi conflagraverunt, & Cælum ipsum metuit sibi ignem, & stellæ flagrantæ evitaverunt novos ignes, & Universum metuit involvi sub uno tumultu: sic pariter ipsa tempora variantur post diuturnum motum.

ANNOTATIONES.

828. Vomit Oceanus pontum, sitiensque resorbet.] Notat fluxum & refluxum maris, ut vocant, qui certo at perpetuo motu fiunt.

829. Nec sese ipse capit.] Id est aliquando tamen Oceanus ipse non se continet, sed in terras infundit seipsum longius, quam solitus erat. Quod contigisse ait tempore Deucalionis. Hujus enim tempore diluvium ita ingens contigisse fabulantur, ut totus terrarum orbis fuerit obrutus aquis, præter scopulum unum altissimum, in cuius cacumen sese recepit cum uxore Pyrrhâ, qui post siccitas aquas humanum genus reparavit ex lapidibus, quos Oraculi jussu post terga sua jaceret ipse cum uxore. Quos autem Deucalion jaciebat lapides, eos in mares crescere commentum sunt: quos verò Pyrrha projiciebat, eos in foeminas converti voluerunt, Ovid. 1. metam. Itaque vult Manilius id diluvium Deucalionium contigisse ex Oceani inundationibus. Quanquam Plato in Tim. & Senec. lib. 3. 17. & Lucres. lib. 5. contendunt ejusmodi maris inundationes, non in omnem terrarum Orbem esse grassatas, sed in aliquas tantùm regiones ac civitates humiliores. Sed quod de Deu-

calioneo diluvio finxerunt, id de Noëthico est intelligendum.

831. Deucalion.] Promethæi filius, Pyrrhæ conjux, & Thessaliæ rex fuit.

Scopulo.] Scilicet in Parnasso monte, ut ait Pausan. lib. 10. Quamquam Hyginus & Aratus volunt in Etna: Lucianus in Lycore, qui mons est in Delphis.

832. Phaëthon.] Solis ex Clymene filius, qui paternos equos regere tentans, quâ tulit impetus equorum, eos per æthera excurrere sivit, atque ita Cælum æstu incanduit, terra exaruit, fluminæque ebullierunt, Ovid. 2. met. Porro per Deucalionis diluvium, atque Phaëthontis incendium notat Poëta duplicem mundi redintegrationem, quam modò per aquam, modo per ignem fieri certis annorum spatiis crediderit veteres, Firmic. lib. 3. c. 1. Scribit non longius contingere illam ἀναγερσιαν, redintegrationem, quam post an. 300000 De Phaëthontis autem casu fusiùs Manilius lib. 1. v. 733. & seqq.

834. Fugeruntque novas, &c.] Sic lib. 1. v. 739.

nec signa insueta tulisse
 Errantes nutu flammæ. &c.]

835. Atque uno timuit, &c.] Sic lib. 1. vers. 732.

suis B.

Atque iterum in semet redeunt : sic tempore certo
Signa quoque amittunt vires , sumuntque receptas.

Causa patet , quod Luna quibus defecit in astris
840 Orba sui fratris , noctisque immersa tenebris ,

Cum medios Phœbi radios intercipit Orbis ,
Nec trahit in se tum , quo fulget , Delia lumen :
Hæc quoque Signa suo pariter cum sidere languent
Incurvata simul , solitæque excepta vigore ,

845 Et veluti elatam Phæben in funere lugent.

Ipsa , (docet titulus causæ) , quæ Eccliptica Signa
Dixere antiqui , pariter subbina laborant ,
Nec vicina loco , sed quæ contraria fulgent :

INTERPRETATIO.

Et rursus revertuntur in seipsa : sic per certum temporis spatium ipsa quoque sidera perdunt vires suas , & iterum resumunt illas recuperatas. Cujus rei ratio manifesta est , quod ea Signa , in quibus Signis Luna privata suo fratre , & involuta tenebris noctis laboravit , quando scilicet globus terrarum interpositus subducit illi lumen Solis , neque ipsa Delia deducit in

seipsam tunc lumen , quo lucet : ea , inquam , Signa lugentia & intercepta sub consuetâ vi languescunt aquè ac suum sidus , quod est Luna ; & deflent Phæben , quasi mortua portaretur in tumulum. Ipsa autem Signa , quæ olim veteres Astronomi appellaverunt Eccliptica , nec ea deficiunt , quæ sunt proxima ratione sedis , sed quæ opposita lucent :

ANNOTATIONES.

839. Causa patet . &c.] His 7. vers. probat à pari Signa quæque laborare per certa temporis spatia. Sicut enim Luna patitur suos labores ex eo , quod per interpositionem terræ Solem inter & ipsam non recipit lumen à Sole : ita Signa ipsa , quia in adverso & opposito Cœlo sunt posita , & quasi ex interpositione terræ sese aspicere non possint , laborare ac deficere dicuntur. Ita scilicet languentia ac squallentia videntur , quasi Lunam , quam ut sidus suum venerantur , extinctam ac elatam lugerent. Poëtica phrasis. Porro ejusmodi Ecclipsis inter Signa , non contingit nisi inter bina semper , scilicet inter ea duo , quæ sunt in adverso Cœlo.

840. Orba sui fratris .] Privata lumine Solis. Etenim Luna suum lumen mutuatur à Sole , lib. 1. v. 221. & seqq.

841. Phæbi .] Solis , lib. 1. v. 19.

Intercipit Orbis .] Ecclipsis enim Lunæ , ut monui , contingit ex interpositione terræ Solem inter & Lunam. Solis verò defectus ex interpositione Lunæ Solem inter & nos.

842. Delia .] Luna , lib. 1. v. 231.

843. Sui . . . sidere .] Luna , quæ sidus est cæterorum siderum , non quod ab ipsâ lumen suum mutuatur , sed quia sicut Sol sidus est diei ; ita Luna sidus est noctis , quâ sidera cætera lucent.
844. Incurvata .] Alludit Poeta ad luctum lugentium & attritorum. Horum enim mos est incurvari & inclinare caput , ut luctum suum magis notent & significent. Incurvata igitur , id est , debilia , deficientia , laborantia.

845. Phæben .] Lunam , lib. 2. v. 911.
846. Ipsa , docet titulus . &c.] His 5. v. primum ait ea dici Eccliptica Signa , quæ laborant ac deficiunt eo , quo diximus , modo v. 816 & 839. Deinde monet bina simul Signa deficere per certum temporis spatium , alia tamen aliis diutius aut minus diutius : ubi verò illa bina Signa pristinum suum & vigorem & colorem resumunt , tunc bina alia sequenti hinc inde laborare ac deficere per certum suum spatium : & ita alternatim de reliquis.

Docet titulus causæ .] Eccliptica enim vox est Græca , quæ laborantia significat v. 816.

Sicut

- Sicut Luna suo nunc tantum deficit Orbe ,
 850 Cùm Phœbum adversis currentem non videt astris.
 Nec tamen æquali languescunt tempore cuncta ;
 Namque modo infectus totus producitur annus ,
 Nunc brevius lassata manent , nunc longius astra ;
 Exceduntque suo Phœbeia tempora casu.
 855 Atque ubi perfectum est spatium , quod cuique dicatur ;
 Implēruntque suos terrā statione labores.
 Bina per adversum Cœlum fulgentia Signa ,
 Tunc vicina labant ipsis hærentia Signis ,
 Quæ prius in terras veniunt terrâsque relinquunt ;
 860 Sidereo non ut pugnet contrarius orbis :
 Sed, quâ Mundus agit cursus , inclinât & ipse ,

INTERPRETATIO.

voluit tunc solum Luna laborat suo defectu quando ex interpositione terræ non aspiciat Solem euntem per sidera opposita. Neque tamen omnia Signa deficiunt per æqualia temporis spatia ; etenim nunc integer annus protrahitur , quo Signa deficiant , modo verò Signa defatigata ja-cent minus diu , modo diutius , & sæpe superans suo defectu tempora annua Solis. At verò cum illud spatium temporis, quod

datur cuique est absolutum, & cum bina Signa lucentia per contrarium Cœlum absolute videntur hos defectus per certam moram temporis, tunc ea signa laborant, quæ proxima sunt illis Signis & quæ scilicet prima assurgunt supra terras, ex unâ parte, & descendunt terras ex aliâ. Non quidem ut globus ipse oppositus Signi adversetur tantum opposito globo alterius Signi ; sed quâ parte Cœli incipit suos motus & ipsum delabitur

ANNOTATIONES.

849. Sicut Luna suo &c.] Sicut, inquit, Luna laborat, quando Solem non videt, euntem per adversum Cœlum, quia terra intercipit illius aspectum : ita Signa deficiunt ac laborant, quia sese videre non possunt, dum sunt in adverso Cœlo.

851. Nec tamen æquali, &c.] His 4. v. docet non æquali temporis spatio quæque Signa deficere, sed alia per annum, alia minus, alia diutius.

852. Infectus.] Quasi privatus lumine illorum Signorum, ac tenebris obvolutus.

854. Phœbeia tempora.] Solarem annum.

855. Atque ubi perfectum est, &c.] His 9. v. docet alternatim bina Signa opposita laborare, atque deficere. Sed ejusmodi Signorum labores ac defectus non ita contingunt ut soli Signorum globi oppositi sint : sed ut & quâ parte alterum oritur, & quâ parte alterum occidit, vites denegat, quas antea redde-

bat, aut damna paria non referat. Locutus enim Cœli mutat omnia.

859. Quæ prius in terras, &c.] Explicat situm illorum duorum Signorum, quæ deficere incipiunt post alia duo, quæ suum defectus tempus adimplerunt. Cùm enim opposita tantum Signa bina laborent, sequitur ut alterum jam ascensurum sit supra terras, alterum verò ex opposito descensurum sit infra terras. Ejusmodi enim duo Signa sunt ea, quæ in defectum succedunt aliis binis hinc inde.

860. Sidereo.] Sup. globo, corpori ipsi Signorum.

861. Quâ Mundus agit cursus.] Id est, quâ parte exoritur alterum ex illis binis Signis.

Inclinat & ipse.] Id est, quâ parte alterum è binis illis signis cadit. His enim verbis notat Ortum & Occasum Cœli, cum quo exoriuntur aut cadunt sidera.

M. MANIL.

A a a

Amiffâsque negat vires, nec munera tanta;
Nec similes reddit noxas. Locus omnia vertit.

- Sed quid tam tenui prodest ratione nitentem
865 Scrutari Mundum, si mens sua cuique repugnat,
Spemque timor tollit, prohibetque à limine Cœli?
Condit enim quidquid vasto Natura recessu,
Mortalésque fugit visus & pectora nostra.
Nec prodesse potest, quod Fatis cuncta reguntur,
870 Cùm Fatum nullâ possit ratione videri.
Quid juvat in semet sua in convicia ferri,
Et fraudare bonis, quæ nec Deus invidet ipse;
Quósque dedit Natura oculos deponere mentis?
Perspicimus Cœlum, cur non & munera Cœli?
875 Inque ipsos penitus Mundi descendere census,
Seminibúsque suis tantam componere molem,

INTERPRETATIO.

Sidereus uterque ille globus & denegat virtutes quas amisit, nec refert tantas dotes quantas antea, nec parva damna. Scilicet fors Cœli mutat cuncta. At, iniquies, quid juvat percrutari tam subtili mente Cœlum, si animus cuiusque averfatur illud, & si metus auferit omnem spem, & arceat nos ab aditu ipso Cœli? Namque id omne, quod Natura tegit sub immenso secessu, & latet oculos hominum, & mentes nostras, neque

potest juvare, quod omnia gubernatur à Fatis quoniam Fatum nequis ullo modo perspicitur. Igitur quid prodest sibi ipsi agere in suas exprobrationes & privare e bonis, quæ nos habere Deus ipse non dolet, & privare se illis oculis animi, quos ipsa Natura nobis dedit? Videmus quidem Cœlum, quare igitur non videmus etiam dotes Cœli? Cur non datur etiam penetrare in ipsas interiores opes Cœli, & comparare tam ingentem machinam cum suis principiis.

ANNOTATIONES.

864. Sed quid tam tenui. &c.] His 16. v. objectionem proponit adversus illam siderum notitiam, quasi supervacanea foret, tùm quia nec illam assequi valet mens humana; cùm quia non sit cur non æquè datum sit videre Cœli penetrabilia, ac faciem ejus exteriorem videmus. Hæc objectio sanè non mediocre pondus videtur habere. Sed eam jam infra ritè solvit, v. 880. Eandem ferè objectionem propoluit & solvit jam antea v. 387. & seqq.

865. Mundum.] Cœlum, lib. 1. v. 9.

871. In semet sua in convicia ferri.] Agere in seipsum ad suum dedecus; querens scilicet Cœli notitiam assequi non valemus, quidquid tenemus.

872. Fraudare bonis, qua. &c.] Quasi bonum sit aliquod Cœli notitiam assequi non tentare, quâ notitiâ nos privari Deus voluit, cùm eam nobis non de-

derit.

873. Oculos mentis deponere, &c.] Scilicet eam notitiam deponere, quam Natura dedit nobis, ad aliam assequendam, quam non dedit. Hi enim oculi mentis sunt nobis à Naturâ dati, qui ad Cœlos perscrutandos nos ferunt. Hos autem deponere volumus, cùm alios nobis querimus, quibus ipsos Cœlos penetremus.

875. Censui.] Munera, dotes, &c. lib. 1. v. 12. Malè autem Vulg. habet censui, nisi sensus pro notitiâ & cognitione sumatur.

876. Seminibus.] Gemm. benè, id est, principiis, ex quibus primis Cœlum constat, lib. 1. v. 122. & seqq. Scaliger, Segminibus, id est, partibus. Quid juvat igitur penetrare Cœlos, videre illos intus, resolvere illos in sua principia, & ipsos cum suis principiis conferre?

Et pretium Caelo sua per nutritia ferre,
Extremumque sequi portum, terræque subire
Pendentis tractus, & toto vivere in Orbe?

- 880 Quanta at pars superest rationem discere noctis?
Jam nusquam Natura latet, perspicimus omnem:
Et Capto potimur Mundo, nostrumque Parentem
Pars sua conspiciamus, genitique accedimus altris.
An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?
885 In Cælumque redire animas, Cæloque venire?
Utque sit ex omni constructus corpore Mundus
Aëris, atque ignis summi, terræque, marisque;
Spiritus & Toto rapido qui iussa gubernat:

vidimus R.

tum et in Deum R.

INTERPRETATIO.

Et reddere Caelo suam valorem per sua cunabula. Et progredi in ultimum usque portum. Et intrare in omnes regiones terra, qua pendet in medio Universi. Et degere vitam in omni terrâ? Verum, quæso, quis labor jam superest ut penitus cognoscatur causa tenebrarum? Jam nullibi Natura latet, videmus eam totam: Et fruimur Caelo, quod rite cognovimus. Et novimus

Genitorem nostrum, cuius pars ipsi sumus. Et jam pervenimus ad astra, è quibus nati sumus. An ambigitur Deum manere in mente nostrâ? Et animas revertere in Cælum. Et oriri de Caelo? Et sicut Mundus compositus est ex omni corpore aëris, et ignis, qui sublimis est. Et terra, et aqua; et sicut Mens est Divina, qua regit ea quæ sunt mandata per Universum, quod rapitur:

ANNOTATIONES.

877. *Nutritia.*] Prima cunabula, prima principia. *Nutritivum* enim significat id omne, quod ad ortum, cunas & nutritionem rerum pertinet. Metaphorica locutio.

878. *Extremum sequi portum* &c.] Id est, pervadere in ultimos terræ ac maris tractus, ad habendam rerum omnium notitiam.

879. *Pendentis.*] Sup. in medio Universi, lib. 1. v. 179.

880. *Quanta at pars superest, &c.*] His 54. v. scilicet ad usque finem hujus libri, solvit propositam objectionem. Respondet igitur jam vix ullam superesse difficultatem cognoscendi Cælos ac sidera, rerumque causas, cum nullibi jam Natura latet: Cælum penetratur ubique: prima Mundi principia innotescat: Deus necdum ignoretur. Nec est quod aut Cælum aut Deus ipse nos terreat, cum è Caelo descendamus & à Deo creati simus. Imo alterum ipsi sumus exemplar & Dei & Universi: ipsæque Deus ac Cælum nos vocat ad sidera. Deinde instat non magis esse prohibitum è Signis cælestibus ducere rationem, quam aut fibras pecudum, aut avium cantus at-

tendere. Præterea non desunt nobis vires animi, mens quippe humana plurimum potest. Denique si homo jam Deos facit, & ad sidera mittit nova Numina, cum Oct. Augustum inter sidera collocat, non est cur ipsius Cæli notitiam ipsi nobis denegemus.

Pars.] Id est, difficultas, labor, onus, &c.

Nostrumque parentem.] Deum.

885. *In Cælumque redire animas, &c.*] Sic. Virg. 6. æn. Ovid. 15. metam. Juvenal. satyr. 15. & alii complures Poetæ.

886. *Utque sit ex omni, &c.*] His 8. v. argumentum ducit à pari. Sicut enim Mundus constat ex quatuor Elementis, terrâ, aquâ, aëre, & igne; atque divinâ mente agitur: ita homo constat ex corpore, ex sanguine, & ex animâ quæ totum regit hominem, atque agit. Unde cum homo sit parvus Mundus, nil mirum si Mundum ipsum possit cognoscere. Hæc autem ex doctrinâ Platonis. Sic etiam lib. 1. v. 136. & seqq.

888. *Spiritus ex Toto, &c.*] Ita castigandum. Male enim Vulg. [nat.]

Spiritus est Toto rapido qui iussa gubernat. Per vocem *Toto* intellige *Universum*. Sic enim Lucret. passim.

- Sic esse in nobis terrena corpora sortis,
 890 Sanguineasque animas, animum qui cuncta gubernat,
 Dispensatque hominem. Quid mirum noscere Mundum
 Si possunt homines, quibus & Mundus in ipsis?
 Exemplumque Dei quisque est in imagine parva?
 An quoquam genitos, nisi Cælo, credere fas est
 895 Esse homines? projecta jacent animalia cuncta
 In terrâ, velmersa vadis, vel in aëre pendent:
 Omnibus una quies venter sensusque per artus,
 Et quia consilium non est, & lingua remissa.
 Unus at inspectus rerum, virisque loquendi,
 900 Ingeniumque capax varias inducit in artes:
 Hic partus, cui cuncta regit, secessit in Orbem,

INTERPRETATIO.

ita certum est esse in nobis corpora natura terrestris, & animas sanguineas, & animum qui regit omnia in nobis, & qui distribuit totum hominem in sua membra. Quid igitur mirandum est, si homines queant cognoscere Universum, quoniam in ipsis Universum est ipsum? & quoniam quisque homo est imago Dei ipsius in parvo exemplari? An licet credere homines esse procreatos ex alio, quàm

de Cælo? Cætera animalia prona jacent in terrâ, aut submersa sunt aquis, aut volitant in aëre. Omnibus autem illis abdomen, & sensus corporis est unica beatitudo, tum quia ratio deest illis, tum quia linguam habent imbecillum. Verum una rerum cognitio, & facultas loquendi, & mens docilis ferri hominem in diversas disciplinas. Hæc proles humana, qua gubernat omnia habuit Orbem terrarum in sartem suam,

ANNOTATIONES.

890. Sanguineas animas, animum &c.] Distinguit itaque Poëta inter animam & animum. Sic Juvenal. satyr. 15. docet brutis animantibus animas esse datas à Deo: hominibus verò animos.

Principio indulget communis conditor illis
 Tantum animas nobis animum, &c.]

Itaque loquitur ex Epicuri sententiâ, qui voluit animam esse corpoream perque totum corpus diffusam. Sic Lucret. lib. 3.

Cætera pars: anima per totum diffusa. Atque addit brutis animantibus & hominibus communem esse. Animum verò voluit quoque esse corporeum, quia & agit corpora, & corporibus tangitur, ut ait ibidem Lucret.

Corporeis quantum solis itaque gradem vocamus, sedem suam habere in solo pectore, & quasi caput esse totius hominis, & in toto corpore dominari. Sed de his nos fufius disputabimus in Lucretii nostri annotationibus.

895. Exemplumque Dei, &c. Sic præclare Ovid. 1. metam.

Finxit in effigiem moderatum cuncta Deorum, &c.]

894. An quoquam genitos, &c.] His 15. v. confirmat hominis mentem pertingere posse ad Cæli notitiam, quia de Cælo genitus est homo, quia unus de cæteris animantibus vultum habet sublimem, & os erectum in Cælos, & quia illi uni ingenium est capax, & data mens, quæ non solum Cælorum faciem videre, sed & ipsa Cæli præcordia perscrutari possit interius.

895. Projecta jacent, &c.] Sic præclare Ovid. 1. metam.

Pronaque cum spectant animalia cætera terram, [videre] Os homini sublimi dedit, Cæli quoque passus & erectus ad sidera tollere vultus.

901. Hic partus, qui cuncta regit, &c.] Homo scilicet, qui tabula omnibus creatis dominatur. Ovid. 1. met.

Sancius his animal, mentisque sapacius, alta

Deerat, adhuc & quod dominari, in cætera possit:

Natus hæmo est, &c.]

undis R.

- Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,
 Imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem
 Erectus capitis, victorque ad sidera mittit
 905 Sidereos oculos, propiusque aspectat Olympum,
 Inquiratque Jovem, nec solâ fronte Deorum
 Contentus manet, & Cælum scrutatur in alvo,
 Cognatumque sequens corpus se quærit in astris.
 Hinc in tanta fidem petimus, quam sæpè volucres
 910 Accipiunt, trepidæque suo sub pectore fibræ;
 An minus est sacris rationem ducere Signis,
 Quàm pecudum mortes, aviumque attendere cantus?
 Atque ideo faciem Cæli non invidet Orbi
 Ipse Deus, vultusque suos, corpusque recludit
 915 Semper volvendo, seque ipsum inculcat & offert,
 Ut bene cognosci possit, doceatque videndo
 Qualis eat, doceatque suos attendere leges.
 Ipse vocat nostros animos ad sidera Mundus,
 Nec patitur, quia non condit, sua jura latere.
 920 Quis putat esse nefas nosci, quod cernere fas est?

INTERPRETATIO.

Et subegit terram ad ferendos fructus, & domuit omnia animalia: & fecit sibi iter per mare, solus exiit elatus in rectum caput. & superior vibrat oculos stelliferos ad ipsas stellas, & inspicit Cælum propinquius. & conatur cognoscere Jovem, nec satis habet cognoscere vultum exteriorem Deorum, sed etiam percrutatur Cælum usque in præcordia. & imitatus corpus, quod sibi est affine, investigat se in ipsis sideribus. Post hac dubitamus dare fidem his tantis rebus, quamplurimque ipsa aves, & pecudum fibra tremula sub præcordiis recipiunt à vobis? An res est minoris mo-

menti ducere cognitionem ex sacris sideribus, quàm auscultare intercessionem pecorum. & cantus volucrum? Et idcirco Deus ipse permittit ut vultus exterior Cæli pateat terrarum Orbi; & aperit suam faciem, & corpus suum vertendo illud perpetuò, & ulterò exhibet. & præbet seipsum, ut facile queat agnosci, & ut insciet, dum inspicitur, qualis incedat. & doceat homines auscultare sua jussa. Deinde Cælum invitat nostras mentes ad cognoscenda Sidera, nec finit suam dotes latitare, quia non abscondit illas. Qui credit non licitum esse cognosci illud, quod licet videret

ANNOTATIONES.

905. *Olympum.*] Cælum, lib. i. v. 178.
 906. *Nec solâ fronte Deorum, &c.*] Duplex enim à Manilio distinguitur Cœlogum, facies, interior & exterior, lib. i. v. 34. & seqq. Consule locum.
 907. *In alvo.*] Id est, intus. Ita omnes præter Scaligerum, qui legit in alto minus eleganter. Vox enim *alvus* benè notat notitiam Dei & Cœlogum interiorem: vox verò *frons* exteriorem.
 908. *Cognatumque sequens corpus.*] Scilicet, quia è Cœlo oriundum dixit hominem supra v. 883, & 894.
 909. *Hinc in tanta fidem, &c.*] His

4. v. confirmat à pari nos posse noscere Cœlos & Sidera, & que illis rationem ducere, atque illis fidere, sicut benè credimus & avium cantui, & pecorum fibræ, ut dictum est lib. i. v. 92.

913. *Atque ideo, &c.*] His 5. v. concludit Deum ipsum non invidere faciem Cœli hominibus, imò recludere illud, ac docere quale eat, dum certis motibus perpetuò volvitur ac recurrit.

918. *Ipse vocat nostros, &c.*] His 3. v. addit quodd non aliâ de causâ Cœlum se nobis offert ac patet, nisi ut illud penitus cognoscamus.

Aaa iij

- Ne contemne tuas quasi parvo in corpore vires :
 Quod valet, immensum est. Sic auri pondera parvi
 Exuperant pretio numerosos æris acervos:
 Sic Adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est :
 925 Parvula sic totum pervisit pupula Cælum ;
 Quoque vident oculi minimum est, cum maxima cernant :
 Sic Animi sedes tenui sub corde locata,
 Per totum angusto regnat de limite corpus.
 Materiam ne quære modum, sed perspice vires,
 930 Quas ratio, non pondus habet. Ratio omnia vincit.
 Ne dubites homini divinos credere visus,
 Jam facit ipse Deos, mittitque ad sidera Numen,
 Majus & Augusto crescit sub principe Cælum.

INTERPRETATIO.

Noli autem spernere tuas vires, quippe
 que sint clausæ in exiguo corpore illud
 enim est infinita virtus, quod valet in
 te. Ita pondera exigui auri vincunt va-
 lore ingentes cumulos æris; ita Adamas,
 qua poris nuclea est lapidis, superat pretio
 aurum; ita pupilla oculi, licet minima sit,
 videt tamen omne Cælum: & ita illud,
 quo oculi vident, est minimum, quan-
 quam videant res maximas: ita sedes Ani-
 mi posita sub exiguo pectore, dominatur

tamen de arctis finibus per totum corpus.
 Igitur noli considerare magnitudinem ma-
 teria, sed attende vires quas Animus,
 non moles corporis habet. Vis animi su-
 perat omnia. Tandem ne ambigas ascri-
 bere homini cognitionem rerum Cæle-
 stium, siquidem jam ipse facit Deos &
 collocat inter astra Divinitatem. & siqui-
 dem jam Cælum amplius augetur ex Im-
 peratore suo Augusto Cæsare.

ANNOTATIONES.

921. Ne contemne tuas, &c.] His 10. v.
 objectionem occupat, ac præclaris com-
 parationibus solvit. Non est, inquit,
 cur quisquam suis animi viribus diffidat;
 licet enim mens hominis in exiguo cor-
 pore concludatur, vim tamen habet in-
 finitam, nec rerum omnium difficilli-
 marum cognitioni imparem; scilicet
 ratio omnia vincit. Sic minus auri
 pondus pretiosius est ingenti æris acer-
 vo: sic Adamas pretiosior est auro: sic
 pupilla oculi, quæ minima est, Cælum
 ipsum totum intueri potest: sic species
 impressa, quæ rerum est vel maximarum
 imago, tenuissima tamen est in oculo:
 sic animus, licet sub angusto ipso pectore
 sedem suam habeat, per totum tamen
 corpus regnat.

927. Sub corde locata.] Loquitur ex
 Epicuri mente, ut monuit v. 890. not.

930. Ratio omnia vincit.] Sic Lucret.
 lib. 1. v. 72.

Ergo virida vis animi pervicit, & extra
 Processit longè flammantia mania Mundi,
 Atque omne immensum peragravit
 mente animoque.

Unde refert nobis, &c.

931. Ne dubites homini, &c.] Adula-
 torum sanè argumentum. Scilicet vivo
 Augusto Cæsari redditi sunt honores di-
 vini, erectæ aræ, editi ludi, &c. Sueton.
 in Aug. Atque adeo quasi jam inter Deos
 relatus, ac inter sidera collocatus fuisset,
 Augustus: ex adulatione loquitur Poëta.
 Sic etiam locutus est lib. 1. v. 798.

Cælumque replevit.
 Quod regit Augustus socio per Sæmæ
 Tonante.

933. Majus crescit Cælum, &c.] Sci-
 licet Veteres Romani volebant Princi-
 pum ac Heroium animas inter sidera re-
 cipi in eâ Cœli parte, quam Galaxiam,
 seu viam lacteam vocant, ut dictum est
 lib. 1. v. 756. & seqq.

M Manly Poete Alphonsonicon liber quartus finit
 Incipit ejusdem liber quintus et ultimus
 Ad Octavianum Augustum. R.



M.
MANILII
ASTRONOMICON
LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.



EXPLICATIS duodecim Signorum Zodiaci orbibus atque occasibus, cæterorum siderum cum Australium, tum Septentrionalium ortus atque occasus cum Zodiaci Signorum orbibus atque occasibus collaturus est Poëta. I. Exorditur ab eo, quòd alius hîc operi huic finem fecisset, æque supremo Cœlo descendisset, ut medios ignes Planetarum per æthera observaret: ipse verò imperfectum opus relinquere non vult. II. Itaque docet cum Arietis iv. grad. exoriri & navim Argo, quæ procreet navium rectores, naucleros, navalia bella amantes; & Orionem qui det solertes animos, velocia corpora, mentes agiles officio, salutatores communes. Iterùm cum ejusdem Arietis xv. grad. surgere Heniochum, qui generet aurigas, equorum domitores, curulium Circensium agitadores, desultores, & ex equo arma tractantes. Tertiò cum xx. grad. ejusdem Arietis oriri Hædos, qui luxuriosos ac pastores generent. Quartò cum ejusdem grad. xxvii. attolli Hyades, quæ popularis auræ cupidos, seditiosos, bubulcos, & armentarios procreent. Denique cum ejusdem grad. xxx. ascendere Oleniam, quæ timidas mentes, ac

ignota visendi cupidos det. III. Cum vi. grad. Tauri surgere Pleiades, quibus aspirantibus nascantur luxus, ac cultus, amatores qui calamistratos capillos, artusque lavigatos gerere gestiant. IV. Tradit cum vii. grad. Geminorum exoriri Leporem, quo sub sidere gignantur stadiodromi, pythomachi, pililudii, saltatores, vigiles industrii, & qui per varios lusus otia dulcia exerceant. V. Vult cum primis Cancri partibus emergere Jugulas, quos Asellos Cancri vocant, quibus suffragantibus procreentur venatores, & piscatores. Pariter cum ejusdem Cancri grad. xxvii. attolli Procyonem, qui venandi arma atque instrumenta omnia ministrat. VI. Tradit cum primis Leonis gradibus exoriri Canem majorem atque Caniculam, quo sub sidere nati saepissimè sint violenti, iracundi, minaces, litigiosi, feroces, & impavidi. Similiter cum ejusdem Leonis ultimis partibus surgere Craterem, quo sub sidere nati vitem colant, & merces mari committant. VII. Cum Virginis xv. grad. scribit exoriri Coronam Ariadnae, qua micante nascantur, qui hortos ac flores colant; unguenta coquant, & munditiam cultumque querant. Item cum ejusdem x. grad. surgere vult Spicam, quae suboriens det agricolas. VIII. Cum Librae grad. viii. surgere & Sagittam, quae det sagittarum jaculatores: & Hædum, qui procreet solertes animos. Deinde cum ejusdem Librae grad. xxvi. Lyram, quae det fidicines ac cantores. IX. Cum Scorpionis vii. grad. ascendere Aram, quae creet sacerdotes, & prophetas. Cum ejusdem Scorpionis grad. xii. Centaurum Meridionalem, qui fingit aurigas, equorum nutritores & medicos, ac muliones. X. Cum Sagittarii grad. v. Cycnum, qui progignat aucupes. XI. Cum Capricorni primis partibus ascendere Serpentarium, qui generet marfos. Cum ejusdem verò Capricorni partibus posterioribus exoriri Fidem, seu Fidiculam, quae det viros summæ æquitatis; scelerum vindices: similiter Delphinum, qui det urinatores & petauristas. XII. Cum Aquario, surgere Cepheum, qui generet viros moribus integros. At cum ejusdem Aquarii xii. grad. attolli Aquillam, quae creet prædatores, & regum per bella ministros. Cum ejusdem verò grad. xx. assurgere Cassiopeam, quae progignat artifices auri. XIII. Cum Piscium xii. grad. oriri Andromedam, quae det penarum publicarum ministros carcerum custodes. Cum eorundem verò xxi. grad. Pegasus, qui rhedarios, equorum domitores procreet. Cum eorundem ultimis partibus exoriri ad dextram Herculem, qui det dolosos, & mendaces: ad sinistram verò Cetum, qui procreet Piscatores. XIV. Denique docet occidentibus Leone & Scorpione oriri Helicen, & Cynosuram, quae dent mansuetarios.

MARCI

MARCI MANILII

ASTRONOMICON

LIBER QUINTUS.

IC alius finisset iter, Signisque relictis,
H Queis adversa meant stellarum lumina quinque,
Quadrifugis & Phœbus equis, & Delia bigis,

INTERPRETATIO.

Alter Poëta terminasset cursum suum in hoc loco, atque derelictis Signis, per quæ flamma stellarum quinque va-

gantur, & Sol, qui vehitur quatuor equis, & Luna, qua vehitur duobus tantum equis, moventur motu contrario,

ANNOTATIONES.

1. *Hic alius.* &c.] His 31. v. primis proœmii loco præmissis ait Poeta se non solis Zodiaci Signorum Apotelesmatis esse contentum: sed & siderum cæterorum, tum Australium, cum Septentrionalium ortus & occasus una cum ortibus & occasibus duodecim Zodiaci Signorum ex Ægyptiorum doctrinâ esse collaturum, ut ex iis Apotelesmata quoque sua deducantur. Habent enim suas proprias vires ortus & occasus horum siderum, utcumque cum Zodiaci Signis oriuntur & occidunt. Quas vires sigillatim ex ordine redditurus est Manilius. Itaque totus hic liber continet alteram Apotelesmatum partem, quæ à stellis clavis cum aliquo Zodiaci Signo surgentibus ducuntur: eaque vocantur prima Apotelesmata sphaeræ Barbaricæ. Duplex enim sphaera fuit veteribus: altera Græcanica, altera Barbarica. Illa structa fuit ad inclinationem Cœli Græcanici: hæc ad inclinationem Cœli Ægyptiaci. Barbarica solis Ægyptiis nota fuit, unde & Ægyptiaca dicta. Dicitur autem Barbarica ad discrimen Græcanica quæ solis Græcis observata fuit. Scilicet, quæ Signa ac sidera intra xxxvii. gradum à Polo Septentrionali continentur, ea

nusquam in Græciâ occidunt: at in Ægypto quandoque desiderantur. Jam verò quæ hoc in libro tradit Manilius de ortu & occasu clararum aliarum stellarum cum ortu & occasu Signorum Zodiaci, ea dixit ad sphaeræ Barbaricæ seu Ægyptiacæ usum; & si quid ad alterius regionis climata scribit, id potius vel ex errore, vel ex abundantia doctrinæ subiecit, ut suo quæque loco nos observabimus atque annotabimus.

Hic.] Gemb. benè Alii sic, minùs rectè. *Iter.*] Gemb. benè; elegans enim metaphora. Alii *opus* minùs eleganter. *Relictis.*] Gemb. rectè. Alii *relatis*, minùs eleganter.

2. *Adversum... stellarum lumina.* &c.] Quinque stellæ Erraticæ, Mars, Jupiter, Venus, & Mercurius, qui adverso cursu feruntur, lib. 1. v. 15. 309. 807.

3. *Quadrifugis & Phœbus.* &c.] Sol quippè quatuor equis vehi fingitur, Pyroente, Eoo, Æthone & Phlegone, Ovid. 2. met.

Delia bigis.] Luna quippè *Delia* dicta à Delo insulâ, in quâ nata fertur, bigis tantum vehitur. Ovid. Virg.

M. MANIL.

Bbb

Sic velatis opus B.P.
numina B.P. numina habet

Non ultrà struxisset opus , Cæloque rediret ;

5 Ac per descensum medios decurreret ignes
Saturni , Jovis , & Martis , Solisque ; sub illis ;
(Post Venerem , & Maiâ natum) , te , Luna , vagantem.

Me properare viam Mundi lubet ; omnia circum *lib. 50*
Sidera vectatum toto decurrere Cælo ,

10 Cùm semel æthereos jussus conscendere currus
Summum contigerim sua per fastigia culmen. *vestigia 60*

Hinc vocat Orion magni pars maxima Cæli ;
Et ratis Heroum , quæ nunc quoque navigat astris ;
Fluminâque errantes latè sinuantia flexus ;

INTERPRETATIO.

non ulterius composuisset opus , sed rever-
teretur à Cælo supremo , & descenden-
do lustraret medias flammæ Planetarum ,
Saturni , Jovis , Martis , & Solis , &
te , ô Luna , quæ discurris infrà illos (sci-
licet infrà Venerem , & genitum Maiâ.)
At juvat me accelerare iter totius Cæli ;
juvat me curru delatum vagari toto Cæ-

lo per cuncta sidera , quoniam semel im-
peratus ascendere currus cælestes pervenerim
jam ad supremum Cæli verticem per sua
culmina. Igitur ex unâ parte invitat me
Orion , qui maxima pars est Cæli ; &
navis Heroum , quæ nunc etiam quasi
fluitans fertur inter sidera ; & Fluvii ,
qui stellant suos gyros latè vagantes ;

ANNOTATIONES.

5. Medios ignes Saturni , &c.] Id est ,
septem stellas Erraticas , quos Plane-
tas vocant , qui medii inter Cælum
ac terram feruntur adverso motu per
sidera Zodiaci , lib. 1. v. 807.

Sunt alia adverso pugnantia sidera
Mundo ,

Quæ Cælum terramque inter volitan-
tia pendent ,

Saturni , Jovis , & Martis , Solisque
sub illis

Mercurius Venerem inter agit Lu-
nâque locatus.

Confule notas ibid.

7. Maiâ natum.] Mercurium Jovis
ex Maiâ filium , lib. 1. v. 34. lib. 2.
v. 942.

8. Me properare viam. &c.] His 4. v.
ait igitur se viam suam per totum Cælum
acceleraturum , cùm jam ad sum-
ma Cæli fastigia pervenerit ; observatu-
rumque ortus & occasus siderum alio-
rum cùm Australium , tum Borealium
cum ortu & occasu Zodiaci Signo-
rum.

12. Hinc vocat Orion , &c.] His 7. v.

monet quæ ex parte Australi sidera vo-
cent eum ; nimirum hæc octo præci-
pua Orion , Navis Argo , Effusiones
Aquarii , vel Eridanus , Centaurus Au-
strinus , Cetus , Hydra , Canicula ,
& Ara.

Orion.] Signum Austrinum , cujus
situm notavit lib. 1. v. 377. & sequen-
tibus.

13. Ratis Heroum.] Argo Navis , de
quâ lib. 1. v. 402.

14. Fluminâque. &c.] Effusiones
aquarum , quas Aquarius ex urnâ suâ
fundit in latè vagantes gyros. Sic lib. 1.
v. 429.

— cui cuncta feruntur
Flexæ per ingentes stellarum flumina
gyros.

Alterius capiti conjungit Aquarius
undæ

Amnis & in medium cecunt , &c.

Vel Eridanum notat , de quo nos lib. 1.
vers. 433. not. Imò notat & Erida-
num , & Effusiones Aquarii. Quidni ?
Utrumque enim sidus Australe est.

*Dus jubet R. P.
victantur R. P.*

vestigia P.

- 15 Semifer ; & Cetus squammis atque ore tremendo ;
 Hesperidumque vigil custos , & divitis auri ;
 Et Canis in totum portans incendia Mundum ;
 Araque divorum , cui vota exolvit Olympus.
 Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos ;
 20 Heniochusque memor currus ; plaustrique Bootes ;
 Atque Ariadneæ cœlestia dona Coronæ ,
 Victor & invisa Perseus cum falce Medusæ ,

Rutgerius Bg: resolvit

faut G

INTERPRETATIO.

& Semiferus ; & Cete , quod habet
 squammas , & rictus horrendos ; & vigi-
 lans custos Hesperidum , & auri pretiosi ;
 & Canicula , qua fert ignem in universum
 Mundum ; & altare Deorum , in quo Cæ-
 lum ipsum fecit sacra , qua vovit. Ex al-

terâ parte invitat me Draco , qui interla-
 bitur inter duas Urſas ; & Heniochus , qui
 recordatur sui currus ; & Bootes , qui me-
 mor est quoque sui vehiculi ; & cœlestia
 munera coronâ Ariadneæ & Perseus , qui
 cum suo gladio vicit odiosam Medusam .

ANNOTATIONES.

15. *Semifer.*] Ita restituendum. Id est ,
 Centaurus Austrinus , qui duplici con-
 stat formâ , humana & equinâ lib. 1.
 v. 408. not. & lib. 4. v. 230. vocat eum-
 dem *Semiferum*. Malè autem Scaliger &
 alii : *Et biferum Cetus* , &c. Neque
 enim dicitur *Cetus* . sed *Cetus* & *Cete*.
 Scilicet ordo verborum postulat non
 accusativum casum , sed nominativum.
 Hinc antè Scaligerum castigabat Tho-
 mas Reinesius , *Et bifer & Cetus*. Dein-
 de postèa v. 342. explicat ortum hujusce
 Centauri cum 12. grad. Scorpionis af-
 cendentis.

Cetus.] Vel *Cete* , Balena ; mon-
 strum marinum de quo lib. 1. v. 423.
 not.

16. *Hesperidum custos.*] Draco , vel
 Hydra Austrina , de qua lib. 1. v. 405.
 Hesperides autem dictæ sunt tres Hef-
 peri filiz , Ægle , Arethusa , & Hef-
 perethusa , quas Poëtæ fabulantur hor-
 tos habuisse nemore aurifero pretiosos ,
 quos Draco vigil asservaret. Hunc au-
 tem interemit Hercules , auracque po-
 ma sustulit.

Divitis auri.] Aureorum pomorum.

17. *Canis.*] Uterque major & minor ,
 id est , Procyon & Canicula. Hujus
 enim ortum cum ortu Leonis , illius
 verò cum ortu Cancrî confert infrâ vers.
 197. & 206. De utroque autem fusi-

dictum est lib. 1. v. 386. & 402.

18. *Araque Divorum.*] Thuribulum ,
 lib. 1. v. 410. & seqq.

Olympus.] Cœlum , seu potius Cœ-
 licolæ omnes. Continens pro conten-
 to , lib. 1. v. 410.

19. *Illinc per geminas.* &c.] His 8. v.
 notat quæ sidera ex parte Septentrio-
 nali vocent eum , ut eorum ortum cum
 Zodiaci Signis certis conferat. Hæc
 autem memorat Draconem , Henio-
 chum seu Aurigam ; Booten , seu Ar-
 ctophylacem , Ariadneam coronam ;
 Perseum ; Andromedam ; Cepheum ;
 Cassiopen ; Pegasus ; Delphinum , Sa-
 gittam , Aquilam , & Septentrionalia
 sidera cætera.

Anguis.] Draco , de quo lib. 1. v. 305.

Geminas Arctos.] Helicen & Cyno-
 suram , lib. 1. 283. 294. & seqq.

20. *Heniochusque.*] Auriga , lib. 1.
 v. 361.

Bootes.] Arctophylax , Bubulus , lib. 1.
 v. 316.

21. *Ariadneæ . . . coronæ* , &c.] Co-
 ronæ Septentrionalis seu Gossiz , de
 qua lib. 1. v. 319.

22. *Perseus.*] Qui gladio caput Me-
 dusæ amputavit , lib. 1. v. 350. 359. &
 lib. 2. v. 28.

Medusa.] lib. 1. v. 359.

Bbb ij

uscat R. P.
Quaqz Aquari R. P.

qd par quodqz R. P.
quod par Gemb: G:

Andromedamque secus genitor cum conjuge Cepheus ;
Quique volat stellatus Equus , celerique Sagittæ
25 Delphinus certans , & Juppiter alite tectus ,
Ceteraque in toto passim labentia Cælo.
Quæ mihi per proprias vires sunt cuncta canenda ,
Quid valeant ortu , quid cum merguntur in undas ,
Et quid de bis sex astris per quaque reducant.

INTERPRETATIO.

& Cepheus pater qui cum uxore sua jacet juxta Andromedam filiam suam , & Equus qui stellas habens volitat inter astra , & Delphinus qui adversatur veloci Sagittæ . & Juppiter qui laetetur sub volucris , & reliqua sidera quæ ubique volitant per totum Cælum . Quæ omnia sidera canenda sunt à me secundum suas peculiares vires , scilicet , quid possint in exortu suo , quid valeant quando delabuntur in aquas Oceani , & quid singula aquarum sibi referant ex duodecim Signis Zodiaci.

ANNOTATIONES.

23. *Andromedamque* . . .] Cephei filiam ex Cassiope. De quâ lib. 1. v. 356. Et iterum infra à v. 539. ad v. 588.

Cum conjuge .] Cum Cassiope , quæ Cephei uxor fuit , lib. 1. v. 354. lib. 2. vers. 28.

Cepheus .] Lib. 1. v. 354. lib. 2. v. 29.

24. *Quique volat Equus* .] Pegasus , qui stellatus volitat inter astra , lib. 1. vers. 348. Restitui autem *Quique* pro *Quaque* , quæ lectio erat Vulg. & Rom.

Sagittæ .] Quæ ita inter astra sita est , quasi vibretur in Delphinum , lib. 1. v. 342.

25. *Delphinus* .] Lib. 1. v. 246.

Juppiter sub Alite .] Aquila , quæ , ut ait infra v. 486.

Fulminis missa refert , & Cælo militat ales .

De quâ lib. 1. v. 343.

27. *Quæ mihi per proprias* , &c.] His igitur 7. v. proponit hujusce sui libri quinti argumentum : nimirum quid Austrina , quidve Borealia sidera valeant , cum in exortu suo , tum in occasu ad ortum & occasum duodecim Zodiaci Signorum. Verum pars hujusce argumenti desideratur , nec fortasse ab Manilio conscripta fuit. Docet enim in hocce libro tantum quid Austrina , Borealiæque quædam sidera valent , dum exoriuntur cum certis partibus duodecim Zodiaci Signorum : quid verò valeant dum occidunt , non memorat. Hinc colligitur alterum , qui sextus

fuerit , librum edidisse , quem aut perierit , aut in lucem non editum fuisse constat. Nec mirum id videri debet , cum aliud etiam opus de Planetarum viribus per singula Signa , quod non semel promittit in hocce opere Astronomico , nec in lucem ediderit , aut si edidit , jam perierit. Itaque Jam explicaturus est tantum quid Austrina , Borealiæque sidera reliqua valeant in exortu suo cum certis Zodiaci Signorum partibus exorientia. Præterea sub finem hujusce libri tradit aliquid Poëta de peculiari ortu siderum Australium , & Septentrionalium , non habitâ ratione ortus Signorum Zodiaci.

29. *Et quid de bis sex* , &c.] Ita restitutus fuit hic versus. Malè enim Scaliger.

Et quo de bis sex astris pars quemque reducat .

Vulg.

Et quod de bis sex astris per quodque reducat .

Gemb.

Et quod de bis sex astris pars quemque reducat .

Rom.

Et quid de bis sex astris &c.

Scilicet sic Apotelesmata cæterorum siderum instituit Poeta ad duodecim Zodiaci Signa. Itaque *quid pars* , id est , quam justam & æquam partem : *de bis sex* , id est , de duodecim Zodiaci Signis : *quaque* , id est , singula illa si-

LIBER QUINTUS.

30 *Has stellis proprias vires & tempora rerum*
Constituit magni quondam fabricator Olympi.

Vir gregis & ponti victor, cui parte relicta
Nomen onusque dedit; nec pelle immunis ab ipsa; *honorq; &*
Colchidis & magicas artes qui vertere Iolchon *Iolchon &*

35 Medeam iussit, movitque venena per Orbem,

Nunc quoque vicinam puppim, *cey* naviget, Argo *celi, &* *tri cat R. P. ac cat &*
A dextris lateris ducit regione per astra.

INTERPRETATIO.

Conditor magni Caeli concessit olim has
peculiares virtutes, & hac momenta
rerum sideribus cunctis. Dux armen-
ti ovilis, & qui tranavit mare illud,
cui fecit nomen ob relictam in eo oneris
sui partem, & cui dedit pondus suum,

& qui spoliatus est suo vellere; & qui coëgit
Medeam transferre magicas artes Colchidos
in Iolchon, & sic dispersit venena per totum
Orbem. jam nunc etiam, quasi naviget,
regit puppim navis Argo, qua ipsi proxi-
ma est inter sidera à parte dextri lateris.

ANNOTATIONES.

dera Austrina vel Borealia: *reducant*
id est, accipiant, referantve. Alia quip-
pe oriuntur cum 10. gradu; alia cum
20. alia cum aliis gradibus Signorum
Zodiaci, pro vario cuiusque situ in Cœ-
lis, habitūque sphaeræ, aut climate di-
verso.

30. *Has stellis, &c.*] Scaliger bene.
Vulg. & Rom. *A, Ac*, aut *At*, minus
bene.

31. *Olympi.*] Cœli, de quo lib. 1.
vers. 178.

32. *Vir gregis, &c.*] Incipit ab ipso
Ariete, qui dux est cæterorum Zodia-
ci Signorum. Igitur his 108. v. docet
quæ sidera cum certis Arietis partibus
exoriuntur, eorumdēque Apoteles-
mata ducit, & variis exemplis confir-
mat. Hæc autem sidera exoriuntur cum
Ariete: Argo navis & Orion cum 4. gr.
Arietis: Heniochus cum 15. grad. Hæ-
di cum 20. grad. Hyades cum 27. gr.
Capella cum 30. grad. Hæc omnia si-
gillatim ex ordine sumus explicaturi.
Itaque his 25. v. prioribus docet Argo
navim oriri cum 4. grad. ipsius Arie-
tis; tūcque sub eā nascentes futuros
esse vult rectores navis, bellum classi-
bus paraturos, navibūque commercia
juncturos, & novos Orbes invifendi
cupidos.

Vir gregis.] Arietis, qui *vir* dicitur ra-

tione conjugii, sicut homo: Sic Virg.
Eclog. 7.

Vir gregis ipse Capet, &c.

Ponti victor, &c.] Qui Helleston-
tum tranavit, ut jam dictum est lib. 2.
v. 34.

*Lanigerum victo ducentem sidera pon-
to.*

34. *Colchidis.*] Colchis, idis, vel
idos, regio Asia fuit juxta Pontum, Me-
dez patria, quam tamen ut desereret
in causa fuit vellus aureum ipsius Arie-
tis: scilicet arte & ope Medæ rapuit
illud Jason, qui & Medeam ipsam,
cujus amore captus est, secum è Col-
chide in Iolchon deduxit, ubi suas ma-
gicas artes exercuit, indeque per uni-
versum Orbem terrarum venena sua
movit.

Iolchon.] Supl. in. Sic restituendum
ex Vulg. & Rom. in quibus legitur *Col-
chon*. Scaliger autem *Iolcho*, pro *in Iol-
chon*. Iolchos autem seu Iolchos, ut
aliis placet, urbs fuit Thessaliæ, Ja-
sonis patria, in quam appulit Jason
cum Medæa. Ovid. 7. metam. de Ja-
sone;

*Victor Iolchiacos tetigit cum conjuge
partus, &c.*

36. *Argo à dextri, &c.*] Situm Argo
navis notavimus lib. 1. v. 402.

33 *Immanis: innoxia, sic Mari
intra &*

Bbb iij

quisq; erit in g.

transmare g.

hivernam g.

- Sed cum prima suos puppis confurgit in ignes,
 Quattuor in partes cum Corniger extulit ora,
 40 Illo quisquis erit terris oriente creatus,
 Rector erit puppis, clavosque immobilis hærens
 Mutabit Pelago terras, ventisque sequetur
 Fortunam, totumque volet tranare profundum
 Classibus, atque alios menses, aliumque videre
 45 Phasin; & in cautes Tiphyn superare trementem.
 Tolle istos partus hominum sub sidere tali,

INTERPRETATIO.

At vero quando puppis navis Argo incipit extollere suas stellas igneus, quando scilicet Aries, qui cornua gerit, protulit suos vultus in quatuor gradus, quicumque homo fuerit genitus in terris, dum ille Aries sic exoritur, erit gubernator navis, & incumbens immotus gubernaculo navis migrabit à regione sua in regiones alienas per mare, & insectabitur fortunam ventis, & cupiet trajicere totum mare navibus, & cernere alios menses, & alium Phasin, & vincere Tiphyn tremebundum intra saxa. Subtrahere istos ortus hominum sub tali Signo, substraxeris

culo navis migrabit à regione sua in regiones alienas per mare, & insectabitur fortunam ventis, & cupiet trajicere totum mare navibus, & cernere alios menses, & alium Phasin, & vincere Tiphyn tremebundum intra saxa. Subtrahere istos ortus hominum sub tali Signo, substraxeris

ANNOTATIONES.

38. Puppis.] Navis Argo.

Suos in ignes.] Suas in stellas, lib. 1. v. 132. Primos autem Argo navis ignes vocat, non Canopum, qui stringit Horizontem Rhodi, emergitque supra Horizontem Ægyptiacum: sed stellas eas, quæ sunt in Aquilonari illius gubernaculo. Duo enim sunt Argo navis gubernacula, Australe, & Aquilonare. Ælian. lib. 9. cap. 40.

39. Corniger.] Aries, cujus cum quarta parte exoritur Argo navis ex Manilio: sed ex Firmico cum illius parte decima. Utrumque verò arguit Scaliger. Verum, ut dicam quod res est, alius pro alio spatii situ loquitur.

41. Rector erit puppis &c.] Eadem Apotelesmata arguit Firmicus, lib. 8. cap. 6. his verbis: In Arietis parte decima oritur Navis. Si quis ergo oriente hac parte natus fuerit, hoc est, si in ejus ortu partus eruperit, erit gubernator, nauticlerus, & qui omne vita spatium maximus optes actibus implicare vel officii &c.

44. Menses.] Intellige alias regiones, quibus alii sunt menses, seu cursus Solis. Quamquam melius dixisset montes, seu terras.

45. Phasin.] Colchidis fluvium, qui ex Armeniæ montibus in pontum Euxinum illabitur. Quo ex fluvio adducti

sunt phasianæ, les Phaisans, qui ad Phasidos ostia frequentes ciborum causâ conveniunt. Martial. de phasiano.

Argoâ primum sum transportata carinâ;

Ante mihi notum nil nisi Phasis erat. Fabulantur enim primum ab Argonautis in Græciam adductos phasianos.

Tiphyn.] Vel navigii genus: vel Argonautarum in Colchicâ expeditione navium gubernatorem peritissimum. Sardon. Apoll. lib. 1. epist. Tiphyn cursoriam sic navigio, nomen est ascende. Virg. Eclog. 4.

Alter erit tum Tiphys, & aliena quæ vehat Argo

Delectos heros, &c.

Ovid. 1. art.

Tiphys in Æmonia puppo magister erat.

Senec. in Med.

Tiphysque inprimis domitor profundis. Unde alii legunt trementem: alii trivernem. Malim ego trementem.

46. Tolle istos partus, &c.] His II. v. rem ab exemplo confirmat. Quasi nati fuissent sub hoc sidere Agamemnon, Xerxes, Alcibiades, Nicias, & Antonius, quibus ducibus classes mari commissæ sunt, præliæque navalia notissima commissa.

Sustuleris bellum Trojæ, classẽque solutam

Sanguine, & appulsam terris: non invehet undis

3. P. *Sipara*, nec pelagus Xerxes faciẽtque regẽtque:

50 *Vera* Syraculis Salamis non merget Athenas:

INTERPRETATIO.

bellum Troja, & classẽ, qua effuso sanguine commissã est mari, & admotã ad terras: Xerxes non dabit fluctibus maris vela, nec faciet novum mare, nec operiet mare navibus: vera Salamis non submerget Athenas, apud Syraculas:

ANNOTATIONES.

47. *Classẽque solutam sanguine, &c.* Scilicet antè quàm Græci classẽ solverent adversùs Trojanos ituri, dux eorum Agamemnon cervum Dianæ imprudens occiderat in Aulide: quã cæde indignata Diana contrariis flatibus Græcorum navigationem est remorata, consultũque Apollo respondit Agamemnonio sanguine placandam esse Deam. Achilles igitur missus Iphigeniam Agamemnonis filiam astu à matre abduxit simulans eam sibi nupturam, cùm tamen mactandam accerserat pater. Verùm cùm jam gladio jugulum subjecturus erat, miserata ejus sortem Diana cervam in ejus locum suffecit, Iphigeniam autem in Tauricam regionem transtulit. Ovid. 12. *metam.* Rursùs cùm primùm ad littora Trojana appulisset Græcorum classis, Proteus unus è principibus Græcis, primus omnium è navi in terram Trojanam ingressus ab Hectore Trojano duce fuit interfectus, Ovid. 12. *met.* & Aufon.

Protesilæ tibi nomen sic fata dederunt.

Vitima quod Troja prima futurum erat.

49. *Sipara.* Gemb. benè. *Siparum* autem genus est veli. Alii *sidera*, mendosè.

Nec Pelagus Xerxes, &c. [Is enim Persarum rex Græcis bellum illaturus Hellepontum navibus operuit, & in Atho monte mare novum fecit, uti notatum est lib. 3. v. 18.]

50. *Vera Syraculis, &c.* Vel hic locus est corruptus, vel alludit Poëta ad cladem, quam passi sunt Athenienses apud Syraculas, quod ut intelligatur nonnulla sunt aliũs repetenda, si prius

varias lectiones retulerimus. Gemb. habet:

Vera Syraculas Salamis non merget Athenas.

Rom.

Vere Syraculas Salamis non merget Athenas.

Junius Bitur.

Vere Syraculas Salamis non merget Athenas.

Scaliger.

Roma Syraculas, Salamis non merget Athenas.

Quæ ultima lectio facilis esset. Notaret enim Poëta cladem Syracularum, cùm à Marcello Cos. Romano captæ & everse fuerint: & internecinum propè bellum Athenienses inter & Megarenses de Salaminis insulæ jure. Verùm Vulgaris lectio mihi magis probatur, nec immutanda videtur:

Vera Syraculis Salamis non merget Athenas.

Vera enim Salamis in causâ fuit, cur Athenienses Syraculas è 300. navibus amiserint 200; penitusque deleti fuerint. Quod ut manifestum fiat dicam primùm cur *Salamis* dicatur *vera*: deinde, quo sensu *vera Salamis* Athenas submerferit Syraculas.

I. Itaque triplex est distinguenda Salamis, Insula, Urbs, Navis. Salamis *insula* jacet in Saronico sinu contrâ Atticam. Salamis *urbs* condita fuit à Teucro in Cypro. Salamis aut *Salaminia navis* apud Athenas dicta fuit, quæ ad res magnas usui erat. Tres enim fuere olim apud Athenas naves præcipuæ, quæ nominatim certo ului publico essent destinatæ, inquit Aristophanes in *Avibus*, quarum hæc sunt

Protesila *Megara* *Ge*.
Costa: vid: *Vossius*
de Catullus p. 262

De Siliu Italicu lib: 14: et
Thucyd: lib 7:

nomina, *Iris*, *Paralus*, *Salaminia*, *Iris* vehebat eos, qui religionis aut voti causa Delphos aut aliò proficiscerentur: *Paralus* evocatos ad iudicium Athenis aliò avehebat: *Salaminia* reos ad iudicium Athenas undequaque subvehebat, teste Thucydide lib. 6. de bello *Pelopon.*

I. I. *Salamis insula* dicta fuit *vera*, ad discrimen *Salaminis urbis*, quæ *ambigua* vocatur ab Horat. 1. od. 7. Scilicet ex *Iust. n.* lib. 2. cap. 7. & ex *Plutarch. in Solon.* cum Athenienses inter & Megarenses internecino propè bello diù certatum esset, res est ad Spartarum arbitrium ac iudicium delata, qui *Salaminem* insulam Atheniensibus adjudicârunt. Quamobrem Athenienses tres naves in Pyrazo *Salaminiorum* portu reliquerunt, quæ *Salaminiam* insulam nondum ambiguam, sed *veram* juris Atheniensium esse testarentur. *Salamis* autem *urbs*, ut jam monui, vocata est *ambigua*, ad illius discrimen, quasi juris Atheniensium non esset. Quamquam & eam capere conati sunt Athenienses, teste *Æliano* lib. 5. *hist. cap. 9.* *Salamis* verò seu *Salaminia navis*, & hîc à Manilio, & à Lucano lib. 3. v. 177. & *vera* & *Salamis* dicta videtur;

Exhaustis totas quamvis delectus Athenas.

Exigua Phæbea tenent navalia puppes,

Tresque petunt credi veram Salamina carina.

Lucanus enim earum Græcarum civitatum, quæ Pompeio adversus Cæsarem auxilium miserint, catalogum contextens ait, vel (ut aliis interpretibus placet) Athenienses civibus jam propè exhaustos cum propter bellum Persicum, tum propter Syllæ & Marii civile bellum, navales tamen tantas copias misisse Pompeio, ut tres tantum relictæ in portu certarent inter se de usu publico, cui *Salaminia* navis erat destinata: vel (ut aliis interpretibus magis arridet) Athenienses exhaustos delectu habito multoties antea tres tantum triremes Pompeio in auxilium misisse, quæ adeò celeres essent, adeoque peritis remigibus agerentur, ut quæque sibi veram *Salaminiorum* re-

migum gloriam vendicarent; *veramque Salaminem*, hoc est unum & ultimum subsidium, esse prædicarent, in quo extrema Atheniensium salus, summiæque libertas esset. Sic etiam apud *Plutarch. in Pericl.* Cratilaus vocatur *Σαλαμινία γαλήνη*, *Salaminia navis*, quippè qui sese veniisse *Salaminiam* navim in res magnas præberet. Hinc natum adagium, *Salaminia navis*, inquit Erasmus chiliad. 3. cent. 3. de re, in quâ sit ultimum præsidium, extremæque salus

His itaque rebus animadversis quæritur quo sensu *vera Salamis* à Manilio dicatur submersisse Athenas Syracusis. Res est altius repetenda ex Thucyd. lib. 6. de bello *Pelopon.* Scilicet cum olim de bello Syracusano diviæ diù fuissent sententiæ apud Athenas, Alcibiade quidem suadente, Niciâ verò improbante, decretum est tandem bellum. Sed quâ nocte solvenda erat classis, heremæ, quas Mercurii statuas religionis ergò servabant ad sacrarum ædium limina, omnes ad unam mutilatæ & deformatæ fuerunt. Cujus criminis non deprehensis auctoribus, sed cunctis id in malum omen interpretantibus, quæstio de sacrilegio instituitur. Interea solvitur classis, quæ ob aëris intemperiem graves passâ est tempestates, inque Catanzæ urbis portum in Siciliâ hyematura tandem se recepit; constabat autem 300. navibus. Verùm accusatum Alcibiadem, rebusque nonnullos de hermis mutilatis *Salaminia navis* evocans è Catanzæ portu Athenas subvexit. Quamquam Alcibiades non Athenas vectus est, sed metuens se Thuriam in urbem recepit. Cæteris autem Athenas subvectis, unus sive nocens, sive innocens crimen confessus, atque idèd absolutus, in Alcibiadem, tanquam in primum facinoris auctorem culpam coniecit. Quod ut rescivit Alcibiades apud Lacedæmonios se contulit, iisque suasit, ut adversus Athenienses Syracusanis auxilium mitterent. Profecti sunt ergò Lacedæmonii cum navibus in Siciliam, atque eorum auxilio apud Syracusas Athenienses cæsi ac profligati omninò fuerunt; namque è 300. navibus, perièrunt 200. Punica

Punica nec toto fluitabunt æquore rostra :
 Aëtiacósque sinus inter suspensus utrinque
 Orbis , & in ponto Cæli fortuna natabit.
 His ducibus cæco ducuntur in Æquore classes ;
 55. Et coit ipsa sibi Tellus , totúsque per usus
 Diversos rerum ventis accersitur Orbis.

Sed summâ lateris surgens de parte sinistri
 Maximus Orion magnum complexus Olympum ,
 (Quo fulgente super terras Cælúmque trahente ,

ut 299. B.

Orion 8 em. R. P.

INTERPRETATIO.

nec rostra Carthagenensia natabunt toto mari : nec totum Orbis terrarum habebit duobus ex utrâque parte in fretis Aëtiacis, nec Fortuna Cæli fluitabit in mari. Hisce hominibus ductoribus classes deducuntur in ignoto pelago , & terra ipsa sibi jungitur commercio , & totum Orbis terrarum deducitur ope ventorum in varia rerum commoda. Sed ingentissimus Orion, qui tenet maximam partem Cæli, attollens se ex parte supremâ lateris laevi, (quo quidem lucente supra terras, ac ducente Cælum,

ANNOTATIONES.

Ælian. hist. 5. cap. 9. Igitur non immeritò dici potest *Salamis vera* , hoc est navis Salaminia , quæ & vera *Salamis* dicta est , submersisse Athenas Syraculis, cum in causâ fuerit cur Lacedæmonii venerint Syraculanis in auxilium adversus Athenienses. Si cui hæc interpretatio non probatur, doleo ; nec invidéo si rem meliùs capere potuerit.

51. *Punica nec, &c.*] Notat victorias, quas Romani adversus Carthagenenses retulerunt navalibus præliis , sed illâ præsertim navali pugná apud Ægates insulas , in quâ consule Lutatius Catulo tota quasi deleta fuit Carthago , primo scilicet Punico bello. *Flor. lib. 2. cap. 2.*

52. *Aëtiacósque sinus, &c.*] Notat victoriam, quam navali prælio apud Actium Cæsar Augustus de Antonio & Cleopatrá retulit , lib. 1. v. 912. & seqq. & Virgil. *æneid. 8. vers. 675. & seqq.*

Utrinque.] Scaliger , non malè, id est, ex utrâque parte, Augusto scilicet & Antonio , qui de totius terrarum Orbis imperio rum certabant. Vulg. *utrumque*, sup. Orbis, Oriens scilicet & Occidens, quo de utroque contende batur.

53. *In ponto Cæli fortuna natabit.*] Sic lib. 1. v. 914. de eadem pugná :

M. MANIL.

— & in ponto quasius rector
 Olympi.

Adulatoria sententia, ut ibi monui.

55. *Et coit ipsa tellus, &c.*] Notat navigationis usum , qui commercia utriusque Orbis jungit. Sic lib. 1. v. 88.

Fecit & ignotis iter commercia terris.

57. *Sed summa lateris, &c.*] His 10. vers. seqq. docet Poëta surgente supremâ parte lateris sinistri Orionis supra Horizontem natos tunc fore solerti ingenio ; mente agili , corpore robusto , inque civitatibus instar populi futuros , sæpè sedes mutatu ros , communésque amicos divitibus dictos , qui per omnia limina verbum unum salutandi portent. Porro suprema pars lateris sinistri Orionis oritur cum 4. grad. Arietis ; hinc Poëta non repetit , quod supra docuit v. 39.

Quattuor in partes cum Corniger extulit ora.

Quamquam Firmicus lib. 8. cap. 6. non cum quarto , sed cum decimo gradu Arietis oriri scribit Orionem. Ita autem situs est Orion inter sidera , ut sinistrum humerum , quo surgit , vergat ad Arietem , lib. 1. v. 382. ubi de hoc sidere fusiùs dictum est.

58. *Olympum.*] Cælum, lib. 1. v. 178.

Ccc

- 60 Ementita diem nigras nox contrahit alas) , *aras* *h*.
 Solertes animos , velocia corpora finget ,
 Atque agilem officio mentem , curâsque per omnes
 Indelassato properantia corda labore. *corda* *videre* *h*
 Instar erit populi , torâque habitabit in urbe , *urbe* *h*
 65 Limina pervolitans , unumque per omnia verbum
 Manè salutandi portans communis amicus.
 Sed cum se terris Aries , ter quinque peractis
 Partibus , extollit , primum juga tollit ab undis
 Heniochus , clivôque rotas convellit ab imo ,
 70 Quâ gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis.
 Ille dabit proprium studium , Cœloque retentas , *lans* *h*

INTERPRETATIO.

nox imitata lucem diei comprimit pennas
 atque) procreabit industrias mentes , &
 corpora rapida ad cursum , & animum
 promptum ad munus suum , & pectora ,
 qua cum vigore infatigabili accelerent per
 omnes sollicitudines rerum. Natus hoc si-
 dere erit quasi totus populus , & versa-
 bitur in totâ civitate , percurrens omnia
 atria , & veluti communis amicus ferens

apud omnes unum verbum salutationis
 matutino tempore. Verum ubi Aries con-
 fecit quindecim jam gradibus assurgit su-
 præ terras , tunc primò Heniochus attollit
 ex aquis juga suorum equorum , & ex-
 trahit rotas ab infimo valle versùs eam
 partem , quâ frigidus Boreas emittit as-
 peros Aquilones. Is autem Heniochus
 tribuet suam artem , & suas disciplinas

ANNOTATIONES.

60. Nox contrahit alas , &c.] Nox
 enim fuscas habens alas fingitur , qui-
 bus terras obvolvât , lucemque terris
 eripiat ; Virg. 8. æn. Orion autem ita
 lucidum est sidus , ut lucem terris non
 minimam reddere videatur , tenebrâs-
 que noctis pellere. Hinc sub finem ejus
 libri docet Manilius , non nisi remotâ
 Lunâ , ac Orione lucidiore cerni posse
 vulgus stellarum.

62. Agilem officio mentem.] Id est ,
 pervigili cogitatione semper exæstuan-
 tem , variisque sollicitudinibus impli-
 catam , inquit Firmicus lib. 8. c. 6.

65. Unumque per omnia verbum &c.]
 Notat Poëta communes amicos Divi-
 tibus dictos , qui ad patronos quoti-
 die ventitabant , & qui verbum Ave ,
 seu Salve , prolocuti cuique transibant
 ad alios. Quæ salutationes manè fieri
 solebant apud Romanos , ut & patro-
 ni domi deprehenderentur & salutato-
 res alii prævenirentur.

67. Sed cum se terris , &c.] His 35. v.
 subsequ. docet Poëta , surgente decimo
 quinto Arietis gradu surgere Henio-

chum : explicâtque , atque exemplo du-
 plici confirmat quæ studia , quas ar-
 tes , quosve mores sortiantur ii , qui
 tunc sub illo sidere nascuntur. Procrean-
 tur autem Aurigæ , equorum domito-
 res , curulium Circensium agitatores ;
 defultores , qui saltu transeant equos ,
 qui equorum dorso recti stent , ludant
 per terga equorum volantes , & qui
 arma tractare sciant equis insidentes ,
 ac in longo Circo præmia per cursus
 referant. Tali sub sidere natos vult
 Salmonem , atque Bellerophonem ,
 de quibus jam infra v. 91. & 97.

68. Fuga.] Quasi equos jugo junctos
 in Cœlis agitet Heniochus.

69. Heniochus.] lib. 1. v. 361. not.

Clivôque ab imo.] Ab imo Cœlo ;
 quod nobis in clivum assurgit eâ parte ,
 quâ terris exoritur.

70. Quâ Boreas , &c.] Nimis à
 Septentrione , à quo Boreas fiat , qui
 ventus & Aquilo dicitur , lib. 4. v. 589.
 situs est quippe Heniochus ad Septen-
 trionem , lib. 1. v. 361. not.

de videtur P. videre B.
 loq. orbe B.P.

lans P. B.

- Quas prius in terris agitator amayerat artes :
 Stare levi curru moderantem quattuor ora
 Spumigeris frænata lapis, & flectere equorum
 75 Prævalidas vires, ac torto stringere gyro :
 Aut cum laxato fugerunt cardine claustra
 Exagitare feros, pronumque anteire volantes ;
 Vixque rotis levibus summum contingere campum ;
 Vincentem pedibus ventos ; vel prima tenentem
 80 Agmina in obliquum currus agitare malignos,
 Obstantemque morâ totum perludere Circum,
 Vel medium turbæ : nunc dextros ire per orbem
 Fidentem campo : nunc metâ currere acutâ,
 Spemque sub extremo dubiam suspendere casu :

Lumina R.

At R. P.

Pursus R. P.

præcludere R. P. præcludere G.

fini Gemb. G.

INTERPRETATIO.

quas conservat in Cælo, quasque antea in terris auriga amaverat : scilicet insidere veloci curriculo regentem ora quatuor equorum coercita frænis spumantibus, & moderari præpotentes vires illorum, & flectere illos per orbem sinuosum : vel agitare equos, quando aperto carcere exierunt extrâ claustra, & incumbentem præcedere illos velociter currentes, & vix at-

tingere rotis velocibus supremam campi superficiem, superantem ventos pedibus equorum ; aut occupantem primos ordines flectere in obliquum currus transversos, & obstantem toti agmini ludere per totum, aut per medium saltem Circum : modò vadere per dextros gyros confidentem campo : modò circumire circâ metam acutam, & tenere spem in dubio usque ad extremam finem :

ANNOTATIONES.

76. Aut cum laxato, &c.] His 9. v. ludos Circenses præclare describit, de quibus pariter Virg. 5. æn.

77. Feros.] Equos ; sic v. 360 Sic Virg. 5. æn. v. 818. spumantiaque addis fræna feris.

81. In obliquum currus agitare malignos.] Id est, couper pour empêcher les autres cochers de prendre le devant.

Malignos.] Transversos. Sic lib. 3. v. 366. Sic Virg. 6. æn. v. 270.

80. Perludere Circum.] Pro ludere per Circum. Gemb. præcludere. Vulg. præcludere. Quæ lectiones nec improbantur.

Circum.] Locus fuit Romæ in orbem exstructus, in quo spectacula populo dabantur. Tres autem fuerunt Romæ Circi : Maximus, inter Palatinum & Aventinum : Flaminius, qui & Apollinaris dicebatur : Circus Neronis in Vaticano. Qui ludi in hisce Circis fiebant, Circenses dicebantur. Horum in extrema alterâ parte carceres erant, è quibusdato Signo emittebantur quadrigæ : in alterâ posita erat meta, ad quam

cum venissent quadrigæ, opus erat ut circum ipsam flecterent equos. Tit. Liv. lib. 1. Sueton. in J. Cæsare 39. Virg. 5. æn. v. 551. & seqq.

82. Turba.] Cæteris quadrigis.

Nunc dextros, &c.] Duplex enim erat flexus, alter in dextram, alter in sinistram : ille exterior : hic interior vocabatur : exterior quidem, quia extrâ metam fiebat, & per medium campum : interior verò intrâ & circâ metam. Senec. cap. 9. de Tranq. In Circi spatium interius est flectendum, &c. Quod noster hic verbis notavit : metâ currere acutâ. Sed de hisce curulibus præclare Virg. æn. 5. v. 162. & seqq.

83. Acutâ.] Meta quippè in acutum turbinis instar inversi ponebatur ; sic dicta vel quia meterentur eam quadrigæ, vel quia in dimenso spatio figebatur.

84. Casu.] Fine ; sic Virg. æn. 5.

Jàmque ferè spatio extremo, fessique sub ipsum

Finem adventabant.

Ccc ij

sedere

- 85 Nec non alterno desultor fidere dorso
 Quadrupedum , & stabiles poterit defigere plantas *labit* *gr.*
 Per quos vadit equos : ludet per terga volantum : *huc* *gr.*
 Aut solo vectatus equo , nunc arma movebit ,
 Nunc , licet in longo per cursus præmia Circo ,
 90 Quidquid de tali studio formatur , habebit.
 Hinc mihi Salmoneus (qui Cælum imitatur in Orbe *huc* *gr.*
Pontibus impositis , misissque per æra quadrigis ,
Expressisse sonum Mundi sibi visus , & ipsum
Admovisse Jovem terris de fulmine fingit : *fixit* *gr.*
 95 Sensit at immensos ignes super ipse secutus ,
 Morte Jovem didicit) generatus quid sit haberi. *posuit* *gr.*
 Hoc genitum credas de genere Bellerophonem *discedere* *gr.*

percussus B. P.

montibus B.

Amovisse B. P.

at B. P.

posuit B.
sedere B.

INTERPRETATIO.

Quinetiam desultor poterit credere se alternatim tergo equorum , & figere firma vestigia pedum supra equos , per quos deflirit : ludet per dorsa equorum velociter currentium ; vel vectus uno equo , modo tractabit arma , modo reportabit mercedem ex cursibus , quamvis fiant in magno circo , id omne quod instituitur de tali arte. Ex hoc sedere natus mihi videtur Salmoneus , qui imitatur Cælum in terris , exstructis scilicet pontibus , & emissis quadrigis per pontes aneos visus est sibi reddidisse sonitum Cæli , & fingit attraxisse Jovem de suo fulmine in terras : Verum ipse nimis imitatus ingentia fulmina sensit ea , & cum mortalis esset , expertus est necesse suâ quid sit velle videri Jovem : putes etiam velim Bellerophonem natum

exstructis scilicet pontibus , & emissis quadrigis per pontes aneos visus est sibi reddidisse sonitum Cæli , & fingit attraxisse Jovem de suo fulmine in terras : Verum ipse nimis imitatus ingentia fulmina sensit ea , & cum mortalis esset , expertus est necesse suâ quid sit velle videri Jovem : putes etiam velim Bellerophonem natum

ANNOTATIONES.

85. v. d. Salmoneij not. in
 Proprium:

85. Desultor.] Cujus ars erat binos trahere equos & alternatim ex uno in alterum mirâ celeritate transilire. Romani autem veteres , teste S. Pompeio , utebantur paribus , id est , binis equis inter præliandum , ut ex altero sudante & anhelante transilirent in alterum siccum , & non defessum. Hinc *pararium* as vocabatur id , quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. At teste Firmico lib. 8. cap. 6. Desultores quidem dicebantur qui ejusmodi equos binos & alebant & edocebant. Hinc & *desultorius equus* . ex quo & in quem desiliebatur facilè.

86. Quadrupedum.] Equorum , lib. 4. vers. 234.

91. Hinc mihi Salmoneus , &c.] His 6. v. notat Salmonei genituram , quem sub Heniocho natum asserit. Is quippe divinos sibi quærens honores currum agitabat armatus fulmine , Jovémque tonantem imitari voluit extructo pontis æneo , per quem quadrigas agita-

bat , facémque ardentem jaculatus in obvium quemque occidi jubebat. Verum non impunè tulit , ut ait Poëta noster :

Morte Jovem didicit generatus quid sit haberi.

Namque fulmine percussus miserè extinctus est. De quo præclare Virg. 6. æn. v. 585. & seqq.

93. Mundi.] Cæli. Sic Virg. citat. Dum flammæ Jovis & sonitus imitatur Olympi.

94. De fulmine.] De sede suâ cœlesti , è quâ fulmina vibrat.

95. Super.] Id est , nimis , fatis superque.

96. Quid sit.] Jun. Bitur. benè. Scalliger , possit , minùs benè.

97. Hoc genitum . . . Bellerophonem , &c.] His 4. v. notat & Bellerophonis genituram sub Heniochi fidere. Is quippe superato Chimære monstro , ausus est in Cælum Pegaso equo alato insidens ascendere : verum immisso à Jo-

Impofuisse viam Mundo per Signa volentem :
 Cui Cælum campus fuerat , terræque fretumque
 100 Sub pedibus , non ulla tulit vestigia campus.
 Hæc erit Heniochi surgens tibi forma cavenda.
 Cùmque decem partes Aries duplicaverit ortus ,
 Incipient Hædi tremulum producere mentum ,
 Hirtæque tum demùm terris promittere terga ,
 105 Quà dexter Boreas spirat. Nec crede severæ
 Frontis opus Signo ● strictos nec crede Catones ,

nōlla , curia 59:

Hic R. Hic 59:

cæli P.

structor P.B.

INTERPRETATIO.

sub hoc Signo fecisse iter in Cælo volentem per sidera : sed cui Cælum fuerat instar soli , & sub cuius pedibus terra & mare jacuerant , nullum solum portavit plantas pedum illius. Hoc autem Heniochi sidus præcavendum erit tibi. At verò quando

Aries exortus geminaverit decem gradus , Hædi incipient proferre mobile mentum. & tandem incipiant porrigere suprà terras singula sua dorsa ex eâ parte , quâ Boreas flas ad dextram. Neque autem attribue huic sideri partem austeri vultus , nec severos Catones.

ANNOTATIONES.

ve æstro , (Gallicè *un saon* ,) qui Pegasum agitare , superbus eques ex equo excussus decedit in terras , ac interiit. Hinc concludit Poëta cavendum esse Heniochi sidus in genituras.

102. Cùmque decem. &c.] His 16. v. seqq. docet Poëta surgere Hædos cum 20. gradu Arietis. Hædi autem duæ sunt stellæ quas in sinistrâ manu fert Heniochus ad Aquilonem , ut dictum lib. 1. v. 370. Sub his autem exorientibus nascuntur non severi censores , qualis fuit Cato : non publicæ libertatis vindices & assertores , quales fuere Brutus & Torquatus & Horatius Cocles : sed petulantes , saltatores & agiles , quos *Capreolos* vocant ; & libidinosi. Nascuntur & pastores , qui fistulâ modulantes rustici carminis modos edant. Sic Firmic. lib. 8. cap. 6.

104. Promittere.] Proferre , Gallicè *avancer* , *allonger*.

105. Quà dexter Boreas.] Exorientes enim Hædi ita versùs Aquilonem siti sunt , ut ad dextram intuentium assurgant. Boreas autem seu Aquilo ventus est à Septentrione flans , qui & pro Septentrione usurpatur , lib. 1. versu

314.

Nec crede , &c.] Sic lib. 4. v. 931.

Ne dubites homini divinos credere vi-
 sus.

Sic infra v. 294.

Tève , Philoctète , cui malim credere
 parti

Itaque Manilius vult sub hoc sidere non nasci severæ frontis viros ; sed petulantes & lascivos. At Firmicus lib. 8. c. 6. aliter sentit ; namque ut ait , *hoc sidere quicumque nati fuerint , aliud ex fronte pollicentur , aliud latenter in moribus celant. Sunt enim austerâ facie , proluxâ barbâ , obstinatâ fronte , ita ut Catonis institutum imitari videantur : sed totum hoc fucato mentiuntur affectu. Ad cuius mentem sic interpretari debueris hæc verba Manilii : Nec crede severa frontis opus , &c. Hoc modo : noli credere severa frontis natorum sub hoc sidere ; quasi fronti nulla fides sit.*

106. Strictos.] Sic legendum ex ipso Manilio , lib. 1. v. 769. *Strictas pondere mentes.* Igitur strictos vocant rigidos ac severos , Gallicè , *des gens entiers & severes* , quales olim apud Romanos fuerunt duo. Catones , Censorinus & Minor , de quibus dictum est ,

Triste supercilium , durique severa Catonis.

Flores , &c.

Ccc iij

bruptaq; patri patra ^{Gemb.} *f. abruptum; G.*

390

M. MANILII

Tarquinii B. P.

ni B. P.
luxus B. P.

Aut Brutum, atque parem Torquatum, & Horatia facta.
Majus onus Signo est, Hædis nec tanta petulcis
Conveniunt: levibus gaudent, lascivæque signant
110 Pectora; & in lufus agiles agilèmq; vigorem *abrupt;*
Desudant; vario ducunt in amore juventam:
In vulnus nunquam virtus, sed sæpè libido
Impellit, turpisque emitur vel morte voluptas;
Et minimum cecidisse malum est, sed crimine victum.
115 Nec non & cultus pecorum nascentibus addunt,
Pastorèmq; suum generant, cui fistula collo

INTERPRETATIO.

aut Brutum, aut torquatum similem, aut actiones Horatias. Munus est gravius huic fidei, neque tantum opus bene congruit petulantibus Hædis: delectantur enim rebus agilibus, & notant libinosa corda: & nati sub his tori sudant in alacres lufus: & in robur alacre; & agunt juventutem suam in dispersâ libidine. Numquam tamen virtus inducit illos in eadem, sed sæpè amor libidinosus; & inhonestâ voluptas etiam morte emitur: & minimum peccatum est deliquisse, sed sumperatur scelere. Quinetiam Hædi dant natis sub se curam pecudum, & procreant suum pastorem, ac custodem gregis, cui fistula pendeat à collo, & qui edat

ANNOTATIONES.

107. Brutum.] L. Junium Brutum, qui stultitiam metu Tarquinii superbi simulans, exactis Regibus Romam in libertatem vindicavit, primûsque factus est Consul. Itaque per Brutum intellige vindicem, ac publicæ libertatis assertorem, qualis fuerit ille vir, lib. i. vers. 783.

Parem Torquatum.] Gemb. benè. Notat enim Poëta viros austeræ disciplinæ, qualis olim fuit Titus Manlius Torquatus, sic cognominatum à torque, quem occiso Gallo detrahit. Is autem nec proprio filio victori pepercit, quòd injussu suo, & contrà rei militaris disciplinam hostem, à quo fuerat provocatus, interfecerit. Rom. Tarquinium, sed malè, pro Torquinum, id est, Torquatum.

Horatia facta.] Notat & intrepidam viri mentem, qualis fuit Horatio Coclitus, qui unus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons, quo aditus in Urbem hostibus includeretur, à sociis suis frangeretur, Tit. Liv. lib. 2. decad. 1. Vel qualis fuit mens tergeminorum Horatorum, qui tergeminos Curatio interfecerunt, lib. 1. v. 776.

& 779. Itaque videtur Manilius huic eidem Heniochi Signo asserere timidos, imbecillos, & ut ait Firmicus citat. ab omni virtutis officio separatos, & qui pugnam periculum perhorrescant.

110. In lufus.] Gemb. benè, quia saltatores, & agiles, quos capreolos vulgò vocant, sub Hædis rectè nasci dicuntur. Quamquam Capreoli quoque dicuntur luxuriantes. Hinc alii legunt, in luxus: verùm bis eadem repeteret Poeta; nam sequenti versu addit vario ducunt in amore juventam; quibus verbis lascivos & luxuriosos notat. Deinde epithetum agiles, non luxus, sed lufus postulat.

112. In vulnus nunquam virtus, &c.] Scilicet, ut ait Firmicus lib. 8. cap. 6. hi præterea sub Hædis nati frequenter libidinibus capti & praposteri amoris studiis occupati mortem sibi inferre coguntur: non autem virtus cogit illos in mortem consciscendam.

214. Cecidisse.] In libidinem turpem abiisse.

Crimine.] Scilicet, dum sibi mortem consciscunt.

Hæreat, & voces alterna per oscula ducat.

Sed cum bis denas augebit septima partes

Lanigeri, surgunt Hyades: quo tempore natis

120 Nulla quies placet; in nullo sunt otia fructu:

Sed populum turbamque petunt, rerumque tumultus;

Seditio clamorque juvat, Gracchisque tenentes

Rostra volunt, montesque sacros, rarosque Quirites;

Pacis bella probant, curæque alimenta ministrant:

rarosque Quirites Pacis. &c.

INTERPRETATIO.

modulamina sonora vocis per alterna foramina fistulæ. Verum ubi septimus gradus Arietis excedet viginti gradus ejusdem, tunc Hyades exoriuntur: quo in tempore nascentibus omnis pax displicet, & tranquillitas in nullo est usus: sed amant plebem, & multitudinem po-

puli, & motus rerum; stimulus & contentio verborum placet illis, & petunt Gracchos, qui occupant Rostra, & teneant sacros colles, & desiderant paucos Quirites, approbant rixas & contentiones quæ fiunt in tempore pacis, & suppeditant nutrimenta sollicitudinibus:

ANNOTATIONES.

Oscula.] Parva foramina fistulæ, quam ad os admoventes voces per alterna oscula ducebant, lib. 1.

118. *Sed cum bis denas, &c.*] His 10 v. docet Hyades oriri cum vigesimo gradu Arietis, atque sub illis nasci popularis auræ cupidos, turbulentos, seditiosos, pacis ac quietis inimicos: bubulcos etiam & armentarios. Sic Firmic. lib. 8. cap. 6.

119. *Hyades.*] Stellæ sunt septem in capite Tauri, lib. 1. vers. 371. Quod autem Manilius eas oriri vult cum 20. grad. Arietis, id fit ex eo, quod eas non in fronte, sed in posterioribus Tauri partibus colloceat, ut jam dicitur v. 142.

122. *Gracchisque.*] Notat auræ popularis nimium cupidos, quales olim Romæ fuerunt Tiberius, & Caius fratres, Tiberii Gracchi ex Corneliâ nati, qui relictis Optimatibus ad plebem se contulerunt, leges agrarias iterum reduxerunt tanquam perpetuos seditionis fomites; nec antea quieverunt, quam Senatum in suam necem armarunt. Tiberius igitur prior occisus fuit à Publio Nasica inter concionandum: Caius vero biennio post à Consule Opimio, cum Capitolinum montem occupasset. *Plutarch. in Gracch. vitâ.*

123. *Rostra.*] Locus erat in foro, in quo conciones habebantur, ut monui

lib. 3. v. 113. not.

Montesque sacros.] Capitolinum scilicet montem, quem cum occupasset Caius Gracchus, ut monebam jam, in eo fuit occisus.

Rarosque Quirites; pacis, &c.] Ita interpungendum. Intelligit enim Poëta per *raros Quirites*, paucos cives, urbanos scilicet, nec milites. Sic apud Suetonium J. Cæsar cum milites exautorat & dimittit, vocat eos Quirites, id est cives urbanos nec jam milites, Sic in concionibus ab Oratoribus appellabantur Romani *Quirites*, quasi cives urbani, nec arma tractantes. Dicti sunt autem Romani *Quirites* à Curibus Sabinorum urbe; Romulus quippe inito fœdere cum Sabinis, quos in portionem urbis recipi voluit, mixtam Sabinorum & Romanorum gentem uno nomine *Quirites* appellavit, Tit. Liv. lib. 1. Itaque per *Gracchos*, qui teneant *raros Quirites*, notat Poëta viros, qui seditionis ac novarum rerum cupidi petant non plurimos, sed paucos Quirites, id est viros pacis amantes, nec arma tractantes. Minus autem bene Scaliger legit: *rarosque Quirites pacis: bella probant, &c.* Quasi *raros pacis* latine sit, seditiosos. Imò: *pacis bella probant*, id est, rixas amant, & jurgia, contentionesque, quæ fieri solent extrâ bella.

passim etiam Hyades, qui raros Quirites subjungit voci tenentes: cum voci voluit subjungi debet.

- 125 Immundósque greges agitant per sordida rura.
 Et fidum in terris alium genuère Booten.
 Hos generant Hyades mores, surgentibus astris.
 Ultima Lanigeri cùm pars excluditur Orbi,
 Quæ totum ostendit terris, atque eruit undis,
 130 Olenie servans prægressos tollitur Hædos
 E gelido stellata polo, quæ dextera pars est,
 Officio magni mater Jovis. Illa Tonanti
 Fundamenta dedit, pectusque implevit hiantis
 Lacte suo, dedit & dignas ad fulmina vires.

el. B. P.

fida alimenta gr:

INTERPRETATIO.

deducunt etiam sordidos greges per fædos campos. Hyades generârunt etiam in terris alium fidelem Booten. Hyades igitur procreant hac studia, stellis illarum exorientibus. Denique quando ultimus gradus Arietis emittitur terris, qui quidem gradus exhibet terris totum Arietem, & extrahis totum ex aquis, tunc Olenie parens magni Jovis ex ministerio, custodiens Hædos antecedentes, & micans stellis exurgit è frigido Polo, qua pars est dextra. Illa autem præbuit fundamenta potenti Jovi, & replevit suo lacte pectus illius parentis, præbuit & vires aptas ad fulmina.

ANNOTATIONES.

125. Immundos greges.] Porcorum, hædorum, atque boum, &c.

126 Et fidum terris, &c.] Sic restituit J. Bitur, nec malè. Namque ex Firmico lib. 8. cap. 6. Hyades progenerant bubulcos, opiliones, & armentarios. Bootes autem, ut monui lib. 1. v. 316. bubulcus est inter sidera. Igitur Hyades quoque generant in terris Booten alium à Cœlesti illo. Gemb.

Et fidum veri dum genuère Booten. Rom.

Et fidi interdum non alium genuère Booten.

Scaliger;

Et fidum Laertiada genuère Syboten. Scilicet quia apud Hom. Odyss. Eumæus bubulcus, qui Græcè *Εὐκότης* dicitur, natus est Ulyssi; idèd sic legendum vult apud Manilium. Quasi verò unum Eumæum bubulcum Ulyssi generint Hyades, non alios bubulcos atque armentarios.

127. Surgentibus astris.] Ita interpungendum ex Gemb. & Rom. id est, surgentibus astris, sup. illarum, pro surgentes, seu dum surgunt. Minus ergò benè Scaliger has voces jungit cum sequenti versu.

128. Ultima Lanigeri, &c.] His 12. v. posterioribus docet tandem cum ulti-

mo Arietis gradu exoriri Oleniam; quo sub sidere nascuntur nimia mentis trepidatione solliciti, ut Firmici verbis utar lib. 8. cap. 6. & quorum corpus assiduus tremor semper impugnet; quique levibus commotionibus opprimantur, & levibus etiam nunciis gravi timoris incursione quassantur. Nascuntur & qui res novas visendi cupiditate teneantur, id est, ut ait Firmicus citatus, rerum omnium cupidi, & qui quodcumque novum dictum fuerit, id impatienti cupiditate desiderant, ut semper nova quæque curiosâ cupiditate sectentur, cæque intelligere studeant.

130. Olenie.] Vel Olenia, Capella sidus, lib. 1. v. 366. & lib. 2. v. 30.

Hædos.] V. 102. & lib. 1. v. 370.

131. Dextera pars.] Converso enim vultu ad Septentrionem Capra exoritur ad dextram.

132. Officio Magni mater Jovis.] Sic lib. 3. v. 366.

Mundi nutrito Rege Capella. Sic lib. 2. v. 30.

133. Fundamenta dedit, &c.] Sic lib. 1. v. 367.

Cujus ab uberibus magnum ille ascendit Olympum.

Lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi.

Hinc

- 135 Hinc timidæ mentes tremebundæque corda creantur,
 Suspensa in trepidis, levibusque obnoxia causis.
 His etiam ingenium visendi ignota cupido,
 Ut nova per montes quærent arbuta capellæ
 Semper, & ulterius pascantes tendere gaudent.
- 140 Taurus in averfos præcepit ut tollitur ortus
 Sextâ parte sui, certantes lucis ad oras
 Pleiades ducit, quibus aspirantibus almam

notæ 19 sunt B. P.

ad B. al B. P.

odori B. P.

INTERPRETATIO.

Sub hoc fidere pusillanimes, & corda pavida generantur, quæ incerta hæreant in rebus dubiis, & qua commoveantur parvis rebus. Cupiditas quoque visendi res incognitas est illis ingenitum studium, sicut capra quaritans semper per colles novus at-

bore pascendas, & gressu depascentes progredi longius. Cum Taurus deorsum tendens caput assurgit in exortus à posterioribus in sexto gradu, tunc trahit in auram luminis Pleiades, quæ luctantur ascendendo; quibus ascendentibus sectatores

ANNOTATIONES.

137. *Ingenium.*] Ita omnes, præter Scaligerum qui legit *ingenitur*. Verum cur hæc immutatio? Rectè enim oratio congruit, cupido visendi ignota est illis ingenium, id est, ingenitum studium, innata inclinatio, ut aiunt.

138. *Ut nova.* &c.] Rationem, ut vocant, conformitatis aliquam reddere conatur, quæ quàm impar sit, satis innoteſcit.

140. *Taurus in averfos.* &c.] His 17. v. scribit cum sextâ Tauri parte oriri Pleiades, quibus ascendentibus nascantur vinolenti, luxuriosi, inter dapes & menſas petulantes; urbani scurræ; frontis nitidæ & cultus sui amatores, calamistrati, volli, resinati, lævigati, calvi, virtutis nomine morbum ambitionis jactantes; & qui ament & amare videri cupiant.

Averfos.] Taurus enim à posterioribus exoritur, lib. 1. v. 264.

142. *Certantes.*] Quasi obluſtantes. Pleiades autem seorsim subobſcuræ sunt stellæ; Cic. in Arat.

Hætenus parvo labentes lumine lucent. Vel; *Certantes*, id est, omnes simul conantes reddere lumen; namque ut ait Cicer. ibid.

At magnum nomen Signi clarumque Et German. in Arat.

Nec faciles cerni, quod cœlestia plura Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.

M. MANIL.

142. *Pleiades ducit.*] De his diximus fusiùs lib. 1. v. 371. ubi Pleiades collocatas ostendimus in armo sinistro Tauri, Hyades verò in ejusdem fronte. Verum non ea videtur fuisse Manilii mens, qui Pleiades oriri vult cum sextâ Tauri parte, Hyades verò cum vigesimo Arietis gradu. Namque cum à posterioribus oriatur Taurus, priùs exoriri debent Pleiades, quæ sunt in illius armo, quàm Hyades, quæ sunt in ejus fronte. Itaque alii aliâ in parte Pleiades ponunt. Germanicus in Arat. ponit Pleiades sub genua Tauri:

Poplite sub larva Tauri, certissima Signa Pleiades subeunt.

Sic Servius in illud Virg. 1. Georg. *Pleiades, Hyadesque*, &c. Sic Aratus. Nicander verò in caudâ Tauri collocat illas. Licet enim vulgò Taurus posterioribus carere fingatur, huic tamen Nicander, Calippus & Vitruvius caudam tribuunt. Benè autem cum sexto Tauri gradu exoriri possunt Pleiades sive in armo, sive in poplite, sive in caudâ Tauri sitæ sint: at vix mente concipio Hyades, quæ in fronte sunt Tauri, posse exoriri cum vigesimo septimo Arietis gradu, ut voluit Manilius suprà v. 118. Siquidem priùs exoriri deberent Hyades, quàm Pleiades; quod tamen falsum esse constat. Notus sanè rescindendus potiùs, quàm solvendus.

Ddd

138 Ut nova per montes quærent
 arbuta lib. v. 623.

Educunt P. B.

- In lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces ;
 Perque dapes mensisque super petulantia corda ; *mensae Gemb. 65*
 143 Et sale mordaci dulces quarentia risus.
 Illis cura sui cultus frontisque decoræ
 Semper erit : tortos in fluctum ponere crines , *flexu Gemb. 65*
 Aut vinculis revocare comas , & vertice denso *nudi Gemb. 65*
 Fingere ; & appositis caput emutare capillis :
 150 Pumicibusque cavis horrentia membra polire ,
 Atque odisse virum , sterilisque optare lacertos,
 Fœminæ vestes : nec insunt tegmina plantis ,
 Sed species , fœtisque placent ad mollia gressus.
 Naturæ pudet : atque habitat sub pectore cœco
 155 Ambitio , & morbum virtutis nomine jactant.
 Semper amare parum est , cupiunt & amare videri.

torq. B. flexu B. P.
undis: et cursu B. P.
sunt sua Gemb. 65:
specie Gemb. 65

vitant B. P.

ANNOTATIONES.

Bacchi & Veneris proferuntur in clavis oras luminis ; & mentes petulantes inter epulas & mensas . & qua mordaci sale verborum quarunt facetos cachinnos . Idem perpetuo habebunt curam sui cultus , & sui habitus , & nitida sua faciei : scilicet componere capillos inflexos in undas , vel colligere crines nexibus , & aptare illos cacumine capitis condense ; & commutare caput alienis crinibus ad-

disis : & concavis pumicibus radere corporis artus pilosos , & odio habere marem videri , & cupere membra carentia pilis . Vestimenta muliebria placent iis ; nec habent velamina pedibus , sed delectantur specie , & incessu effecto ad teneros gradus . Penitus eos sui sexus ; & superbia inest sub imo corde . & ostentant hunc animi morbum sub titulo virtutis . Parva res est illis perpetuo amore duci , volunt etiam videri amare ,

ANNOTATIONES.

143. Bacchi .] Vini , lib. 4. v. 204. Venerisque .] Libidinis , lib. 3. v. 651.
 144. Petulantia corda .] Quos nimis vinolentia deditos petulantia vitia extollunt , inquit Firmicus supra citat. lib. 8. c. 7.
 145. Sale mordaci , &c.] Non Mimarios notat , sed Scurras urbanos , qui , teste Firmaico citato , falsi sermonis mordacibus dictu risu hominum assueverint concitare . Sal enim hic usurpatur pro joco , urbanitate , dictisque ad risum facietis . Sic Cicero de Clar. Orat. P. Scipio omnes sale & facetiis superat . Scilicet quia ut ait Seneca cap. 17. de consol. ad Hel. Sicis sal suavitatem quamdam cum mordacitate habet , ita etiam verborum joca .
 146. Cultus .] Gemb. benè . Alii vultus , minus benè ; addit enim Poëta , frontisque decoræ .

147. In fluctum .] Gemb. benè . Id est , in undas ; undantem comam gerentes . Alii , in flexum .

150. Pumicibusque cavis &c.] Notat eos , qui , ut ait Firmicus lib. 8. cap. 7. demptis pilis corpus in fœminei corporis similitudinem transferant . Vetus quippe consuetudo fuit apud Romanos , ut pilos corporis refinâ aut pice vellerent , aut pumice raderent . Martial. lib. 3. Epigram. Contrâ quos Seneca 7. quaest. natur. Quidquid est boni moris extinguimus levitate & politura corporum : muliebres munditias antecessimus , colores meretricios matronis quidem non induendos viri sumimus : tenero & molli gressu suspendimus gradum , non ambulamus , sed incedimus .

151. Atque odisse virum .] Firm. citat. penitet eos , quod viri nati sint .

Jam verò Geminis fraterna ferentibus astra
 In Cælum, summoque natantibus æquore ponti,
 Septima pars Leporem tollit, quo fidere natis
 160 Vix alas Natura negat, volucréque meatus,
 Tantus erit per membra vigor referencia ventos.
 Ille prius victor stadio, quam missus abibit:
 Ille cito motu rigidos eludere cæstus:
 Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas:
 165 Ille pilam celeri fugientem reddere plantâ,

ring tulit R. P.

victor Gumb: Ge:

monetur R.

INTERPRETATIO.

Nunc autem Geminis attollentibus in Cælum germanas suas stellas, & innatantibus supra supremum campum aquoris, septimus eorum gradus emittit Leporem, quo sub astro nascentibus vix Natura denegat pennas, & celeres cursus, adeo magnum robur inerit eorum artibus imi-

tantibus ventos. Namque aliter exhibit triumphator è curriculo, antequam emittatur in illud: alter verò agili cursu poterit declinare cæstus feros sibi illatos: modo celer poterit evitare manus sibi infusæ, modo insigere aliis: alius poterit remittere agili pede globulum volitantem,

ANNOTATIONES.

157. Jam verò Geminis, &c.] His 17. v. scribit cum septimo gradu Geminorum oriri Leporem, quo sub fidere nati tantâ erunt corporis levitate, ut cum currere cæperint, velocitate suâ agitati, aves superare videantur. Nascuntur & sub hoc fidere Stadiodromi id est, qui stadio certent cursibus: Pyctomachi, id est, qui pugilatu agiles decertent: Piluludii, id est, qui pilotello ludant, pedibusque pariter ac manibus pilas reddant: vigiles, diligentes, & qui se variis ludis exerceant, quos omnes his vers. complectitur Plautus in Bacch. Illi cursu luctando, hastâ, disco, pugilatu, pilâ, saliendo se exercebant magis, &c.

162. Ille prius victor stadio, &c.] Hoc v. notat stadiodromos. Stadium autem locus erat cxx. pass. longus, in quo Athletæ cursu certabant, sic dictus à στάσις, à statione. Hercules quippe par loci spatium uno spiritu emensus Olympici stadii curriculum clarissimum fecit. Plutarch.

163. Ille cito motu, &c.] Rom. bene. Notat enim Poëta Pyctomachos, qui tantâ corporis levitate & agilitate valerent, ut inter certandum adversariorum palmas, ac cæstus effugerent. Virg. 5. æn. Scaliger, monitu, aut mo-

nitus. Quasi animadvertens citò ictus, ac cæstus. Ejusmodi autem pugiles nudi, sed oleo uncti certabant cæstu, quod genus erat clavæ, cui pilæ plumbeæ loris bubulcis appenderentur. Virg. 5. æneid.

164. Exire.] Evitare, eludere, declinare, &c. Virg. 5. æn.

165. Ille pilam, &c.] His 3. v. notat Piluludios, & antiquum pilâ ludendi genus. Quadruplex autem pilæ ludus fuit: trigonalis, paganica, follis, harpastum. Trigonalis in Trigone agebatur, qui locus fuit in Thermis à trigonâ figurâ sic dictus. Quo de ludo Martial. lib. 2. 12. & 14. Paganica, à pagis seu villis sic dicitur, quo pilæ ludo utebantur rustici. Ea autem pila crassior latiorque erat, plumâ plena, nec ad usum adeo agilis. Martial. lib. 4. epigram. 45. Follis genus est pilæ ex alutâ vento inflatâ, Martial. lib. 4. epig. 47.

Ite procul juvenes, mollis mihi convenis ætas:

Folle decet pueros ludere, folle senes. Scilicet & lentius fertur, & tardius descendit, & magis resilit. Gallicè, un ballon. Denique Harpastum genus est pilæ grandioris, quæ non repercutitur, sed quam multi hinc inde in duas partes divisi conantur arripere, & ex-

Ddd ij

primare Gamb: Ge.
turbā Gamb: Ge.
cista R. P.

planta R. P.
includat R. P.

796

M. MANILII

Et pedibus pensare manus & ludere saltu ; sulto Gamb: Ge.
Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis :
Ille potens turbam perfundere membra pilarum ;
Per totumque vagas corpus disponere palmas ,
170 Ut teneat tantos orbes , sibi que ipse reludat ,
Et velut edoctos jubeat volitare per ipsum :
Invigilat somnis : curas industria vincit :
Otia per varios exercet dulcia lusus.

Nunc Cancro vicina canam , cui parte sinistra
15 Confurgunt Jugulae ; quibus aspirantibus orti

INTERPRETATIO.

Et agilitate pedum compensare manus . Et faciat illos quasi bene edoctos volare circa ipsum . Vigilat etiam inter dormiendum : solertia ejus superat omnes curas : agit jucundam vitam quietem per diversas exercitationes . Jam vero cantabo sidera proxima Cancro , cum quo ex parte laeva Jugula attolluntur , quibus suffragantibus

ANNOTATIONES.

erā certos limites transmittere. Quod ludi genus laboriosum est. Martial. libro 14. epigr. 48. Itaque per voces redere pilam, notat primum pilæ genus: per pedibus pensare manus, secundum: per ludere saltu, tertium: per mobilibusque citos glomerare ictus, &c. quartum.

166. Pedibus pensare manus.] Vel efficere ut agilitate pedum fugientem pilam assequatur: vel pro manibus uti pedibus inter excipiendam pilam.

167. Mobilibusque citos. &c. Sic de eodem pilæ genere Martialis lib. 14. epig.

Si me mobilibus scis expulsare sinistris, &c.

168. Ille potens, &c.] His 4. vers. aliud pilæ genus notat. Scilicet cum quis mirâ dexteritate correptas utraq. manu pilas, quot poterat, illas unâ manu post tergum projiciebat, quas excipiebat alterâ: & vicissim alterâ manu rejiciebat post frontem, alterâque excipiebat, atque ita sibi ipse ludebat & reludebat. Cujusmodi piluludios, ætate sua apud Turcas fuisse scribit hic Scaliger.

Perfundere membra.] Pro fundere per membra. Gamb. bene. Alii certa: alii stare, minus bene.

170. Tantos.] Rom. bene, id est, vel tot, vel tam diuturnos aut magnos gyros, à tergo in frontem, & à fronte in tergum, quasi in continuos orbes agitando manus.

174. Nunc Cancro vicina canam, &c.] His 23. v. docet cum primis Cancrī partibus exoriri Jugulas, quibus aspirantibus nascuntur Venatores & Piscatores.

175. Jugula.] Aselli Cancrī. Hygin. lib. 2. poet. astron. In Cancrī deformationis parte sunt quadam stella, qui Asini appellantur à Libero in testā Cancrī duabus stellis figurati. Fabulantur autem Liberum patrem à Junone in furorem actum fugisse ad templum Jovis Dodonæi petiturum, quâ ratione ad sanam mentem redire posset. Sed cum ad paludem quandam pervenisset, nec eam pedes transire posset, de duobus Asinis, quos invenit, alterum ascendit, quo transvectus paludem trajecit. Cujus beneficii memor ambos Asellos inter astra reulit. Addunt alii huic Asino, quo vectus fuerat Liber, vocem humanam fuisse datam: sed cum is cum Priapo Deo ausus esset contendere, ab eo fuit victus & interfectus. Cujus mortem desens Liber ejus formam inter astra supra Cancrum collocavit.

172 Invig-) (αὐτομαθῶς
Hym: in Διανᾶ
8 μύοντα λαχών.
Schol: ὁ γὰρ λαχῶν κ' ἐπ' τῷ
κοιμάσθαι 8 μύει. Χαρακτ.
Κυνηγῆτικος κυρ: 5 ὅταν δὲ
καθύνῃ, τὰ μὲν βλέφαρα ἀναπέπτατα ἀκίνητα, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ ἀράματα
ἔχουσιν:

Te ; Meleagre , colunt flammis latitantibus ustum ;
 Reddentemque tuæ per mortem munera matri ;
 Cujus & ante necem paulatim vita sepulta est ;
 Atque Atalanteos conatum ferre labores ,
 180 Et Calydoniacâ bellantem rupe puellam ,

funera &c.
Atlan R.P.

INTERPRETATIO.

*matris amans te , ô Meleagre , qui combuisti
 ignibus latentibus periisti , & qui per interi-
 rum tuum restulisti officia parentis tua ; & cu-*

*jus vita identidem fuit extincta anis mor-
 tem & qui tentasti probare facta Atalantea ,
 & virginem bellantem in monte Calidonia ,*

ANNOTATIONES.

Erathostenes rem aliter commentus est. Scribit enim , quo tempore cum Gigantibus pugnaverunt Dii , horum nonnullos , puta Liberum patrem , Vulcanum , Satyros , & Silenos asinis vectos adversus Gigantas venisse : cum ad hostes accessissent , asinos metu perterritos edidisse clamorem , quo percussi Gigantes fugam arripuerint. Cujus rei causâ Dii Afellos inter sidera collocaverunt. Sunt autem qui per *fugulas* intelligunt Orionem. Namque ex Varrone & Scoliaſte in Germanicum *fugula* Signum est Caeleſte , quem *Oriona* vocant , sic dictus , quod sic armatus ut gladius stellarum luce terribilis & clarifimus. Verùm Manilius ſuprà v. 57. dixit Orionem oriri cum decimâ Arietis parte. Quomodo ergo jam eundem oriri diceret cum primâ Cancrî parte ?

176 *Meleagre.*] Meleagrus , vel Meleager Oënei Calydoniæ regis filius fuit ex Althæâ Theſtii filiâ. Quo nato parens ſibi viſa eſt vidiffe tres Parcas , quæ cum ardenti ſtipite æqualem puero vitam assignarent , quibus recedentibus extinctum ſtipitem ſervavit Althæa. *Ovid.* 8. *metam.* Adultus autem Meleagrus , collectâ juvenum manu , Calydonium aprum agros vaſtantem juſſu Dianæ Oëneo miſſum interfecit : caput apri dedit Atalantæ filiæ Jaſii regis Argivorum , quæ prima vulneraverat aprum. Quod ægrè ferentes Plexippus & Toxeus Althææ fratres , caput apri Atalantæ eripere conati ſunt. Quâ injuriâ indignatus Meleager illos interfecit , Atalantamque duxit in uxo-

rem. Althæa autem nunciatâ fratrum nece fatalem prædictum ſtipitem iterùm accendit , quo tandem exhausto & exuſto Meleager quoque conſumptis inteſtinis interiit. *Ovid.* *ibid.*

177. *Reddentemque tuæ , &c.*] Scilicet Meleagro quidem officia præſtiterat mater , dum ſtipitem à Parcis accenſum extinxerat : ſed eadem munera reddidit matri Meleager , dum extinctus eſt per eundem ſtipitem , quem illa fratrum nece indignata in ignem conjecit , quo combuſto extinctus eſt Meleager. *Ovid.* *ibid.*

179. *Atalantes conatum ferre labores.*] Id eſt , probare ac tueri virginis Atalantæ factum , quæ prima vulneraverat aprum , & cui in laboris præmium caput apri ipſe dederat ; quam nec bellantem ita , nec præmio donatam fratres ejus ferre potuerant. *Ovid.* *ibid.*

180. *Calydoniacâ . . . rupe.*] Juxta Calydonem Ætolorum civitatem , in quâ regnavit Oëneus , vicina ſylva fuit , in quâ ferox ille aper , quem miſerat Diana in excidium illius regionis indignata , quod is cæteris Diis decimas frugum perſolviſſet , nec ſibi quicquam votum eſſet , percuffus fuit primus ab Atalantæâ , & à Meleagro tandem interfectus. *Ovid.* *ibid.*

Puellam.] Atalanteam , quàm Meleager in uxorem duxit. Duplex enim Atalanta fuit : altera Schænei regis inſulæ Scyri in Ægæo mari filia , quàm duxit Hippomenes : altera Jaſii Argivorum regis filia , quæ Meleagro nupſit.

Ddd iij

- Vincentēque viros ; & quam potuisse videri
 Virgine majus erat sternentem vulnere primo ;
 Quāque erat Actæon sylvis imitandus & antè
 Quā canibus nova præda fuit. Ducuntur & ipsi
 185 Retibus , & claudunt campos formidine mortis ,
 Mendacēsque parant foveas , laqueōsque tenaces ,
 Currentēsque feras pedicarum compede necant ,
 Aut canibus ; ferrōve necant , prædāsque reportant.
 Sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum
 190 Diversas facies , & cæco merfa profundo
 Sternere littoreis monstrorum corpora arenis ,
 Horrendūque feris in bella laceffere pontum ,
 Et colare vagos inductis retibus amnes ,
 Ac per nulla sequi dubitant vestigia prædas.
 195 Luxuriæ quia terra parūm , fastidiet Orbem

habemus B.
 feris B.

INTERPRETATIO.

& superantem viros , & quam potuisse cerni deicientem humi feras primo iū erat supra vires puella ; & quam Actæon debuerat imitari etiam prius quā jacuit nova præda suis canibus. Similiter nati sub hoc mare fidere delectantur laqueis , & circumspiciunt agros terrore mortis , & præparant fallaces fossas , & retinentia resia , & implicans vinculis laqueorum feras fugientes , vel interficiunt illas canibus aut ferro & referunt exuvias. Alii sunt etiam , qui amant comprehendisse varias formas animalium in mari , & exponere supra maritimas arenas corpora monstrorum , quæ immersa erant in alto mari , & promoveri in bella mare , quod animalibus heret , & percolare fluvios fluentes longè linnis immixtis , & audent insectari prædas per certas semitas in undis. Quippè quia terra non sat luxuria habet , ideo venter

ANNOTATIONES.

181. Vincentēque viros.] Nimirum juvenes illos , qui ad aprum in sylvâ Calydoniacâ occidendum conveniant.

183. Quāque erat Actæon imitandus.] Quippe quæ adeo strenua venatrix fuerit , ut Actæon ipse venationis peritissimus huic in venatu fuerit inferior. Actæon autem venator insignis fuit , quem Diana in cervum mutatum , quod eam cum suis nymphis nudam in balneis viderit , canes ipsius dilaceraverunt. Ovid. 3. metam. Malè autem Scaliger mirandus , non imitandus legendum putat.

185. Formidine mortis.] Retibus , pedicis , quæ mortem feris intentant. Dicitur & formido in venatu contextus variarum plumarum , quo feræ , sed cervi præsertim terrentur , & in retia adiunguntur. Virg. 3. Georg. & æn. 5. v. 750.

191. Monstrorum.] Sup. maritimorum ,

id est magnorum & ingentium piscium ; puta Cetos , & Thunnos , des Thæons , & des Baleines , &c.

192. Feris.] Piscibus , quos piscatu capiunt piscatores.

193. Colare.] Verbum piscatorium. Colum enim genus est retis in quadrum formati , quod vulgò dicitur un quarre.

Ausonius de instrumentis piscatoriis : Et jacula & fundas & vilica nomina lini ,

Colaque & insutos terranis vermibus hamos.

195. Luxuria quia , &c.] Sic Juvenal. satyr. 6.

ô ! prodiga rerum
 Luxuries nunquam parvo contenta paratu ,

Et quasi totum terrâ pelagūque ciborum
 Ambitiosa famas , & laeta gloria monsa , &c.

197 per nulla vestigia / per
 mare et Aqua, ubi nulla
 figi possunt vestigia &c.

supra : Et parare mela
 Sylva :

Venter, & ipse gulam Nereus ex æquore pascet.

At Procyon oriens cùm jam vicesima Cancrì
Septimâque ex undis pars sese emergit in astra,
Venatus non ille quidem, verùm arma creatis

200 Venandi tribuit: catulos nutrire sagaces;
Et genus à proavis, mores numerare per artes:
Retiâque, & validâ venabula cuspide fixa,
Lentâque contextis formare hostilia nodis;
Et quodcumque solet venandi polcere cura,

205 In proprios fabricare dabit venalia quæstus.
Cùm verò in vastos surgit Nemeæus hiatus;
Exoriturque Canis, latratque Canicula flammans;
Et rabit igne suo, geminâtque incendia Solis;
Quâ subdente facem terris, radiôisque movente,
210 Dimicat in cineres Orbis, fatûmque supremum
Sortitur, languetque suis Neptunus in undis:
Et viridis nemori sanguis decedit, & herbis:

INTERPRETATIO.

respiciet terram, & Nereus ipse aler gulam ex mari. Verùm ubi primum vicesimus & septimus gradus Cancrì extitit se ab aquis ad sidera tunc Procyon exoritur non quidem tribuit venationes, sed dat instrumenta venandi natis sub se: v. g. alere canes odoris, & commemorare per certas cognitiones speciem & mores ab eorum proavis: & fabricare laqueos, & spicula præfixa firmo mucrone. & scapos hastarum flexiles insertis quibusdam nodis: & tribuit formare res venaticas qua

venduntur in propria lucra. & id omne quod ars venandi assuevit postulare. At ubi Nemeæus Leo tollitur in latos rictus, tunc & Canis oritur, & Canicula ardens latrat, & furit flammâ suâ & duplicat ardores Solis quâ quidem Caniculâ subministrante ignem terris, & vibrante suos radios, terra certat in cineres, & periclitatur extremam sortem ac interitum, & Neptunus ipse Deus maris languescit in aquis suis: & humor virens recedit ex sylvâ, & ex graminibus cunctis:

ANNOTATIONES.

196. Nereus,] Deus maris, Oceani ex Thetide natus, Nereïdum nymphaeum parens, Hesiod. in Theog.

197. At Procyon oriens, &c.] His 9. v. docet cum vigesimo gradu Cancrì exoriri Procyonem, seu Antecanem, quo sub fidere nascantur non quidem venatores, sed qui arma instrumentâque venandi ministrent ac fabricent. De Procyone dictum est lib. 1. v. 402.

206. Cùm verò in vastos, &c.] His 28. v. ait cum Leonis primis partibus oriri Caniculam, ac Canem majorem (Canicula enim dicitur ea stella, quæ lucet in ore majoris Canis lib. 1. v. 336)

quibus aspirantibus orientur effreni, violenti, iracundi, in convicia proni, furiosi, (si vini vitium accesserit) quos homines metuant pariter ac oderint, sed qui nec apros, nec leones, nec feras metuant, quibus bella parare nullo modo dubitent. De cujus sideris effectibus jam primò disputatum est lib. 1. v. 386. & seqq.

210. Fatum supremum.] Excidium Mundi extremum, lib. 1. v. 1.

211. Neptunus.] Deus maris, qui proprio Oceano usurpatur, lib. 2. 447.

212. Sanguis.] Succus, humor, sapia arborum; Gallicè, la sève des arbres.

220 et B. P.

varia P.
Lat: B.

flammas B. flammas Gm. G.
rapit B. P.

- Cuncta peregrinos Orbes animalia quærunt ;
 Atque eger alterius Mundus : Natura suisinet
 215 Egrotat morbis nimios obfessa per æstus ,
 Inque rogo vivit. Tantus per sidera fervor
 Funditur , atque uno ceu sint in lumine cuncta.
 Hæc ubi se ponto per pronas extulit oras ,
 Nascentem si quem pelagi perstrinxerit unda ,
 220 Effrænos animos , violentaque pectora fingit ,
 Irarumque dabit fluctus , odiûmque metumque
 Totius vulgi : præcurrunt verba loquentis ,
 Ante os est animus : nec magnis concita causis
 Corda micant , & lingua rabit , latratque loquendo ;
 225 Moribus in crebris dentes in voce relinquit.
 Ardescit vitio vitium , virisque ministrat
 Bacchus , & in flammâ sævas excuscat iras :
 Nec sylvas rupesque timet , vastosque leones ,

INTERPRETATIO.

omnia animalia petunt alienas regiones , & Universum indiget altero Universo : Natura oppressa per nimios ardores Solis languescit ex propriis morbis , & vivit in busto , quem ipsa accendit. Aded magnus ardor diffunditur , & quasi omnia sidera sensim uno illo igne Caniculæ. Cum autem hac Canicula emisit sese ex mari super oras proclives terræ , si aqua suprema maris pertrigerit tunc aliquem nascentem , procreat mentes furiosas , & corda petulantia , & tribuit æstus irarum , & invdiam ac timorem totius populi : voces antecedunt mentem illius dum loquitur , mens præcedit linguam : & corda excitata parvis de causis palpitant , & lingua furit , & latrat loquendo , & inter loquendum linquit dentes in verbis per frequentiores morsus : vitium istud accenditur altero vitio superaddito , & Bacchus subdit quasdam vires , & excitat validos furores : ira in ipso igne iracundia ;

ANNOTATIONES.

213. *Peregrinos Orbes.*] Alias regiones , aliâque terras ab iis , quibus versantur , quasi aliis in locis minus ardore Solis , ac Caniculæ ignibus coquærentur. Poëtica locutio.

214. *Sui met morbis.*] Nimirum incendiis , quæ fecit per ignes Caniculæ.

217. *Uno in lumine.*] In uno ignito sidere Caniculæ. Rom. *flumine.* : mallem egò in fulmine.

Cuncta.] Sup. sidera.

218. *Per pronas . . . oras.*] Suprà Horizontem , ad quem supremi Cœli partes undique pronæ ac proclives cadunt.

Pelagi unda.] Suprema maris superficies , quam radit Horizon ; id est , Horizon ipse.

222. *Præcurrit verba loquentis.*] Ita raptim loquitur , ut prius voces ediderit ,

quàm , quod loqui velit , mente conceperit. Id est , lingua præcurrit mentem.

223. *Ante os est animus.*] Aded in omni ne convicium præceps fertur , ut incautus mentem palam faciat , ac loquatur ea , quæ dixisse aliquando poeniteat. Firmic. lib. 8. cap. 10.

225. *Dentes in voce relinquit.*] Aded raptim loquitur , ut voces non formet , sed intercitat dentibus , atque in ipsis vocibus quasi dentes relinquat , Gallicè , *entrecooper sa voix & ses paroles.*

226. *Ardescit vitio vitium.*] Eleganter , quasi ignis irarum ignescat & augeat igne ac flammâ vini , perinde ac fœlicum camino ardenti superjiciatur.

227. *Bacchus.*] Vinum , vinolentia ; lib. 4. v. 204.

Aut

fulmine B. P.
 primas B. P. loras B.
 con. P. B.
 Platos Gamb. G.
 rapit B. P.
 lora B.

vulgat flumine, unde
 transposita litora fulmine
 G.
 225 pro voce in dentibus
 G.

- Aut spumantis apri dentes, atque arma ferarum;
 230 Effunditque suas concessa in robora flammæ.
 Nec tales mirere artes sub sidere tali;
 Cernis ut ipsum etiam sidus venetur in astris;
 Prægressum quærit Leporem comprehendere cursu.
 Ultima pars magni cum tollitur Orbe Leonis,
 235 Crater auratis surgit cælatus ab astris.
 Inde trahit quicumque genus morosæque, sequetur
 Irriguos ruris campos, amnæque, lacusque:
 Et te, Bacche, tuas nubentem junget ad ulmos;
 Disponetque jugis imitatas fronde choreas,
 240 Robore vel proprio fidentem in brachia ducet,

INTERPRETATIO.

aut dentes spumiferi apri, aut arma ferarum belluarum; & conjicit suos ignes in exerendas vires à Naturâ datas. Neque autem admireris talia studia dari à tali sidere; vides quod hoc quoque astrum venetur inter sidera, conatur enim currendo apprehendere Leporem præcurrentem. At ubi gradus ultimus immanis Leonis assurgit ex orbe terrarum, Crater exoritur,

qui videtur incisus ab astris stellis. Quisquis ex hoc sidere ducit originem, ac studia, is colet humida aquora camporum, & fluvios, & lacus: & alligabit te, ô Bacche, ad tuos ulmos, quibus maritæ teipsum; & à summis verticibus adornabit simulatas choreas ex frondibus vinearum, & trahet te, ô Bacche, in ramos extensos vel stipite proprio nixum.

ANNOTATIONES.

229. *Arma ferarum.*] Puta dentes, ungues, cornua, &c. Gallicè *defence des bestes*. Virg. 12. æn. 6. *movet arma Leo.*

230. *Concessa in robora.*] In vires à Naturâ datas, & quas ab hoc sidere capiunt. Alii, *concesso in robore*; minus eleganter.

232. *Cernis ut ipsum, &c.*] Aliquam conformitatis, ut aiunt, rationem reddere videtur, cur nati sub Caniculâ feris bella parent; quippe quia Canicula ipsa, seu Canis ipse major etiam intet, astra Leporem venetur. Situs est enim Canis major post Leporem, lib. 1. v. 386. not.

234. *Ultima pars magni, &c.*] His 17. v. air cum ultimis Leonis partibus exoriri Craterem, quo sub sidere nascuntur qui colant irriguos campos, fontes ac rivos ab alveo ad alia loca deducant, ulmos vitibus maritent, vitæque jugamentis, palis, ridicis erigant, aut arbutis disponant, vinumque sine aquæ mixtione bibant, & qui merces peregrinas mari committant, ac frumenta vehant, Firmic. lib. 8; c. 10.

M. MANIL.

235. *Crater.*] Lib. 1. v. 408.

237. *Irriguos ruris campos.*] Prata, quæ in planos campos æquantur.

238. *Bacche.*] Vitis, lib. 2. vers. 20; Scilicet qui sub hoc sidere Grateris nascuntur, ii vitem colent, maritabunt ulmis, ac eam jugamentis, palis, ridicis erigent, aut arbutis disponent. Firm. lib. 8. cap. 10.

Junget ad ulmos.] Maritationem vitis celebrant rei rusticæ scriptores, præsertim cum ulmo: Ulmus enim mas est; vitis foemina. Plin. lib. 17. c. 23. Hinc eleganter Poëta dixit de Baccho *nubentem*, quæ vox de foemina dicitur, quæ in matrimonio collocatur. Virg. 2. Georg. Juven. satyr. 8.

239. *Jugis.*] Id est, à superiori parte. Scilicet cum vites per plures virgas in circulum flexas videntur quasi choreas agere, & invicem sese sustinere.

240. *Robore vel proprio fidentem.*] Id est, sine ullo adminiculo. Scilicet vel ulmis jugantur vitæ, vel ridicis alligantur, vel perticis sustentantur, vel solitariæ suo stipite fidentur.

Ecc

o e B.

P20 B.
 02c B. P.
 = 1229 stell. B. P. stellatus
 = quæ = B. P. Ga:
 fur B. P.
 fun = B. P.

Sibi B. P. qui ⁴⁰² ~~fructibus~~ B. P.

Tēque tibi credet semper; quin matre resectum, relicta se
Adjungat calamis, segetēque interferet uvis;

Quæque alia innumeri cultus est forma per Orbem;

Pro regione colet. Nec parçè vina recepta

245 Hauriet emiscens, & fructibus ipse fruetur, ^{missis semel: Ge.} ~~fructibus~~ ^{fovetur}

Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem.

Nec solum terræ spem credet; inania vota,

Annonæ quoque vectigal, mercēsque sequetur,

Præcipue quas humor alit, nec deseret undas.

250 Tales effinget Crater humoris amator.

Jam subit Erigone, quæ cum ter quinque fereitur

Partibus ereptis ponto, tollentur ab undis

Clara Ariadnæ quondam monumenta Coronæ;

Et molles tribuent artes. Hinc dona Puellæ

255 Namque nitent: illinc oriens est ipsa Puella.

Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum,

Pallentes violas, & purpureos hyacynthos,

INTERPRETATIO.

& perpetuè committet te tibi met: quin etiam alligabis te serotibus virgis postquam amputaveris te à tuâ matrice, & interplantabit tanquam semen ad uvæ ferendas: & excoles te secundum diversam regionem, per omnem aliam rationem infinita cultura, quæ est per totam terram. Neque modicè bibet vina collecta temperans illa aquâ, & ipse perfruetur suis fructibus, & delectabitur vino, & immerget animum in crateres. Neque tantum committet terra suam spem: sed ager vana vota, scilicet vectigal rei frumen-

taria, & merces, præsertim eas, quas aqua nutrit, neque relinquet aquas. Crater amans latice procreabis hujusmodi homines. Nunc autem Virgo sequitur, quæ ubi quindecim gradibus à marieductis ducetur lucida testimonia olim corona Ariadneæ astollentur ab aquis, & dabunt studia effaminata. Etenim ex unâ parte munera Virginis lucens: ex alterâ autem parte ipsa Virgo est ascendens. Qui tunc nascetur, is excolet hortum resplendentem pulchris floribus, & pallidas violas, & purpureos hyacynthos.

ANNOTATIONES.

241. *Matre resectum.*] Surculus quippe vitis à suâ matrice amputatus, & in alium locum in segetem plantatus adminiculo debet inniti ne areseat. *Virg.* 2. *Georg.* Gallicè *pouigner, faire de nouveau plant.*

247. *Inania vota.*] Sic Gemb. & Rom. interpungunt. Etenim qui merces maris sequuntur, ii sæpius spe cadunt, & naufragia faciunt. Inania igitur sunt hæc vota. Scaliger autem legendum putat, nec malè:

Nec solum terra spem credit in annua vota.

248. *Annona vectigal, &c.*] Cibaria, frumentaque.

251. *Jam subit Erigone, &c.*] *Hic 19. v.*

ait cum Virginis 15. grad. oriri coronam Ariadneam, quo sub fidere quicumque natus fuerit, inquit Firm. lib. 8. cap. 11. erit variis deliciarum voluptatibus occupatus, ac muliebrium artium studiis deditus, florumque & coronarum inventor, & qui amani hortorum delectationibus adhaerescat, odores, unguenta, aromata, studiosâ cupiditate desiderans, corpusque suum lenocinio pulchritudinis excolens, &c.

Ariadneæ... Corona.] Lib. 1. v. 319.

254. *Puella.*] Ariadne; cujus corona inter sidera micat in Septentrionali parte, lib. 1. v. 319.

255. *Puella.*] Virgo ipsa, seu Erigone, quæ quasi ex adverso lucet.

parte B. P.

e missis B. P.
fructibus fovetur B. P.

vna P. B.

para B. Adriano B. P.

vul: B.

- Liliâque , & Tyrias imitata papavera luces ,
 Vernantisque rosæ rubicundo sanguine florem.
 260 Cœruleum foliis viridémque in gramine collem
 Conseret , & veris depinget prata figuris :
 Aut varios necet flores sertisque locabit ,
 x Effingétque sinu similes : in mutua pressos
 Incoquet , èque Arabum sylvis miscebit odores :
 265 Et medicos unguenta dabit referentia status ,
 Ut sit adulterio succorum gratia major :
 Munditiæ cultûsque adsunt , artésque decoræ ,
 Et lenocinium vitæ , præsensque voluptas.
 Virginis hoc anni poscunt , florésque Coronæ.
 270 At cùm per decimam confurgens horrida partem
 Spica feret præ se squallantis corpus aristæ ,
 Arvorum ingenerat studium , rurisque colendi :
 Seminâque in fœnus sulcatis credere terris ;

maxu J. P.
 atq. R.
 fucoru R.

ter decima parte se:
 præsens nascentes campos Aristas J. P.

INTERPRETATIO.

& lilia , & papavera qua imitantur colores Tyrios , & florem rosa micantis rubro colore. Inseminabit clivum cœruleum frondibus , & virescentem herbâ , & pinget prata natis coloribus : vel intertexet diversos flores , & aptabit in corollas . & formabit illos in modum gyri : coquet illos expressos , & immiscebit illis odores de sylvis Arabum . & faciet unguenta qua reddant halitus saluiferos , ut gravior dulcedo insit ex mixtione succorum : munditia & cultus corporis , & artes nitida , & illecebra vita , & maxima delicia non desunt. Etas Virginis & flores Corona postulant istud. Verum ubi hirsuta Spica surgens in decimo gradu Virginis præfert corpus arista hispida , ingignit studium agrorum , & excolendi campi : dabit & committere terris proficisci in sulcos segetes ad lucrum .

ANNOTATIONES.

258. Tyrias . . . luees.] Purpureos colores. Tyrius enim , id est , purpureus ; quia urbs Tyri olim purpuræ tincturâ claruit. Virg. 3. Georg. Lux autem , id est color , qui splendidus est.

260. Viridémque in gramine.] Vulg. & Rom. At Scaliger , viridi quin gramine. Nec malè.

263. Sinu.] Ita omnes , præter Scaligerum qui legit suam pro suorum , quasi ipsi Coronæ florum. Sed sinu pro sinui legunt alii omnes , nempe dativum pro accusativo plerumque usurpant Poëtæ. Flores igitur sinui similes , id est , in modum sinûs aptati , Gallicè bouquets en ondes & en festons.

264. Arabum sylvis , &c.] Arabes enim in Asia populi thure , balsamo , & aromatum omni genere divites syl-

vas habent , lib. 4. v. 651. & 652.

266. Adulterio.] mixtione , per metaphoram.

267. Munditia cultûsque &c.] Quales describit Ovid. 1. de arte.

267. Virginis.] Erigones.

Corona.] Ariadne.

270. At cùm per decimam , &c.] His 18. v. ait cum 10. grad. Virginis exoriri Spicam , quo sub sidere nati erunt ruralibus officiis semper applicati , & ad agrorum cultum patientiâ laboris adjuncti , & qui ad vitæ subsidium multas fruges in horrea condent , inquit Firm. lib. 8. cap. 11. Spica autem stellata est , quam sinistra gerit Virgo , lib. 1. vers. 266. & Hyg. lib. 3. de Sign. Cœlestibus.

273. Seminâque.] Segetes frugum.

Ecc ij

f. v. Salmafii Op. 110.

vi B. P.

fruent B. P.

sat urav, val B.

fact B. P. sulci B.

ero B. P.

extructis similis Gemb. Gc.

Scilicet facit sacri lapidarii templis
Sculptura novum fatis per bella Tonantis
Hec fuit quondam Divis congha figura
Hunc iam iuvencio post et tridinia lumbis
construat, Techo, Auro iam videretur Aureum
B. P.

404

M. MANILII

- Usurámque sequi majorem sorte, receptis
275 Frugibus innumeris; atque horrea quærere messi;
Quod solum decuit mortales nôsse metallum;
Nulla fames, non ulla forent jejunia terris.
Dives erat census, saturatis gentibus, Orbis;
Etli fortè labor ruris tardaverat artes,
280 Quêis sine nulla Ceres, non ullus feminis usus;
Subdere fracturo silici frumenta, superque
Ducere pendentes orbes, & mergere farra,
Ac torrere focis, hominûmque alimenta parare,
Atque unum genus in multas variare figuras.
285 Et quia dispositis aptatur Spica per artem
Frugibus, instructus similis componitur ordo,
Seminibûlque suis cellas atque horrea præber,
Sed parte octavâ surgentem cerne Sagittam

INTERPRETATIO.

& quærere quantum majorem sorte segetum, acceptis scilicet immensis fructibus; & parare horrea messibus. Quod quidem metallum unum cognoscere homines debuerunt; sic enim nulla fames, nulla annonæ caritas forent in terris. Locuples erat redditus terrarum populis benè satiatæ, licet fortasse cultus agrorum impedierat artes, sine quibus nullus est panis, nullus est usus frugum: putâ subijcere tri-

tica saxo trituro. & imponere desuper suspensas moles laxeas. & diluere farinâ aquâ, coquere furnis. & præparare nutrimenta mortalium, & mutare idem genus faris in plures formas. Et quia Spica hirsuta ordinatur granis ex arte ordinatis, par ordo aptatus disponitur, & ipsa dat granaria & cellas suis segetibus. Verum aspice Sagittam exorientem cum octavo gradu Signi Libræ;

ANNOTATIONES.

274. Usurámque sequi majorem sorte.] Gemb. benè. Id est, recipere majorem copiam frugum aut quantum percipere, quam fors feminis ac segetum terris fuit credita. Rom. Usurámque sequi majorem sorte. mindus benè.

276. Quod... metallum.] Commune vocabulum, cujus species præcipue sunt aurum, argentum, æs, ferrum, ac plumbum. Hic autem metallum usurpatur pro divitiis, id est, frugibus, quas solas nôsse decuerit mortales, & quasi his unis satiari: aurum verò & argentum procul à terris arceri debuerunt.

278. Census.] Divitiæ, lib. 1. v. 12.

280. Nulla Ceres.] Nullus panis usus. Ceres enim Dea frugum aliquando pro pane usurpatur, lib. 4. v. 732.

281. Fracturo silici.] Silex masc. & foemin. est. Virg. 8. æn. v. 233. Ovid. 7. met. Fracturo silici, id est, molæ

inferiori: sicut per orbes pendentes intelligit Poëta molas superiores, quæ rotantur in orbem, & quibus granâ triticorum teruntur.

Mergere farra.] Rom. benè, id est, diluere, Gallicè detru. mper la farine. Alii tergere farra, quasi purgare triticum; mindus benè.

284. In multas variare figuras.] Notat artem pistariam, ac dulciariam, Mart. lib. 14. epig. 22.

285. Et quia dispositis, &c.] Rationem, ut aiunt, conformitatis aliquam reddere videtur, cur Spicæ fidus dat parare horrea, cellâque messibus: quia & ipsa spica in certas cellas, certâque granorum ordines formatur.

286. Instructus similis.] Gemb. & Rom. benè. Alii, instructu simili. non malè.

288. Sed parte octavâ, &c.] His 5. v. ait octavo Libræ gradu exoriri Sagittam,

LIBER QUINTUS:

Chelarum ; dabit & jaculum torquere lacertis ,
 190 Et calamum nervis , glebas & mittere virgis ,
 Pendentemque suo volucrum deprendere Cœlo ;
 Cuspide vel triplici securum figere piscem.
 Quod potius dederim Teucro fidusve genusve ?
 Téve Philoctete , cui malim credere parti ?
 295 Hæctoris ille faces arcu teloque fugavit ,
 Mittebat qui suos ignes in mille carinas :

INTERPRETATIO.

tribuet & vibrare telum brachiis , & vibrare arundinem arcu , & jacere cespites verberibus , & attingere avem volucrum per summum aëra ; aut etiam transfigere spiculo tridentis piscem iustum in aquis. Quodnam autem vel astrum vel quamnam genituram tribuerim magis Teucro ! Vel te , ô strenue Philoctete , cui sorti omnium siderum malum tribuere ? Scilicet ille prior propulsavit arcu & sagittâ ignes Hæctoris , qui insciebat suas faces in mille naves Græcorum ;

ANNOTATIONES.

quæ dat jaculatores , sagittarios , qui & aves in aëre volantes , & pisces in aquis securos transfodere cuspide ac sagittâ valeant.

Sagittam.] Lib. 1. v. 342.

289. *Chelærum.*] Libræ , lib. 1. v. 609. lib. 2. v. 629.

Jaculum.] Teli genus , quod manu vibratur , Gallicè , *un dard*.

290. *Calamum.*] Materia pro re. Sagittæ quippè calamis & arundinibus constant. Virg. 5. æn. v. 525.

Nervus.] Arcu ; pars pro toto. Chorda enim arcus ex nervis constituitur. Virg. 5. æn. v. 502.

Glebas.] Vel cespites ac saxa , quæ verberibus seu fundâ emittuntur : vel glandes plumbeas , quæ calamis , quibus annexæ essent , in aëra mittebantur , & per aëra liquefiebant. Stat. lib. 10.

— *arsuras Cæli per inania glandes.*

Gleba autem genus est armorum , Cicer. pro Cecin. §. 54.

293. *Quod potius dederim.* &c.] His 5. v. rem exemplo confirmat ; vultque sub hoc fidere sagittæ natos esse Teucrum & Philoctetem peritissimos sagittarios.

Teucro.] Ajacis fratri , Telamonis filio , qui sagittandi fuit peritissimus. Homer. Iliad. 8.

294. *Philoctete.*] Philoctetes Præantis filius fuit , Herculis comes , & cui Hercules moriens pharetram reliquit & sagittas Centauri & Hydræ sanguine illitas : peritissimus etiam sagittandi fuit , ut jam dicitur v. 296.

295. *Hæctoris ille faces.* &c.] Teucer enim , teste Homero Iliad. 8. sub clypeo fratris sui Ajacis latitans multos Trojanos occultè ex insidiis vulneravit : navèsq; Danaorum liberavit ab igne , quem Hæctor in eas mittere conatus est. Quamquam non unus Teucer , sed & Ajax cum illo , ut ipse Ajax jactitat apud Ovid. 15. metamorph.

Ecco ferunt Trœs ferrumque ignesque fovemque

In Danaas classes. Ubi nunc facundus Ulysses ?

Nempè ego mille meo protexi pectore puppes ,

Spem vestri reditûs : date pro tot navibus arma. &c.

296. *Suos.*] Synæresis ; monosyllaba vox , pro dissyllabâ. Sic apud Virg. hæ trissyllabæ voces , *alveo* , *anreus*. Sic apud Lucret. Hor. Juven. *suave* , *suavis* , *suadet* & similes voces dissyllabæ sunt. Rom. mittebatque suos. Quæ sunt veræ lectionis vestigia. Scaliger castigat , *mittebat qui* , *vos* , *ignes* , &c. Nec malè.

Ecc iiij

405

sagittis R.

cl = B. P.

totu B. P.

arcus et tela B. P.

R.

Hic autem & pharetram Trojæ bellumque gerebat,
Major & armatis hostis subsederat exul.

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
300 Esse potest, qui serpentem super ora cubantem
Infelix nati somnumque animamque bibentem
Sustinuit misso petere, & prosternere telo.
Ars erat esse patrem, vicit natura periculum,
Et pariter juvenem somno, ac morte levavit
305 Tunc iterum natum, & fato per somnia raptum.

At cum secretis improvidus Hædus in astris
Erranti similis fratrum vestigia querit,
Postque gregem longo producit intervallo,
Solertes animos, agitataque pectora in usus

INTERPRETATIO.

hic vero posterior tulit pharetram & arma in Trojam; & quamvis exulatus à suis remanserat tamen potentior hostis, quam arma gerentes. Imò etiam pater ille infortunatus, qui potuit ferire, & projicere vibratâ sagittâ anguem incubantem supra vultum sui filii & sorbentem illius sanguinem & quietem, potuit esse cretus sub tali astro. Ars quidem fuit

esse patrem, Natura superavit periculum, & simul eripuit puerum & quieti & morti, tunc quali rursus nascentem, & ereptum morti per somnos. Sed ubi inopinatus Hædus, vaganti similis, investigat vestigia fratrum suorum inter oculos sidera, profertur longo spatio post gregem, procreas ingeniosas mentes, & animos sollicitos circa rerum usus.

ANNOTATIONES.

297. Hic autem,] Nempè Philoctetes, qui ad bellum Trojanum deducendus est, utpote qui solus Lernæis sagittis uti posset, quibus ex oraculo ad Trojam evertendam opus habebant Græci. Casu autem unâ è lethiferis suis sagittis vulneratus in pede, relictus est à Græcis in Lemno insulâ: ex quâ Ulysses cum ad Trojam traduxit, Patidemque singulari certamine sagittis interfecit. Hinc Manilius addit:

Major & armatis hostis subsederat exul.

298. Armatis.] Id est, quam ceteri Græci tela mittentes in Trojam. Scilicet in Fatis erat ut Lernæis sagittis evertere Troja: unus autem Philoctetes iis benè uti poterat: casu igitur sagittâ vulneratus licet è Græcis in Lemnum exulatus, necessariò fuit revocandus.

299. Quinetiam ille pater, &c.] His 7. v. iterum rem exemplo confirmat, atque non alio sub sidere, quam sub Sagittâ natum Alconem Cretensem sa-

gittarium, qui aded sagittandi peritus fuit, ut Draconem, qui super ora filii ejus in cunis cubans sanguinem bibebat, sagittâ percussisset, non vulnerato puero. Sic Martial. lib. 6. epig. & Valer. Flacc. lib. 1. arg.

305. Fato.] Morti, lib. 1. v. 1.

306. At cum secretis, &c.] His 13. v. videtur Poëta docere cum ejusdem Libræ octavâ parte surgere Hædum, qui dat solertes animos, indelassata curis pectora, quæ suas ac domesticas res curare non habent satis, sed & publicas administrant: sectores, reos, & fraudulentos debitores. Verùm quis sit ille Hædus non satis constat. Neque enim plures inter sidera feruntur quam duo, de quibus jam supra fecit Apotelesmata v. 103, & quos cum Arietis 20. grad. exoriri docuit. Est & Capellæ sidus, seu Olenies, quam pariter cum ultimâ Arietis parte surgere dixit v. 130. Firmicus autem lib. 8. cap. 11. tradit Hædum oriri cum 15. grad. Libræ.

Fortuna B.
2093 et B.

puddet B. P.
v. 211 effingit varios, symb. 67.

310 Effingit ; variis nec deficientia curis :

Nec contenta domo , populi sunt illa ministra ,
Pérque magistratus & publica jura feruntur :
Non ullo careat digito , quaque iverit hasta ,
Defueritve bonis sector , pœnâque lucretur

315 Noxius , & patriam fraudârit debitor æris :

et. ratio ff = R. P.
D = R. P.

curem R. P. am R. P.
R B.

INTERPRETATIO.

Qui non fatigentur diversis sollicitudinibus : Qui non sunt contenti sua familiaria , sed ministri sunt plebi . Qui obesse magisteris , & publica juris officia .

hastâ non careat omni digito , nec quacumque feratur , nec emptor bonorum defuerit , nec reus lucrifaciat supplicium , nec debitor æris alieni frustrârit patriam :

ANNOTATIONES.

323. Non ullo careat digito.] Scilicet , benè. Variant enim hic lectiones. Rom.

Non ullo curat digito . quaque iverit hasta.

Gemb.

Non ullo curat digito qua qui veris hasta.

J. Bitur.

Non nullo curat digito quaque iverit hasta.

Sensus est igitur quod ex hoc sidere non deerunt , qui laborent ac curent de cognoscendis auctionibus , sectionibus , pœnis , & vadimoniiis . Hasta scilicet olim apud Romanos figi solebat in auctionibus , cui bona subicerentur ut auctione publicâ venderentur . Hinc sub hastâ subire , id est , vendi . Plaur. in Mottell. Qui trium numerorum causâ subeunt sub hastâ . Gallicè vendre , ou estre vendu à l'encan . Sectors autem aut mancupes manu sublatâ significabant se auctores emptionis esse , ut ait Festus . Hinc in Verrinis , digittum tollere in auctionibus , & Marcial.

Nam mea jam digittum sustulit hospitibus.

Supl. supellex : id est , mea supellex in auctione mancupes invenit , ut amplius hospitibus servire non possit . Itaque sensus horum trium versuum Manilii hic est , ut quamdiu sub hoc sidere Hœdi nascuntur homines , aut vivent , non deerunt qui sublato digito auctiones fa-

cient : non deerunt qui bona publicata emant in auctionibus : non deerunt qui de petulatis reis pœnas petant : qui debitores æris alieni impunè sinant abire ac patriam relinquere . Erit etiam qui cognituris seu sectionibus præsit .

314. Sector.] Sectors dicebantur ii , qui compendii sui causâ bona damnatorum emebant in auctionibus , ac postea pro suo compendio venditabant . Hinc à Cicer. 2. philip. Antonius appellatur Pompeii sector , quod ejus bona emisset . Ita Asconius . At Laur. Vall. 1. eleg. sectores vocat illos accusatores , qui ex damnatione accusati dimidiam bonorum partem expectabant , aut certam aliam partem sequebantur . Budæus sectores vocat eos , qui delationibus faciendis confiscationes à Principibus impetrans , ut homines infantes fortunis omnibus evertant .

Pœnâque lucretur . &c.] Id est , non erit quisquam de peculatu reus , qui peculatum impunè fecerit . Scilicet nascetur sub hoc sidere quadruplator , qui reos accuset & persequatur . Igitur lucrari pœnam est aliquod scelus impunè committere .

315. de itor æris.] Id est , nascuntur quadruplatores sub hoc sidere , qui debitores æris alieni non sinant abire & patriâ , creditorisque suo ære fraudari , quippe quia insectabuntur illos , donec æs alienum solverint .

non ullo cura debitor digito Gemb.

id: Geronius de Betele
Præmia p. 271 et 277.

ponere foras: Quod Natus lib: 5 Sylvarum & Ligerisq; foras et populea ad nostra ueniet
Iudicia instituta: &c

id est: compoſuit, placat &c.

madet atq; B. P.

No = B. P.

Hunc B.

408

M. MANILII

Cognitor est: verbis nec non lasciuivit amores:
In varios, ponitque forum, se datque Lyra:
Mobilis in saltus, & scenæ mollior arte.
Nunc surgente Lyrâ, testudinis enatat undis:

INTERPRETATIO.

Natus sub hoc sidere cogniturus praeſt: est etiam ad saltationes, & plus æquor
atque etiam verbis petulans fertur in di- effeminatus in arte scenæ. At verò
versas libidines, & relinquit illud foren- quando Lyra exoritur, figura illius te-
se munus, & se dedit Baccho: agilis sta, qua reſultat ſolùm per ſui heredem.

ANNOTATIONES.

316. Cognitor est: verbis, &c.] Ita interpungendum. Id est, quadruplator erit, quem vulgò dicunt *procuratorem judicalem*, Gallicè *procurateur fiscal*, qui auctiones curet, qui cogniturus præſt, ne ſector deſit in auctionibus: ne in ære alieno fraus ſubrepat: ne in reorum poenis ipſi rei poenam lucrentur, ac impune crimen admiserint. Scaliger legit, *cognitor est urbis*. Verùm non dicitur *cognitor urbis*, ſed ſimpliciter *cognitor*. Nascuntur igitur & *cognitores* sub hoc sidere Hœdi.

Verbis nec non, &c.] Nascuntur & sub hoc sidere qui verbis lasciuiviant in varias libidines: qui res illas forenſes interdum ponant, ut vino indulgeant. Itaque *cognitor* ejusmodi prædictus auctionibus, ſectionibus, ac cogniturus aliquando ſuperſedebit, ut Veneri ac Baccho indulgeat. Namque per *forum* intelligit ſanè Poëta prædictas res forenſes, nempe *cognituras*, *ſectiones*, & *auctiones*. Ita enim ratio poſtulat.

317. *Lyra*.] Baccho, id est, vino. Bacchus enim cognominatur *Lyæus*, verbo Græco λύειν, id est, *ſolvere*, quòd membra ſolvat ac curet vinum, pro quo Bacchus à Poëtis uſurpatur, vel à nomine Græco λύα, *rixas*, quòd rixas excitet vinum.

318. *Mobilis in saltus*.] Notat sub hoc eodem sidere naſci Pantomimos, qui geſtu & voce res expromunt.

Scenæ mollior arte.] Notat & hiſtriones. Scenæ propriè tabernaculum ſignificat ex frondibus & ramis inumbrationis cauſâ compoſitum, à voce Græcâ σκιά, *umbra*. Sed quoniam olim *Attica* juventus, cùm adhuc vicatim age-

ret, in ejusmodi tabernaculis carmina quædam incondita decantabat, fabulæque ſuo more agebat, factum est ut poſteâ in urbibus degens theatris ſuis idem nomen *scenæ* dederit. Quod & Romani nomen idem retinuerunt, *scenâ*que pro quadruplici theatrorum genere uſurparunt. Est enim *scenæ tragica*, *comica*, *ſatyrica*, *verſatilis*, *ductilis*. *Scenæ tragica* columnis, ſtigiis, palatiis, ſignis & alio regali apparatu ornabatur. *Comica* privatorum ædificiorum, ac mediocris cultûs ſpeciem habebat. *Satyrica* arboribus, montibus, ſpeluncisq; exornabatur. *Verſatilis* ſubito tota machinis vertebat diverſas formas, faciémque diverſam præbebat. *Ductilis* contractis tabulatis hac atque illâc interiorem picturæ ſpeciem denudabat. Hinc per has voces *scenæ mollior arte* notat Poëta hiſtriones & comædos.

319. *Nunc surgente Lyrâ*, &c. His 13. v. ait Poëta cum Libræ grad. 8. quoque ſurgere primam Lyræ partem, quam Teſtudinem ſeu Cameram vocant. Neque enim eſt cur Scaliger arguat hic Lyræ ſurgere cum 20. gr. Libræ. Namque benè quidem Manilius infra verſ. 332. ait Cornua Lyræ ſurgere cum vigefimo Libræ gradu: ſed non eſt cur pars Lyræ poſterior, ſeu camera Lyræ, quæ exoritur in Cœlis, oriatur cum 20. gr. Libræ. Eodem enim orationis textu & ſenſu loqui videtur Poëta de Lyræ primo exortu, ac de Hœdi, & Sagittæ ortu. Dixit autem v. 288. exoritur Sagittam cum 8. grad. Libræ: & v. 306. Hœdum ſurgere pariter cum eodem 8. Libræ grad. Neque enim Poëta rem aliter notat. Itaque docet ſub Lyræ te-

Forma:

- lata to = B. P.
tuaz B.

- 310 Forma, per hæredem tantum præfata sonantis;
Quâ quondam sonitum referens Oëagrius Orpheus
Et sensus scopulis, & sylvis addidit aures,
Et Diti lacrimas, & morti denique finem.
Hinc venient vocis dotes, Boreæque sonantis
325 Garrula quæ modulos diversos tibia format;
Et quodcumque manu loquitur, flatuque movetur.
Ille dabit cantus inter convivia dulces,
Mulcebitque sono Bacchum, noctesque tenebit.

â â B.

Auraz. ind. Zaph.
ad (tibia) p. 227

INTERPRETATIO.

ea, præludis, emergit ex aquis Oceani; quâ scilicet olim Orpheus Oëagrius reddens sonum & saxi sensus, & sylvis aures, & Plutoni lacrimas, & tandem morti finem. Ex hoc sidere creabuntur munera vocis canoræ, & fistula loquax

qua reddit varia modulamina Boreæ sonori: & id omne instrumentum quod sonat ore manûs, & pulsatur flatu. Natus sub hoc sidere reddet jucundos cantus inter epulas, & mitigabit suo cantu Bacchum, & ducet noctes cantando.

ANNOTATIONES.

studine exoriente nasci cantores, cytharædos, fidicines, & qui inter epulas cantu Bacchum mulceant, & inter curas marmure furtivo carminum mentem suam levent, sibi que ipsâ ad aures proprias perpetuò cantent.

Lyrâ.] Lib. 1. v. 324.

Testudinis.] Testudo Lyræ, camera est seu testa, quæ posteriorem Lyræ partem effingit, quâ inter sidera exoritur. Cur autem Lyrâ dicatur testudo, fabulas retulimus lib. 1. v. 324. & Hygin. refert lib. 2. Poët. astron.

320. Per hæredem, &c.] Notat Poëta fabulam Orphei, qui unus hæres fuit illius testudinis, quam invenit exesâ carne, relictis solis nervis, quos digitis percussus non inamœnum redderant sonum; & ad cujus imaginem Lyræ deinde formatæ sunt. Hinc Lyrâ, seu testudo illa, quæ in Cœlis est, per unum Orpheum sui hæredem præfata sonabat: eamque inter sidera re-latam volunt Poëtæ. Lib. 1. v. 324.

Præfata.] Præludia, vel prima carmina in lyram cantata. Ita legit Gemb. At Vulg. mendosè, prolata sonantis.

321. Oëagrius Orpheus.] Orpheus enim, de quo lib. 1. v. 325. filius fuit Oëagri ex Calliope Musâ. Orpheus autem aded peritè lyrâ canebat, ut saxa, sylvas,

manes, Plutonem, & mortem ipsam cantu lyræ ceperit; lib. 1. v. 325.

Quâ quondam ceperit Orpheus

Omne quod attigerat cantu, Manis- que per ipsos

Fecit iter, domuitque infernas carmine leges, &c.

Et Virg. 6. æn. v. 119. & seqq.

323. Diti.] Plutoni, quem Ditem vocant à divitiis. Huic autem addidit lacrimas Orpheus, dum acceptâ lyrâ apud Inferos delapsus Plutonem & Proserpinam carmine tantoperè demulsit, ut uxorem Eurydicen ab Inferis rediret, ut notatum est lib. 1. v. 325.

Et morti finem.] Domuit quippè mortis leges, quibus cautum est ac vetitum ne quis vitâ functus ex Inferis revocetur ad superiores auras, vitæque iterum fruatur: reduxit enim uxorem suam ex Inferis.

324. Boreæque sonantis.] Per Boream sonantem intelligit flatum omnem, quod tibi, fistulæ, aut organa resonant.

326. Quodcumque manu.] Intelligit instrumentum omne musicum quod manu pulsatur ac digitis.

328. Bacchum.] Vinum aut vinolentiam, lib. 4. v. 204.

M. MANIUS.

FFF

Boreæque / Chorus Gemb: &c: Garrula in modulo diversa Tibia forma
si lib: 2: et Pena sonantis in calamos: Gemb: Garrula que modula
diversa tibia forma: Tò in excidit propter sequens Tò m. &c
328 tenebit: ita Gemb: &c

Quinetiam curas inter, secreta movebit

330 Carmina, furtivo modulatus murmure vocem;
Solutus & ipse suas semper cantabit ad aures.

Hinc distante Lyrâ, cum pars vicesima sexta

Chelarum surget, quæ cornua ducit in astra,

E regione Nepæ vix partes octo trahentis,

335 Ara ferens thuris stellis imitantibus ignem,
In quâ devoti quondam cecidere Gigantes.

Nec prius armavit violento fulmine dextram

Juppiter, antè Deos quàm constitit ipse sacerdos.

340 Quos potius finget partus, quàm Tempa colentes;
Atque auctoratos in tertia jura ministros;

Divorumque sacra venerantes numina voce;

Penè Deos, & qui possunt ventura videre?

INTERPRETATIO.

Imo etiam inter ipsas rerum curas, cantabit tacitos versus, movens vocem clamore sonitu: & ipse quoque solus perpetuò canet ad suas aures. Inde Lyrâ remotâ, quæ attollit cornua sua ad sidera, cum vigesimus sextus gradus Libra exorietur, ex adverso Scorpionis vix trahentis octo gradus. Ara, quæ dicitur thurifera, exorietur, stellis referentibus, flammam, in quâ

olim devoti Gigantes à Jove perierunt. Neque enim Juppiter cepit dextrâ fulmen infestum, antequàm ipse sacerdos steterit coram Diis. Quos igitur natos magis procreabit Ara, quàm qui colunt ades sacras. & qui ministri sunt tertii ordinis ex sacramento astricti; & qui sacro cantu colunt potentiam Deorum; & qui sunt ferunt Diis. & qui quærent providere futura?

ANNOTATIONES.

332. Hinc distante Lyrâ. &c.] His 11. v. ait cum 26. Libræ grad. exoriri & cornua Lyræ, cujus apotelesmata non memorat: & Aram, quod Thuribulum vocant; quo sub sidere nascantur templa colentes, versores, cantores sacri, & Prophetæ.

Hinc.] Id est, ex octavo gradu Libræ sublatâ Lyrâ ad 26. grad. quâ parte Libræ cornua Lyræ surgunt, ut supra monui, & quod colligere est ex illius situ inter sidera, lib. 1. v. 325.

333. Chelarum.] Libræ, ut jam monui v. 289.

Cornua.] Quæ duo sunt Lyræ manubria, seu brachia, quæ attolluntur etiam inter sidera, sed quibus non surgit Lyrâ.

334. E regione Nepæ.] Id est ex adverso Scorpionis. Nepa enim Scorpionis est lib. 2. v. 32. lib. 4. v. 356. Lyrâ autem sita est extra Tropicum Cancræ,

scilicet inter Olorem & Herculem; Scorpionis verò quasi ex opposito medius cingitur Tropico Capricorni, lib. 1. v. 268. & 325.

335. Ara.] Thuribulum, ut dictum est lib. 1. v. 415.

336. In quâ devoti. &c.] ut dictum est lib. 1. v. 325. & seqq.

339. Tempa colentes.] Puta Ediles aut Sacerdotes.

340. Atque auctoratos. &c.] Qui Tempa scopis purgabant, id est, versores, Triplex enim in jure sacro fuit ordo. I. Iepoqav, sacerdotum antistites, qui sacra & caeremonias edocebant. II. Iepois, sacerdotes, qui sacra faciebant. III. Nwxiqoi, versores, qui Tempa scopis purgabant. Igitur Auctoratos vocat eos, qui ad tertii ordinis munus in sacro jure obeundum sacramento obligabantur, quos Nwxiqoi, versores, vocant.

339 partus: Gotthofredus
Not: ad vatem Geoprop: &
et lat: edit: Geoprop: 1628
legit vatem illu vid:
340 Iepoqav: Gotthofredus
de quibus vid vatem not:
in cap: 6. lib: 1: Suet: Hist:
Suet:

334. E regione Nepæ partus: Ge:

Quattuor appositis Centaurus partibus effert
Sidera, & ex ipso mores nascentibus addit.

245 Aut mulos ager, aut mannos, mistósque jugabit
Semine quadrupedes, aut curru celsior ibit :
Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma :
Ille tenet médicas artes ad membra ferorum
Et non auditos mutarum tollere morbos.

350 Hoc est artis opus, non expectare gementes ;
Et sibi non ægrum jamdudum credere corpus.

Nunc subit Arcitenens, cujus pars quinta nitentem
Arcturum ostendit ponto ; quo tempore natis
Fortuna ipsa suos audet committere census,

355 Regales ut opes & sancta æraria servent,

stimulis omnes R. P.

medias R. P.

motus R. P.

INTERPRETATIO.

Quattuor autem additis gradibus Centaurus profert suas stellas, & dat ex seipso studia natis sub se : Scilicet natus sub illo vel agitat mulos, vel mannos, vel copulabit quadrupedes ex diverso semine natos, vel volitabit sublimior curriculo : vel imponet arma equis, vel ager equos in bella : alter etiam scit medicam scientiam ad sanandos artus equorum, scit etiam levare morbos non

intellectos animalium non gementium. Scilicet id spectat ad hanc artem, non expectare conquirentes, & non committere sibi corpus illorum curandum, quod jamdiu agrotat. Jam vero Sagittarius sequitur, cujus gradus quintus educit & mari lucentem Arcturum ; quo tempore nascensibus Fortuna ipsa non dubitat credere suas opes, scilicet ut custodiant divitias regias, & sacra æraria,

ANNOTATIONES.

343. Quattuor appositis, &c.] His 9. v. ait exoriri Centaurum Meridionalem cum 12. grad. Scorpionis. Qui sub hoc sidere natus fuerit, inquit Firm. lib. 8. cap. 13. aut erit auriga, aut equorum nutritor, & cultor, vel eorum exercitator, aut mulo-medicus, vel equestrarius. Centaurus.] Nimirum meridionalis, lib. 1. v. 408.

345. Aut mulos ager, &c.] Scaliger, bene. Rom.

Aut stimulos ager aut omnes, mistósque jugabit, &c.

Jun. Bie.

Aut stimulos ager arte omnes, &c.

Mannos.] Burrichos, ut aiunt ; id est, minutos mulos, Martial.

Nusquam est mulio?mannuli tacebunt. Vel parvulos equos, qui tolutum vestigia glomerantes commodam scissori præbent vestigationem ; Gallicè, petits chevaux qui vont l'amble ; hacquenées.

346. Semine quadrupedes mistos.] Mu-

los, qui ex equâ & asino generantur. Igitur talis homo erit pruriga, id est, qui equabus mares admittat.

347. Onerabit equos armis, &c.] Id est, equestrator erit : aut herum armatum equo imponet, & ad bellum euntem comitabitur. Hoc enim est straturæ munus.

348. Ferorum.] Equorum : sic infra v. 360.

352. Nunc subit Arcitenens, &c.] His 7. v. ait cum 5. grad. Sagittarii assurgere Arcturum, quem Arctophylacem aut Booten vocant, lib. 1. v. 316. Quo sub sidere nascuntur præfecti ærarii regis, regumque ministri, domibus alienis regendis præpositi, & populi curam gerentes, id est, vel patroni municipiorum, vel vindices civitatum.

354. Fortuna ipsa.] Quæ Dea bonorum creditur.

Census.] Opes, rem familiarem, lib. 1. v. 15.

*ad. Sti. Cypriani vita
p. 12.*

Fff ij

Regnantes sub rege suo, rerumque ministri;
Tutelamque gerent populi, domibusque regendis
Præpositi curas alieno limine claudent.

Arcitenens cum se totum produxerit undis,
360 Ter decumâ sub parte feri, formantibus astris;
Plumeus in Cælum nitidis Olor evolat alis:
Quo surgente trahens lucem matrêmque relinquens
Ipse quoque aërios populos, Cælóque dicatum
Alituum omne genus, studium censûsque vocabit.
365 Mille fluent artes, aut bellum indicere Mundo,
Et medios inter volucrum prensare meatus:
Aut nido damnare suo; ramove sedentem,
Pascentemve super surgentia tendere lina.
Atque hæc in luxum. Jam ventri longius itur

INTERPRETATIO.

imperantes sub suo Imperatore, & sint ministri rerum; & suscipiens curam populi & præfecti gubernandis familiis includent curas suas in alienâ domo. At ubi Sagittarius præstulerit se integrum ex aquis, sub trigésimo gradu, quâ parte est equus, stellis ita imitantibus, Cycnus plumifer evolat pennis lucidis in Cælum: quo exoriente homo hauriens vitalem auram, & relinquens genitricem, is etiam appellabit

tanquam suas opes & studium proprium volucres athereas, & omne genus volucrum, quod aëri consecratur. Ex hoc fidere mille disciplina emanabunt; v. g. vel denunciare bellum aëri, & apprehendere avem inter medios transitus aëris: vel fraudare illam suo nido; tendere retia suspensa supra illam vel insidentem ramo, vel carpentem pabula. Et hæc omnia ad luxuriam, Nunc etiam longius itur ad gu-

ANNOTATIONES.

358. *Alieno limine.*] Alienis domibus. Pars pro toto. Est enim limen atrium seu vestibulum domus.

359. *Arcitenens cum se, &c.*] His 25. vers. docet Poëta exoriri Olorem seu Cycnum cum 30. grad. Sagittarii: quo sub fidere nascuntur aucupes, qui bellum avibus indicant & in aëre, & in nidis, & in pastu: & qui longius eant quæsituri aves ad gulam. Nascuntur & qui linguas humanas edoceant aves: & qui columbas alant in tectis: & qui aves ad iussa paratas vendant in urbe.

360. *Feri.*] Equi. Ferus enim pro equo dicitur v. 348. & Virg. 2. æneid. de equo Trojano:

— inque feri curvam compagibus alvum,

Contorsit, &c.

Et æneid. 5.

Frana feris addit, &c.

Pars autem postrema Sagittarii equina est, lib. 1. v. 270.

361. *Olor.*] Cycnus, lib. 1. v. 337.

363. *Aërios populos.*] Aves. Populus enim dicitur non solum de hominibus, sed & de apibus, Colum. lib. 9. c. 13. & de piscibus, Manil. lib. 4. v. 289. & de avibus, Manil. hic.

Cælóque.] Aëri, lib. 1. v. 9.

364. *Alituum.*] Pro alitum, genit. Sic Virg. 8. æn.

Alituum pecudumque genus, &c.

365. *Mundo.*] Aëri, lib. 1. v. 9.

367. *Aut nido damnare suo, &c.*] Scal. benè. Rom.

Aut nidos cl'amare suâ, ratione sedentem Thomas Reines.

At nido calamove suâ regione sedentem

369. *Atque hæc in luxum. Jam ventri, &c.*] Ita castig. Scaliger autem:

At quæ hæc? In luxum, &c.

Rom.

Atque hic in luxum jam ventri longius ibit, &c.

Nec malè, ut patet satis.

- 370 Quàm modò militiæ. Numidarum pascimur oris ;
Phasidos & dampis. Arcessitur inde macellum ,
Unde aurata novo convecta est aquore pellis.
Quinetiam linguas hominum sensûsque docebit
Aërias volucres , novæque in commercia ducet ,
375 Verbaque præcipiet Naturæ lege negata.
Ipse Deum Cycnus condit , vocemque sub illo
Non totus volucer , secumque immurmurat intus.
Nec te prætereant clausas qui culmine summo
Pascere aves gaudent Veneris , & reddere cæcas ;

INTERPRETATIO.

Lam , quàm ad bellum. Nutrimur enim de littoribus Numidarum , & de spoliis fluvii Phasidos. Macellum advocatur jam ex eâ terrarum parte ex quâ olim vellus aureum evectum fuit per mare novum. Imò etiam natus sub hoc fidere adecebit voces humanas æthereas aves. fa-

cièque illas in nova commercia venire ; & erudiat illas voces denegatas ex ordine Natura. Olor ipso regis Deum . nec totus ales edis vocem sub illo . & secum mustas interius. Nec te lasciant qui delectantur alere aves Veneris inclusas in alto fastigio tectorum , & reddere illas cæcas ,

ANNOTATIONES.

370. Numidarum.] Numidæ populi sunt Africæ , qui in pascuis inter armenta degunt. Ex Numidiæ autem oris ultimis Romam olim afferebantur gallinæ , quas vulgò Indicas vocant ; Varro autem Africanas lib. 3. cap. de re rustica. Triplex enim distinguit gallinarum genus ; villaticas , quæ in villis ; rusticas , quæ in sylvis ; africanas , quæ in Numidiâ aluntur , & quæ primum ex Numidiâ Romam translatæ Numidicæ quoque dictæ sunt ; Gallicè poules d'Inde.

371. Phasidos & dampis , &c.] Scalliger benè. Id est , Phasianis , quibus ipse Phasis fluvius , ad cujus ostia frequentes convolant cibi causâ , spoliatur , & Romam advehuntur. Scilicet ex hoc fluxu primum in Græciam ferunt advectos phasianos ab Argonautis , deinde à Græciâ in Italiam luxûs mensarum augendi gratiâ. Gallicè phasians. De Phaside autem supra v. 45. Vulg. verò habet mendosè : Phasidos & dantis. Hinc J. Bitur. Phasidos & dantiu. Dautia autem seu lautia Legatis dabantur quasi munera honoratissima , inquit. Gemb. Phasidos & dillus. Facilis autem lapsus dillus pro pullis.

371. Macellum.] Locus fuit Romæ , in quo obsonia vendebantur.

372. Unde aurata. . . pellis.] Id est , ex Colchide , ex quâ vellus aureum Jason deduxit , lib. 1. v. 402. not.

Novo . . aquore.] Helleponto. Fretum enim illud , quod Propontidem inter & Ægeum mare jacet , ab Hellespontus est dictus , lib. 4. v. 677.

374. Novæque in commercia ducet.] Id est , faciet aves venire in nova commercia , edocens illas novas loquelas , nempe hominum linguas. Rom. Nova qui in . &c. Id est , mercator erit novarum & peregrinarum avium , inquit J. Bitur. Minus probata lectio.

376. Ita Deum Cycnus condit . &c.] Notat & Olorem avem esse fatidicam , quæ Apolline agente , in cujus tutelâ est , futura prænunciet. Non totus volucer id est , in se habens aliquid amplius quam quod sit avis : sub illo , id est , agente Apolline. Immurmurat intus , id est , picipiens , mustitans , nec claram edens vocem in istis prædictionibus. Scilicet nonnisi moriturus canit cycnus , quasi futuræ mortis suæ præflagax.

379. Aves Veneris.] Columbas. Virg. 6. æn. v. 190.

Reddere cæcas.] Quod facilius pingues fiant , & ex aviario in culinam def-

Fff iij

Valerij. unde lucis he:

nusq. colit R. P.

377 Phasidos & dampis in Veneris cap: xx Atq. etiam illum Ar pidiu sitianista de quo sapie audisti id quod est Phasidis hominibus in prore quem omne intus canore distans sustulit. Garg: Naz: Epit: id Phasidis Hymenidias Epit: obsequia & de a; idem adit & opior avlor:

videtur credere Phasidis nos Phasidis

- 380 Aut certis revocare notis : totamque per urbem
Qui gestant caveis volucres ad iussa paratas ;
Quorum omnis parvo consistit passere census.
Has erit & similes tribuens Olor aureus artes.
Anguitenens magno circumdatus orbe Draconis
385 Cum venit in regione tuæ , Capricorne , figuræ ,
Non inimica facit serpentum membra creatis.
Accipiunt sinibûsque suis , peplôque fluenti,
Osculâque horrendis jungunt impunè venenis.
At cum se patrio producit ab æquore Piscis
390 In Cœlûmque ferens alienis finibus ibit ,
Quisquis erit tali capiens sub tempore vitam ;

INTERPRETATIO.

vel revocare illas certis signis : & qui ge-
vunt aves in carceribus aviariis per to-
tam civitatem instructas ad mandata
facienda ; & quorum omnis res familia-
vis constat in minimo passere, Cycnus au-
ratus dabis hac & similia studia. Ubi
Serpentarius circumcinctus ingenti amplexu
Serpentis est in finibus tua forma, & Ca-
pricorne, non creat artus serpentum infestor
tunc nascentibus. Namque tunc nati ex-
cipiunt serpentes in suis gremiis, & in ef-
fusa veste, & admovent sine periculo balsa-
venenis metuentis. Verum ubi Piscis No-
tius protrahit se à mari sibi patrio, & attol-
lens se in Cælum venit in regiones alienas,
quicumque hauriet lucem sub tali tempore.

ANNOTATIONES.

cedant opima fartura, inquit Scali-
ger. Sic nunc apud nos excœcantur
gallinæ, ut pinguedinant. Vel ut postea
iterum interpretatus est Scaliger, ut
illicites aves fierent, quibus alias colum-
bas alliciat auceps in aviarium suum.

384. Anguitenens magno, &c.] His
s. v. ait cum primis Capricorni parti-
bus exoriri Ophiucum, seu Serpenta-
rium, qui marfos procreat, id est,
homines qui noverint mitigare serpen-
tes, & veneno exarmare. Qualis Atyr
angitur apud Sil. Ital. lib. 1.

Nec non serpentes diro exarmare ve-
neno

Doctus Atyr, tantumque graves sopire
Chelydros.

Ac dubiam admoto sobolem explorare
Ceraſte, &c.

Quales & in Italiâ plures fuisse scribit
P. in. lib. 7. c. 2. qui salivâ suâ serpen-
um moribus medebantur. Quales &
Pſylli in Africâ dicuntur, qui partim
ore trahentes venenum, partim can-
tibus serpentes mitigantes, moribus

illorum medentur. Plutarch. in Caton.
Sueton. in Aug. 27. Plin. lib. 7. c. 2.
Sed de his fusiùs disputatum est etiam
lib. 1. v. 92. Similiter de Anguiten-
te, lib. 1. v. 332.

385. Venit in regione.] Sine motu; id
est, est in regione. Sic Cicero dixit,
veni in Senatu, id est, adsum in Senatu.
Sic Tit. Liv. lib. 6. venire in parte,
id est, esse in parte.

387. At cum se patrio, &c.] His 15. v.
docet cum postremis Capricorni parti-
tibus exoriri Piscem, Notium scilicet,
seu Austrinum majorem, qui sub Aqua-
rii pedibus & Capricorni postremis par-
tibus jacet, ut dictum est lib. 1. v. 273.
& 428. Hoc autem sub fidere nasci vult
Poëta, piscatores, æquoreæ mercis in-
stitores, & qui conchas, seu marga-
ritas & ostreas in alto mari capiant.

Patrio.] Eleganter. Opponitur enim
vöcibus alienis finibus verlu sequenti.
Æquor autem patria est piscium : al-
tum verò Cælum alieni fines eorum.

Littoribus ripisque suos circumferet hamos,
 Pendentem & cæco captabit in æquore piscem;
 Cùmque suis domibus Conchas vallòque latentes
 395 Protrahit immerfus. Nil est audere relictum.
 Quæstus naufragio petitur, corpùsque profundo
 Immissum pariter cum prædâ exquiritur ipsâ.
 Nam semper tanti merces est parva laboris. *nec semel hæc:*
 Censibus æquantur Conchæ, rapidùmque notari *varumq; hæc:*
 400 Vix quisquam est. Locuples oneratur terra profundo.
 Tali sorte suas artes per littora tractat.
 Aut emit externos pretio mutâtque labores
 Institor æquoreæ variâ sub imagine mercis.
 Cùmque Fidis magno succedunt sidera mundo,

annos B.

Conchas: ita hæc
 = het = lat B. P. het hemb: 5
 sui hæc

quam R. pariter hæc

quisquam B.
 varumq; hæc

INTERPRETATIO.

circumducet suos hamos per oras & ripas, & capiet piscem suspensum ac natantem in alto mari, & delapsus ipse sub aquas adducit Conchas latitantes suis tectis ac suo munimine. Nil est omissum tentare. Lucrum quaeritur naufragio, & corpus immersum mari quaeritur simul per mare cum ipsâ prædâ. Etenim semper mediocre

pretium est tanti laboris. Concha aequivalens, magnis opibus, vixque aliquid est ostendi avidum. Terra dives oneratur mari. Natus igitur hoc fidere ager suas artes per ripas cum tali fortunâ. Vel mercator factus mercis maritima coemît & commutat pretio alienas operas sub diversâ specie mercis. Et ubi stella Fidis veniunt in magnam Cælum,

ANNOTATIONES.

392. *Hamos.*] Ita lego cum Thomâ Reincio. At Vulg. annos.

393. *Cæco æquore.*] Mare cæcum dicitur, quia altum, profundum, & cujus fundum cernere aut scrutari non est. Sic lib. 1. v. 8. & v. 714. dixit *cæcam noctem*. Lib. 2. v. 246. *cæca moralla*. Sic Virg. passim.

394. *Conchas.*] Concha Græca vox est, quæ omne genus Piscium firmiorem habentium testam significat. Hinc aliquando sumitur pro *conchleâ* tûm æquoreâ, tûm fluviali; aliquando pro *murice*, cujus succus pannis purpureo colore tingendis est aptus; aliquando pro ipsâ *testâ*, quâ Tritones pro tubâ uti finguntur ante Neptunum; aliquando pro *margaritâ*, seu *unione*, quæ in conchis ex rore Cœli nascitur. Plin. lib. 9. cap. 35. Itaque per *conchas* intelligit Manilius & *conchleas*, & *purpuram*, & *margaritas*, quarum quæstus naufragio petitur. Sic præclare Plin. lib. 9. cap. 34. *Jam quidam ex totâ rerum Naturâ damnosissimum mare est, tot modis, tot mensis, tot piscium saporibus, quibus*

pretia cupientium periculo sunt. Et capite 35. fusiùs.

396. *Profundo.*] Mari.

397. *Cum.*] Ita castigandum ex Rom. quum. At Scaliger, *pariter quàm*. Malè.

399. *Censibus.*] Bonis, opibus. lib. 1. v. 12.

Rapidùmque notari Vix quisquam est.]

Ita Jun. Bitur. id est, parva res est ut homo notetur avarus, & alieni agri rapax, nisi etiam & suis dominiis ac divitiis addiderit mare, hoc est maris pretia, v. g. margaritas, uniones, purpuras, &c. Cujus lectionis veræ vestigium habet Rom.

— *Rapidùmque notari*

Vix quisquam est locuples. &c.

Hunc autem locum ita corruptum sibi videri ait Scaliger, ut nec intelligere nec concipere potuerit.

Profundo.] Mari.

404. *Cùmque Fidis.* &c.] His 7. v. ait Fidem seu Fidiculam oriri cum Capricorno, sed cum quâ Capricorni parte non notat. Firmicus docet eam oriri cum Capricorni decimâ parte, lib.

- 405 Quæsitior scelerum veniet, vindæque reorum;
 Qui commissa suis rimabitur argumentis,
 In lucemque trahet tacitâ latitantia fraude.
 Hinc etiam immitis tortor, pœnæque minister;
 Et quisquis vero favit, culpamve perodit,
 410 Proditur, atque alto qui jurgia pectore tollat.
 Cæruleus ponto cùm se Delphinus in astra
 Erigit, & squammam stellis imitantibus exit,
 1 Ambiguus terræ partus pelagôque creatur.
 19 Par ex diverso studet, & sociatur utrûmque

INTERPRETATIO.

judex criminum orietur. & ultor nocentium, qui suis interrogationibus & rationibus scrutabitur delicta, & proferet crimina in lucem, qua secreto dolo latent. Ex hoc sidere nascitur quoque crudelis carnisfex, & minister supplicii, & quicunq; studuit aequitati &

odit crimen, & qui alia voce dirimat lites, Ubi autem glaucus Delphinus attollit se à mari ad sidera, & prodit stellis exhibentibus squammam, tunc factus anceps terra & mari generatur. Et licet procreatus sit ex uno tantum semine, tamen habet aequale studium

ANNOTATIONES.

8. cap. 15. Sic suprâ Manilius non notaverat quâ cum parte Capricorni oriatur Piscis Notius major. Verùm quia sub postremâ Capricorni parte jacet, facile colligere est illum cum postremis Capricorni partibus exoriri. Sic neque notaverat quâ cum parte Capricorni oriatur Serpentarius. Verùm, quia longè antecedit Capricornum, sane cum primis Capricorni partibus illum oriri necesse est. Imò vereor ego ne turpiter hallucinatus fuerit in hoc sidere coortu, cùm inter utrûmque totus Sagittarius intercedat. Similiter vereor ne & deceptus fuerit in Fidis seu Fidiculæ coortu cum Capricorno. Neque enim Fides seu Fidicula alia est à Lyrâ, cujus jam & coortum posuit cum Librâ v. 319. 332. & ibidem apotelesmata recensuit. Porro sub hoc sidere Fidis seu Fidiculæ nasci docet scelerum vindices, & quibus judicia publica quæstionésque credantur: similiter & tortores & carnisfices. Idem docet Firmicus Manilii interpres lib. 8. cap. 15. Verùm hæc ad vanitatem artis scripsisse videtur Poëta potius, quàm ad rei veritatem. Scilicet quia Fides seu Fidicula Græcè significat *Βόδωνος*, quasi *Fidiculis dissentium*, quo cruciati Martyres olim afficiebantur, hinc ab hoc sidere nasci vult *Βρομύας*, tortores ac quæstiores.

411. *Ceruleus ponto. &c.*] His 33. v. Non quidem notat quâ cùm Capricorni parte exoritur Delphinus, quanquam videtur oriri cum mediis illius partibus: verùm apotelesmata tantùm Delphini posuit, atque sub hoc sidere exoriente nasci, ambiguos terræ ac mari foetus, id est, qui sicut in terrâ velocissimi sunt cursores, ita in aquis citissimi natatores, Eleganter autem diversa natatorum genera, atque petaristarum, oscillatorum, pegmarumque ludos explicat Poëta. De Delphini situ diximus lib. 1. v. 346.

414. *Par ex diverso, &c.*] Benè Scalliger hos duos versus castigat, & in suam sedem restituit. Namque minùs rectè postpositi fuerant 17. vers. sequentibus, ac in aliis Codicibus legebantur sic:

Pars ex diverso studet, & sociatur utrumque [*surgit.*

In genus, atque uno digestum semine Quam tamen postremam lectionem tutatur J. Bitur, mutando tantùm vocem *semine*, quasi *femore*. Verùm obscurior eò lectio videtur. Itaque sensus est quoddam sub Delphino *par ex diverso studet*, id est, pariter mari & terris studet, quia & cursor & natator erit: atque in utrumque genus, sociatur & surgit, supple currendi in terris, & natandi in aquis: *uno digestum semine*, id est, licet ex unâ terrâ ducat originem, ut qui sit homo.

In

- 20 415 In genus, atque uno digestas femine surgit.
 2 Nam velut ipse citis perlabitur æquora pinnis;
 3 Nunc summum scindens pelagus, nunc alta profundis;
 4 Et sinibus vires sumit, fluctumque figurat:
 5 Sic, venit ex illo quisquis, volitabit in undis,
 6 420 Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus,
 7 Et plausa resonabit aqua: nunc æquore merfas
 8 Deducet palmas furtivo remus in ipso:
 9 Nunc in aquas rectus veniet, passimque natabit;
 10 Et vada mentitus reddet super æquora campum:
 11 425 Aut immota ferens in tergus membra latiusque,
 12 Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis;
 13 Pendebitque super rutum sine remige pontum.
 14 Illis in ponto jucundum est quærere pontum;
 15 Corpora qui mergunt undis, ipsamque sub antris

Corpora, in he. INTERPRETATIO.

in diversam rem, & simul abis in utrumque genus terræ & maris. Etenim sicut ipse Delphinus pernatat maria velocibus pinnis, modo secans supremam aquoris partem, modo delapsus in imum mare, & capis vires ex gyris & orbibus quos agit, & format undam in varios fluctus: ita quicumque oritur ex illo fidere, per-volitabit in aquis, modo ducens alternos lacertos in tardos ductus & reddet sonum propter aquam istam: modo quasi remi-

gium esset, agitabit manus submersas fur-tim in ipso mari: modo erectus in pedes tolletur inter aquas, & natabit huc & il-luc, & simulans reperire vada faciet solum super mare: vel ducens in dorsum & in-latus sua brachia immobilia, non premet pondere aquas & jacebit stratus in supremis aquis, & suspendebit sine remige super mare sibi non periculosum. Jucunda res est iis, qui immergunt corpora sub aquis, quærere mare in ipso mari. & tentant invisere sub antris

ANNOTATIONES.

416. *Ipse.* Delphinus, quod est omnium animalium velocissimum, non solum marinorum, sed & ocyor est volucre, ocyor telo, tantæque vi exsilit, ut ple-rumque saliens naves transvolet, *Aristot.* lib. 9. animal. cap. 48. *Plin.* lib. 9. cap. 8. *Apollon.* lib. 4. Argonaut. Mira enim memorantur apud istos auctores de cursibus & recurribus Delphinarum, quam sensim elebantur per undas etiam inter natantes homines, ac se se vetibus includant, ac mox liberent, & blandissimo saltu ac natatu jam huc jam illuc ferantur: modo circa festinantem navim gregatim glomerantur: nunc antè visi, nunc à tergo, interdum ex obliquo. Nautis autem gaudium est.

418. *Sinibus.* Vel sinibus. Id est, sinuosis orbibus ac gyris, quos agunt, Ed enim fortius ac velocius natare videntur, quod plures in sinus ac spiras ferunt.

M. MANIL.

tur supremum mare secantes, atque in varios fluctus illud agentes.

420. *Nunc alterna, &c.* Hoc v. cum dimid. notat illud natatorum genus, qui natando alterna brachia ferunt in lentos tractus, & aquas plaudunt.

421. *Nunc aquore merfas, &c.* Hoc v. cum dimid. notat illud natatorum genus, qui furtim ita manuum remigio intrâ aquas utuntur, ut sine remige supernatare aquis videantur.

423. *Nunc in aquas rectus, &c.* His 2. v. notat illos natatores, qui recti, & quasi pedem aquis figentes natant, mentiunturque super æquora campum.

425. *Aut immota ferens, &c.* His 3. v. notat eos, qui supini, aut in latera proni fluctibus incumbunt, & quasi immoti supremis accumbunt aquis.

428. *Illis in ponto, &c.* His 3. v. notat urinatores.

Ggg

*furtivo: i. e. latens sub aquis: long ipso d. ut scipio corpus non visibilis
 navi, brachia remorum &c. Musæi de tradito:
 ἄνθρωπος ὁὐκ ἐρεῖται, ἀνθρώπος, ἀνθρώπος νηὺς:*

sinibus B. P.

*Pontum 1: 2: Mari, Neptuno:
 vid: Vossius ad
 Pontum: p. 77. } Neptuni corp9
 um B. P. } vocali mari
 2. v. 471*

totum totum B. P.

Pontum

*im = vid Vossius
 ad Pontum p. 211*

p. 20 passim l: passim

- 16 430 Nerea, & æquoreas conantur visere Nymphas :
 17 Exportantque maris prædas, & rapta profundo
 18 Naufragia, atque imas avidi scrutantur arenas.
 02 Rem B. os de id P. 21
 De = B.
 435 Adnumeres etiam illa licet cognata per artem
 Corpora, quæ valido saliant excussa petauro,
 Alternosque cient motus; elatus & ille
 Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille:
 Membræque per flammæ Orbisque emissa flagrant

INTERPRETATIO.

ipsum Nerea, & Nymphas maritimas. Et extrahunt ea, quæ pelagus prædatum est, & res naufragas, quas mare rapuit, & cupidi rimantur infimas arenas maris. Poëtes etiam addere illa corpora similia istis per artem, quæ scilicet motu vehementi petauro saltant, & agunt motus alternatim; & alter sublimis modò deprimitur, & alter elatus pendet ex alterius lapsu: & corpora jactata per ignes & per gyros flammantes,

ANNOTATIONES.

430. Nerea.] Deum maris, supra v. 196. qui cum Nymphis æquoreis habitare fingitur sub antris ac scopulis.

434. Adnumeres etiam &c.] Ita Thom. Reinecius, nec malè. Ubi enim locutus est Poëta de natatoribus, jam de cursoribus, & petauristis est acturus, quos utrosque dat Delphini fidus. Malè enim Rom.

Ad numeros etiam, &c.

Malè Scaliger:

Ad numeros etiam ille ciēs, &c.

His autem 4. vers. seqq. notat Petauristas, & oscillatores.

Cognata.] Id est, quæ ex arte aliquam habent similitudinem cum iis corporibus, quæ natant peritissimè.

434. Petauro.] Petaurum machina erat in sublimi suspensa, ex quâ se in aëre excuterent, atque evolarent petauristæ. Vel ludi genus est, cum quis per circum admodum angustum, aut per plures proximè sibi additos mirâ agilitate transvolat præmissis manibus ac capite; reliquo ita sequente corpore, ut illos orbes non tangat, sed transiliat celer, atque rotato quasi corpore ultra non in caput sed in pedes prosiliat. Nonius autem petauristas veteribus dictos ait, quod saltibus & scenis levioribus moverentur. Petaurum enim dicitur à vocibus Græcis πῆμα & εἰς ταῖς αὐγὰς, id est, volare in aëre. Erat & aliud ludi genus, quo pueri ex longâ trabe superimpositâ metæ, aut alteri transversæ

trabi, alternos ciebant motus modò sursum, modò deorsum hinc inde: vel aliud notat ludi genus, quod Gallicè vocant Escapoulette. cum pensiles ex arbore gestationes aguntur, quam jactationem vocant Latini Oscillationem, quâ ludentes alternatim assurgunt & deprimentur, Virg. 2. Georg. v. 389.

Oscilla ex altâ suspendunt mollia pinu, &c.

Vel aliud similiter ludi genus notat, quo Funambuli saltu in sublimi tollerentur, quasi de fune in funem. Claud. Conf. Carm. 17. v. 320.

Vel qui more avium sese jaculentur in augas,

Corporaque adficient celeri crescentia nexu,

Quorum compositam puer agmentatus in arcem

Emicet, & vincens plantâ vel cruribus hævus

Pendula librato figat vestigia saltu, &c.

437. Membræque per flammæ, &c.] Gemb. ita legit hos 4. v. benè. Notat enim Pegmates, seu potiùs pegmares. Erant autem gladiatores, qui pegmatis impositi per medios ignes accensos membra strenuè trans mittebant. Pegma enim erat lignea machina in quâ statuz collocabantur, quæque cum ludicris producebatur in scenam, vel etiam cum pueris insidentibus; cujus formam describit Seneca epist. 99. & de quâ Claudian.

LIBER QUINTUS.

Molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis;
 Delphinumque suo per inane imitantia motu,
 440 Et viduata volant pinnis, & in aëre ludunt.
 At si deficient artes, remanebit in illis
 Materies tamen apta. Dabit Natura vigorem,
 Atque alacres cursus, campoque volandia membra.
 Sed regione means Cepheus humentis Aquarii
 445 Non dabit in lusum mores. Facit ora severa:
 Frontes ac vultus componit pondere mentis.
 Pascuntur curis, veterumque exempla revolvent
 Semper, & antiqui laudabunt verba Catonis,
 Tutorisve supercilium, patruive vigorem.
 450 Componet teneros etiam qui nutriat annos,

419

Tollitur R.P.
= or na = R.P.
pinnis R.

urgentis R.
mentis R.
= hinc - et R.P.
vigorem R.

INTERPRETATIO.

leniter ponuntur per terram, sicut in fluidis aquis: & imitantia Delphinum agitatione sua per aëra, & carentia pinnis volitant & ludunt in aëre. Verum si artes defuerint, attamen materies idonea restabit in illis. Natura tribuet robur, & veloces cursus, & corpora volitantia in arenâ. Sed Cepheus veniens in spatiorantis Aquarii non tribuet studia in lusum. Dabit vultus austeros: & effingit vultus & ora ex gravitate animi. Nati sub hoc sidere alantur sollicitudinibus, & relegunt perpetuo exempla Antiquorum, & pradicabunt palam dicta veteris Catonis, vel severitatem defensoris pusillorum, vel severitatem avunculi paterni. Hoc sidus dabit hominem, qui alas quoque juveniles annos

ANNOTATIONES.

Mobile ponderibus descendat penna reductis:
 Inque chori speciem spargentes ardua flammæ
 Scena roiet. Varios effingat Mulciber orbes
 Per tabulas impune vagas, pictæque citato
 Ludant igne trabes, & non permissa morari
 Fida per innocuas errent incendia turres.
 Male ergo alii castigare istos versus Ma-
 miliarios conati sunt:
 Membraque per flammæ orbisque emis-
 sa flagrant
 Tollitur, ut liquidis per humum ponun-
 tur in undis
 Delphini, inque suos per inane natantia
 motus, &c.
 444. Sed regione means, &c.] His 37.
 v. ait Poëta exoriri Cepheum cum Aqua-
 rio: at quo cum gradu Aquarii non no-
 tat. Hoc autem sub sidere nasci asserit
 severos, superciliosos, pædagogos, tra-
 gædos, pantomimos, comædos, hi-

striones, & declamatores. ut vocant.
 De Cepheo autem dictum est lib. 1. v. 354.
 & de Aquario lib. 2. v. 233.
 448. Catonis.] Utriusque scilicet; nam-
 que ambo dantur in exemplum severi-
 tatis, & integritatis, v. 106. & lib. 1.
 v. 769.
 449. Supercilium.] Severitatem, gra-
 vitatem. Quia enim supercilio aut an-
 nuimus aut negamus, aliquando ipsum
 usurpatur pro severitate. Juvenal. Sa-
 tyr. 6.
 Patruive.] Paterni avunculi; quod
 nomen sæpius usurpatur pro severo ho-
 mine. Horat. 3. Carm. od. 12. & Cicer.
 pro Cælio: Qui in reliquâ vitâ mitis
 esset, fuit in hac causâ petriscis quidam
 patruus, censor, magister. Scilicet quia
 patruus de fratris liberis curans minus
 est mitior iudex quam pater ipse foret.
 450. Componat teneros, &c.] His 3. v.
 Notat Pædagogos, qui pueros nutriunt,
 educant, moribus imbuunt, & quibus
 ipsi pueri, licet jure dignitatis domini
 sint, parent tamen jure prætextæ.
 Teneros annos.] Pueros.

Ggg ij

Et Dominum dominus prætextæ lege sequatur;
 Quoddque ager, id credat stupefactus imagine juris.
 Quinetiam tragico præstabunt verba cothurno,
 Cujus erit quanquam in chartis stylus ipse cruentus;
 455 Nec minùs & scelerum facie, rerumque tumultu
 Gaudebunt: atri luctum memorare sepulchri,
 Rustantemque patrem natos, Solémque reversum;
 Et cæcum sine Sole diem: Thebana juvabit

INTERPRETATIO.

¶ qui, licet sæpè herus sit, pareat tamen magistro jure prætextæ, atque attolitur specie magisterii credat id omne, quod ille faciet. Imò etiam dabunt verba in tragico cothurno, cujus tamen ipsum genus orationis erit sanguinolentum in pa-

pyro, illi pariter non minùs delectabuntur specie criminum, ac rerum seditione; v. g. commemorare plantæ funesti tumuli, & parentem qui eructet liberos suos: & Solem, qui retrocedat, & tenebrosum diem sine luce: placebit memorare Thebana

ANNOTATIONES.

451. Dominum.] Magistrum, jure magisterii.

Dominus.] Herus, jure dignitatis, aut divitiarum.

Prætextæ lege.] Quasi jure ætatis & disciplinæ. Prætextæ enim vestis fuit, quam pueri solebant induere, donec Togam induerent; quam Togam non induebant apud Romanos, nisi post decimum sextum annum.

¶ 453. Quinetiam tragico, &c.] His 12. v. notat Tragædos, seu qui Tragædias agant aut scribant, quarum nonnulla argumenta memorat, quæ à veteribus Poëtis fuere conscripta.

Cothurno.] Cothurnus calceamentum erat, quo Tragædi utebantur, sicut foccus calceamentum erat Comædorum. Horat. de arte Poët. Cothurus autem altioris erat formæ, ut staturam majestatis majoris ergò adjiceret. Tertull. de spectac. Diabolus Tragædos cothurnis extulit, quia nemo potest adjicere cubitum novum ad suam staturam, mendacem facere vult Christum. Et Juvenal. Satyr. 6. ————— breviorque videtur

Virgine Pygmæâ, nullis adjuncta cothurnis. Sumitur autem & pro ipsâ tragædiâ, quæ varia sortitur epitheta pro variis auctoribus, Sic Virg. Eclog. 8.

Sophocleus cothurnus.

Sic Horat. 2. Carm. 1. Od.

Cecropius cothurnus, &c.

456. Atri luctum memorare sepulchri.] Qualis est tragædia, quam Sophocles Antigonem inscripsit. Antigone quippe

Oedippi Thebanorum regis filia, cùm ad officiũ funebre fratrum, Eteoclis & Polynicis, venisset, atque unâ cum Argiâ Polynicis conjuge corpora fratrum cremasset, jussu Creontis Atheniensis tyranni capta & occisa fuit cum Argiâ. Quarum mortem postea ultus est Theseus, Creontemque interfecit. Quâ de re Sophocles Tragædiam grandi cothurno scripsit; quasi sub hoc fideri Cephei procreatus idèd Manilio videatur.

457. Rustantemque patrem, &c.] Hoc verſ. cum dimid. notat Poëta impium Atrei facinus, qui fratri suo proprios filios manducandos apposuit; cujus facinoris horrore Sol retrocessisse fertur, ut dictum est lib. 3. v. 17.

458. Thebana bella ueri, &c.] Quæ scilicet Polynicem inter & Eteoclem fratres Oedippi Thebanorum regis filios ex nefando Jocoſtæ concubitu sunt exorta. His autem pater in exilium sponte proficiscens eâ lege regnum reliquerat, ut alternis regnarent. Verùm ubi Eteocles natu major priores regnandi vices per annum obiisset, alternas fratri cedere recusavit. Quâ de re indignatus Polynices sese Argos contulit ad Adrastum regem, cujus filiam Argiam in uxorem duxit; atque ibi contractis viribus ac copiis fratri Thebanorum regi bellum intulit; quo in bello ambo singulari certamine ceciderunt mutuis vulneribus. Quâ de re Oedippus tragædia inscribitur.

Attri ge

Dicere bella uteri : mixtumque in fratre parentem :

460 Quærere Medæ natos , fratremque patremque :

Hinc vestes , flammæ illinc pro munere missas ;

Aëriamque fugam ; vestrosque ex ignibus annos.

Mille alias rerum species in carmine dicent.

Forſitan ipſe etiam geſtus referetur in actis.

465 At ſi quis ſtudio ſcribendi mitior ibit ,

Comica componet lætis ſpectacula ludis :

Ardentes juvenes , raptasque ſub amore puellas ;

Eluſosque ſenes , agilesque per omnia ſervos ;

INTERPRETATIO.

bella ventris , & patrem mixtum in fratre ; quærere filios Medæ , & fratrem & genitorem : veſtimenta data in munus ex unâ parte , & ignes miſſos in munus ex aliâ parte , & fugam per aëra ; & annos provecſtos per flammæ. Memorabunt quoque carminibus ſuis mille alia rerum ge-

nera. Et forſaſſe ipſo quoque geſtus exhibebitur in actionibus. Verum ſi quis humanior erit in genere ſcribendi , conſcribet ſpectacula comica ad jucundos ludos : componet & adoleſcentes incenſos amore , & virgines raptas in amore , & ſenes deceptos , & ſervos paratiſſimos ad omnes res,

ANNOTATIONES.

459. *Mixtumque in fratre parentem.*]

OEdippum , qui & pater & frater uterinus fuit liberorum , quos ex matre ſuſcepit , quam inſcius duxerat in uxorem , lib. 3. v. 16.

460. *Quærere Medæ natos.*] Quos enim liberos ex Jafone ſuſceperat Medæa , eos in conſpectu patris jugulavit , lib. 3. v. 12. Quâ de re tragœdiam ſcripſit Seneca , quam *Medæam* inſcripſit.

Fratrem.] Aſyrtum Medææ fratrem , quem ipſa fugiens patrimoniam neſtura membratim per vias diſcerpſit. lib. 3. v. 9.

Patremque.] Etiam Medææ patrem , Colc horum regem , quem ipſa prodidit , lib. 3. v. 8.

461. *Hinc veſtes.*] Veneno tinctas & à Medæâ pro munere miſſas Creuſæ , quam Jafon , repudiata Medæâ , duxerat , lib. 3. v. 11.

Flammæ illinc.] Ignem , quem Medæa eidem Creuſæ miſit in ſcrinolio , quo Creuſa cum regiâ totâ combuſta fuit , lib. 3. v. 11.

462. *Aëriamque fugam.*] Supl. Medæ , quæ per aëra Draconibus ablata fugit , & poſtquam Creuſam cum regiâ totâ incendit : & poſtquam Peliam , cui juventutem fore ut reſtitueret pollicita erat , juſſit à filiabus interfici : & poſtquam Theſeo Ægei filio venena miſ-

cuiſſet , metuens ſcilicet ne pœnas daret. Ovid. 7. metam.

Vestrosque ex ignibus annos.] Æſoni ſcilicet , cui Medæa juveniles reſtituit annos , lib. 3. v. 11.

464. *Forſitan ipſe etiam geſtus.* &c.] En pentomimos , qui perſonæ omnes in ſcenis per ſingulorum actuum ſimulationes imitati oſtendebant , in quos Auguſtus ſeverè animadvertit. *Sueton. Aug. 45.*

465. *At ſi quis ſtudio.* &c.] En comœdos his 7. v. Res enim mitiores tractant comœdi. *Horat. art. poet.*

467. *Ardentes juvenes.*] Quales ſunt in *Andria* apud Terent. Pamphilus & Carius : vel in *Adelphis* apud eundem Terent. Ctheſiphon & Eſchinus , &c. *Raptasque in amore puellas.*] Puta Callidum in *Adelphis* apud Terent. &c.

468. *Eluſosque ſenes.*] Puta in *Phormione* Terentii Demiphonem & Chremem : in *Adelphis* ejusdem Terentii Demeam , &c.

Agilesque . . . ſervos.] Quales ſunt in *Andria* Davus : in *Eunucho* Parmeno : in *Adelphis* Syrus : in *Phormione* Geta , &c. Alludit igitur Poëta ad Terentianas fabulas , quas Græcè ſcripſerat Menander , cujus hic mentionem facit.

Ggg iij

Doctior exbe suo B.P.
cursusq. B.P.

facile B.P. affatibus R.P.
et imam B.P.

ex eas: tas: Gemb. Ge:

- Quæ in cuncta suam produxit sæcula vitam
470 Doctor in urbe suâ linguæ sub flore Menander;
Qui vitâ ostendit vitam, chartisque sacra vitæ.
Et si tanta operum vires commenta negarint
Externis tamen aptus erit nunc voce Poëtis, ^{fructus}
Nunc saturo gestu; referetque affectibus ora, ^{actus Ge:}
475 Et sua dicendo faciet; solusque per omnes
Ibit personas & turbam reddet in uno:
Aut magnos heroas aget, scenisque togatas.

INTERPRETATIO.

quibus fabulis Menander doctus in lepore
sua lingua Græcæ in civitate suâ promo-
vit vitam suam in omne ævum & qui
vitâ expressit vitam, & scriptis consecra-
vit. Et si cui fortasse vires ingenii dene-
gaverint tam magnas fabulas rerum, is
tamen erit utilis exteris Poëtis, modo vo-
ce, modo pleno gestu; motibus animi
imitabitur loquelas aliorum, & reddet
suas loquendo; & ipse unus aget omnes
personas, & exhibebit multitudinem in
se solo. Vel aget magnos heroas, vel co-

ANNOTATIONES.

470. In urbe suâ.] Athenis.
Lingua.] Sup. Græcæ.
Menander.] Poeta Comicus, Athe-
niensis, qui fabulas, seu comœdias
octoginta conscripsit Græcæ.

471. Qui vitâ, &c.] Sic Quinti-
lian. lib. 8. de Menandro: Ita omnium
imaginem in vitâ expressit: tanta in eo
inveniendi copia & eloquendi facultas:
ita in omnibus rebus, personis, affecti-
bus accommodatus, ut omnibus ejusdem
operis tenebras obduxerit, &c. Sic Ari-
stophanes dubitat uter Menander vi-
tam; & vita Menandrum imitatus sit.

472. Et si tanta operum, &c.] His
exteris v. notat histriones & declama-
tores.

Commenta.] Fabulas, comœdias,
tragœdias, &c.

474. Saturo gestu.] Pleno ac perfecto
gestu. Scaliger autem ait saturnum esse
scenicum vocabulum, quod ad diversim-
modum actum ac gestum pertinet. Ve-
rum eodem de rure dicitur: Pers. i. satyr.
rus saturnum laudare: & de eodem.
Virg. 2. Georg.

Saltus & saturi petito longinqua Ta-
renti, &c.

Alii scribant satyro: malè; scribendum
enim fuisset satyrico.

Affectibus.] Gemb. benè. Alii affati-
bus, malè.

476. Personas.] Gallicè personages,
Persona autem multas fortitur signifi-
cationes. I. Apud philosophos ac theo-
logos usurpatur pro individua natura
rationalis substantia, II. Apud gramma-
ticos pro larvâ, III. Apud comicos poe-
tas pro diversis personis quas agunt in
scenis actores, Gallicè, personages.
Modò enim herum, modò servum,
modò matronam, modò ancillam,
modò patremfamilias, modò liberos,
& alias ejusmodi personas agunt in
scenis actores.

Turbam reddet in uno.] Gemb. benè.
Id est, unus & solus actor omnium
personas aget, turbamque integram
reddet. Scilicet declamator unus aget
herum & servum & filios, &c. Vulg.
mendosè: turbam reddet in imam.

477. Magnos heroas.] Id est, perso-
nas virorum nobilium & illustrium,
quales heroës finguntur, qui cum mor-
tales essent, rerum tamen præclare ge-
starum magnitudine quàm proximè ad
Deos immortales accessisse videntur. Sic
Horat. [de art. poet.

Intererit multum Davusque loquatur
an Heros.

Togatas.] Supl. comœdias, quæ quia
scriptæ sunt juxta ritus Romanorum,
quorum propria fuit Toga, dicuntur
Togata: sicut Græcas fabulas, à pallio,

474 Saturo / Gemb. tanto:
tanto: leg: tantum, vel facile:
Ge:

474 Saturus gestus) Gemb. tanto:
tanto: leg: tantum, vel facile:
Ge:

Lingua sub flore / Atq. tempore Augusti maxime floruit lingua Græca:
ergo Manilius non scripsit illo tempore Ge

LIBER QUINTUS.

423

= 21 ut B P.

- Omnis fortunæ vultum per membra reducet ;
 Equabitque choros gestu , cogētque videre
 480 Præsentem Trojam , Priamūque ante ora cadentem.
 Nunc Aquilæ sidus referam , quæ parte sinistra
 Rorantis Juvenis , quæm terris sustulit ipsa ,
 Fertur & extensis prædam circumvolat alis :
 Fulmina missa refert , & Cælo militat ales ;
 483 Bis sextamque notat partem fluvialis Aquarii.
 Illius in terris orientis tempore natus
 Ad spolia & partas surget vel cæde rapinas.

INTERPRETATIO.

mœdias togatas in scenis : scilicet red-
 det omnem faciem cuiuscumque fortuna
 per gestum membrorum : & gestu suo ad-
 equabit choros , & facies quasi intueri
 Trojam ob oculos stantem , & Priamum
 quasi pereuntem in conspectu. Jam verò
 loquar de Signo Aquila , quæ venit à par-
 te lavæ humentis Pueri , quem ipsa Aquila

la rapuit è terris in Cœlum ; & circa
 circumvolat pennis expansis circa rapinam
 suam. Volucris etiam in Cœlo reperiat
 fulmina Jovis vibrata , & gerit arma ,
 & signat duodecimum gradum Aquarii
 aquorci. Quicumque nascetur in terris sub
 tempore illius ascendenti , is feretur ad
 pradas & ad rapinas etiam necesse factas :

ANNOTATIONES.

quod suprà tunicam gerunt , *Palliatas*
 appellamus. (Quadruplex autem *Toga-
 tarum* genus distinguitur. I. *Prætexta-
 ta* , sic dictæ à prætextâ , quæ Magi-
 stratum & Regum vestis erat apud
 Romanos. In his autem Magistratus
 & Imperatores inducuntur agentes de
 rebus summis. II. *Tabernaria* , sic dictæ
 à tabulis quibus tegebatur scena. In his
 non Magistratus , sed humiles personæ
 inducuntur , quales sunt ferè , qui mer-
 ces in tabernis vendunt. III. *Atel-
 lana* , sic appellatæ ab Atellâ civitate ,
 in quâ primum actæ. In his verò ar-
 gumenta jocularia tractantur , & saty-
 ricis fabulis ferè similia. IV. *Plenipeda* ,
 sic dictæ à vilitate personarum , quæ non
 cothurno , aut focco , aut pulpito , sed
 plano pede utebantur in scenâ. Has au-
 tem fabulas Græci vocant *Mimos*. Ho-
 rat. de art. poet. meminit Prætextarum
 & Togatarum : & Juvenal. sat. 1.

478. *Omnis fortuna*.] Omnis condi-
 tionis , ut vocant.

479. *Equabitque choros gestu*.] En
 Pantomimos , qui quod cantores voce
 reddebant , id gestu exhibebant.

480. *Præsentem Trojam* , &c.] Adcò

rem sub oculos quasi præsentem pone-
 bant. De Trojâ dictum est lib. 1. v. 508.
 & alibi passim.

Priamūque.] De quo lib. 3. vers. 7.
 & lib. 4. v. 64.

481. *Nunc Aquila sidus* , &c.] His
 17. v. ait Poëta exoriri Aquilam cum
 duodecimo gradu Aquarii. Quo sub si-
 dere nati vivere solent cæde humanâ ,
 & ferinâ , spoliis ac rapinis. Nascun-
 tur & contumaces , fortissimi , stre-
 nui , armigeri , Regūque per bella
 ministri , ac satellites fortēsque mili-
 tes. *Firmic. lib. 8. cap. 16.* Porro de
 Aquilæ sidere & situ diximus lib. 1. v. 624.

482. *Rorantis juvenis*.] Ganymedis ,
 id est Aquarii , lib. 2. v. 566. lib. 4.
 v. 357. 472. 556. &c.

483. *Pradam*.] Nempè Ganymedem ;
 suprà quem fertur in Cœlis. Promis-
 cūe autem hic loquitur Poeta de Ga-
 nymede & Aquario , quia fabulantur
 Aquarium esse Ganymedem. At in Cœ-
 lis Ganymedes situs est sub Aquilâ ;
 Aquarius verò longè inferiùs stat.

484. *Fulmina missa refert*.] lib. 1.
 vers. 343.

Cumque hominum dederit strages, dabit ille ferarum;
 Nec pacem à bello, civem discernet ab hoste;
 490 Ipse sibi lex est, & quæ fert cunque voluntas;
 Præcipitat vires; laus est contendere cuncta. *conba se*
 Et si fortè bonis accesserit impetus ausis,
 Improbitas fiet virtus. Et condere bella,
 Et magnis patriam poterit ornare triumphis.
 495 Et quia non tractat volucris, sed suggerit, arma;
 Immisissosque refert ignes, & fulmina reddit,
 Regis erit, magnive Ducis per bella minister;
 Ingentesque suis præstabit viribus usus.
 Verùm ubi Cassiope, bis denis partibus actis
 500 Equorei juvenis, dextrâ de parte refurgit,
 Artifices auri faciet, qui mille figuris
 Vertere opus possint, caræque acquirere dotem

INTERPRETATIO.

Et ubi ediderit clades hominum, edet etiam
 clades ferarum: neque distinguet inter pa-
 cem & bellum, neque inter civem & hostem:
 ipse sibi erit lex. & fert impetus suos in quam-
 cunque partem voluntas illius feratur: glo-
 ria est certare omnia. Et si fortasse audacia
 advenerit rebus bene gestis, malitia illius
 mutabitur in virtutem. Poterit & facere
 bella, & decorare patriam magnis trophæis.

Et cum Ales nempe Aquila, non mittit,
 sed subministrat arma. & reportat tantum
 missos ignes. & refert fulmina, natus sub
 illâ erit minister Regis, vel magni ducis in
 bellis, & præbebit maxima officia suo robore.
 Verùm ubi Cassiope tollitur à dextrâ parte,
 scilicet viginti gradibus sternalis Pueri præ-
 teritis, dabit opifices auri, qui queant va-
 riare opus per mille formas, & assequi mer-

ANNOTATIONES.

490. Ipse sibi lex est, &c.] His 2. v.
 notat contumaces, qui sibi uni parent,
 & contendunt.

491. Contendere.] Gemb. benè. Vulg.
 concedere, malè.

472. Et si fortè, &c.] En fortissi-
 mos, qui cum audax facinus aliquod
 susceperint, si illud, quâ debent animi
 fortitudine, gesserint, viri fortes habentur,
 atque eorum improbitas fit virtus.

493. Et condere bella, &c.] En stre-
 nuos viros, qui post victorias relatas
 triumphum agunt.

497. Regis erit, &c.] En Armige-
 ros, Regumque per bella ministros.

498. Ingentesque suis, &c.] En for-
 tes milites, ac satellites.

399. Verùm ubi Cassiope &c.] His 39. v.
 docet Poeta Cassiopem exoriri cum vi-
 gesimo gradu Aquarii. Quo sub sidere
 nati fiunt aurifices, bracteatores, inaura-
 tores, plasticatores, margaritarii, & qui
 has omnes artes ingeniosâ conversatione

pertrahens, & ex his maxima vita studia
 consequantur, inquit Firm. lib. 8. cap. 16.
 Erunt & tessellatores & musivarii, qui
 tessellis, id est, quadratis lapillis opus
 componant, quorum alii argenti ni-
 torem, alii auri fulgorem, alii nivis
 candorem, alii alios colores vivos imi-
 tentur. Erunt & sculptores, & aurifos-
 sores, & aurileguli. De Cassiope autem
 lib. 1. v. 354. 695. De Aquario lib. 2.
 vers. 239.

502. Caræque acquirere dotem materia.]
 Scaliger, benè. Id est, mercedem de
 tam pretiosâ materiâ, seu potius de tam
 pretiosâ, ut ita dicam, operâ, con-
 sequi. Sic ad mentem Manilii Firmi-
 cus interpretatus est lib. 8. cap. 6. *Es*
ex his maxima vita subsidia consequan-
tur, &c. Mendosè autem Vulg. *Car-*
*ni*que. Quam lectionem ineptè tutatur
 Bonincontrius interpretatus vocem *car-*
ni pro voce *corpori*. At quid est corpori
 acquirere dotem materiæ?

Materiz

frat quocunq; B.P.
concedere B.P.

magister Gemb. G.

Al cum B.

carni B.P.

Materiæ , & lapidum vivos miscere colores.
 Sculpentem faciet sanctis laquearia Templis ,
 505 Condentemque novum Cælum per tecta Tonantis.
 Hæc fuerat quondam Divis concessa figura :
 Nunc jam luxuriæ pars est. Triclinia Templis
 Concertant ; tectique auro jam vescimur auro.
 Hinc Augusta nitent sacratis munera Templis :

Equal P.P.

INTERPRETATIO.

eadem pretiosa materia , & miscere natos colores lapidum. Formabit artificem , qui calet laquearia in Aedibus sacris , & qui faciat novum laqueare per Aedes Jovis Tonantis. Hac enim forma data fuerat olim

solis Diis : sed jam nunc pars est luxus hominum. Scilicet jam privata conclavia conduntur cum Aedibus sacris ; & super tectis auro nunc etiam sumimus cibum in auro. Inde dona facta ab Augusto splendunt in

ANNOTATIONES.

503. *Lapidum vivos , &c.*] En tessallatores & musivarios , Gallicè , *qui travaillent en pieces de ravers.*

504. *Sculpentem faciet , &c.*] Hos quinque versus benè transtulit huc Scalliger , quos alii malè posuerant sub sidere Spicæ suprà vers. 270. ut ibidem notavimus. Rectè enim huc pertinent , ubi quæstio est de natis sub sidere Cassiopeæ , qui laquearia & tholos Templorum sculpunt & inaurant , quos idèd Firmic. lib. 8. cap. 16. vocat *plasticatores Templorum.*

505. *Condentemque novum Cælum , &c.*] Musivario scilicet opere. Opus autem musivum dicitur , v. g. pavimentum scutulis , aut tessellis structum , & ad regulam exactè perfricatum. Hæc autem pavimenti vocatur *tessellatio* : artifices verò *tessallatores*. Duplicem autem *tessellationem* distinguit Plinius lib. 35. cap. 1. alteram quæ crustis marmorum diversicolorum vermiculatas animalium & rerum effigies referat : alteram , quæ marmoris maculas alieno marmori inserat ; ac orbes aut ovatas figuras marmori includat. Sic Seneca epist. 87. *Pauper sibi videtur ac sordidus , nisi parietes magnis pretiosis orbibus resulerint , nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint.*

Novum Cælum.] Id est , novum laqueare in modum Cæli cavatum & arte calatum. Alludit quippe ad illud etymon vocabuli *Cælum* , quod dictum ait S. Ambros. lib. Hexamer. *Cælum* ,

M. MANIL.

quasi calatum , impressa stellarum lumina habens. Vel ad etymon Græcum *καὶ αὐτὸς* , quasi Cælum dicitur dicatur à concavitate. Quam autem Jovi Tonanti sacrarat Aedem Augustus , illius Cælum , hoc est laqueare novis figuris distinguendum , maculis inferendum , ac orbibus pretiosis calandum atque arte elaborandum curaverat. Fortè & pavementum etiam scutulis scutulis aut tessellis structum erat , hoc est , musivario opere elaboratum.

506. *Hac fuerat , &c.*] His 3. v. arguit ex occasione luxum Romanorum , qui sicut Aedes sacras , ita sua triclinia inaurabant , & auro bibebant , quod olim unis Divis erat concessum atque consecratum.

508. *Tectique auro , &c.*] Id est , cubantes sub tectis ac laquearibus inauratis sumimus cibum auratis crateribus. Scilicet materia pro opere. Sic Virg. 1. æn. *Pleno se proluit auro.* Et 2. Georg. *ut gemmâ bibet.* Id est , paterâ ex auro & gemmis ornatâ.

509. *Hinc Augusta nitent , &c.*] Id est , ex hoc sidere venit & datum est , ut Augustus Cæsar , quas Aedes sacras vetustate collapsas aut incendio absumptas refecit , eas & cæteras opulentissimis donis adornaverit , ut ait Sueton. in Aug. 30. ut potè qui in cellam Capitolini Jovis sexdecim millia pondus auri , gemmâsque ac margaritas quingentes HS. unâ donatione contulerit.

H h h

510 Et Mithridateos vultus induta trophæa :

Aurea Phœbeis certantia lumina flammis :

Gemmarumque Julii radiantes lucibus ignes.

Hinc Pompeia manent veteris monumenta triumphali
Et quod erat Regum decus, id fuit una malorum

515 Non extincta lues, semperque recens ea flamma.

Hinc lenocinium formæ, cultusque repertus

INTERPRETATIO.

Ædibus quas consecravimus nitent & spolia capta, in quibus calata erat facies Mithridatis: nitent & splendores aurati quæ contendunt cum ignibus solaribus: nitent & fulgores margaritarum Julii Cæsaris micantes luminibus. Inde Pompeia

monumenta antiqui triumphali ex quod fuerat ornamentum Regum. una labes calamitatum, qua n. extingui, & qua perpetuo ardet v. sa flammâ. Inde illectamenta pulchri. udi- nis veniunt, & inventus est ornatus

ANNOTATIONES.

510. Et Mithridateos, &c.] Alludit Poëta ad aurea vasa, quæ Augustus fugato & debellato Mithridate retulit è Ponto, in quibus scilicet calata erat imago ac facies Mithridatis. Sic Plin. lib. 37. cap. 1. Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine Dactylotheam, primus omnium habuit Roma privignus Sylla Scaurus; diâque nulla alia fuit, donec Pompeius magnus eam [Dactylotheam] qua Mithridatis regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret. Hoc exemplo Cæsar Dictator sex Dactylotheas in Æde Veneris Genitricis consecravir.

511. Aurea lumina.] Id est, splendores, quos emittunt vasa aurea gemmis insita & ornata.

512. Gemmarumque Julii, &c.] Id est, gemmæ Dactylothece, quas J. Cæsar in Æde Veneris Genitricis consecravir, teste Plinio jam citato.

513. Hinc Pompeia manent, &c.] Id est, ex hoc fidere datum est ut Pompeia monumenta triumphali manerent. Hæc autem ex Actis triumphorum Pompeii magni habentur: tertio triumpho, quem de piratis, Asiâ, Ponto Armeniâ, Paphlagoniâ, Cappadociâ, Ciliciâ, Syriâ, Scythiis, Judæis, Albanis, Iberiâ, Insulâ, Cretâ, Bæsternis, & super hac de Regibus Mithridate, atque Tigra- ne, M. Pisone, M. Messalâ Coff. prid. Kal. Octob. die natalis sui egir, transtulit alveum cum tesseriis lusorum è duabus gemmis, latum P. III. longum P. IIII. Lynam auream pondo XXX: lectos triclinares III: vasa ex auro & gemmis, abacos IIX:

signa aurea III, Minerva, Martis, & Apollinis: coronas ex margaritis XXXIII: montem aureum quadratum cum cervis & leonibus, & pomis omnis generis circumdatâ vite aurâ: musæum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat.

514. Et quod erat Regum decus, &c.] Ita emendandi fuerunt hi duo versus. Mendosè enim omnes codices habent: Et quod erat regum pelagus, fuit una malorum

Non extincta lues, semperque recens ea flammis.

Scilicet conqueritur Poëta de victoriâ & triumpho illo Pompei magni, quæ, ut pariter conqueritur Plinius lib. 37. cap. 1. primum ad margaritis gemmasque mores inclinavit. Quasi illud, quod Regum decus esse debeat, id jam fons & origo, vel potius fomes malorum sit, qui necdum extincto igne luxûs recen- ter adhuc fumer, ac in dies augetur. Quod & satis indicant quatuor seqq. versus.

516. Hinc.] Non quidem ex hoc fi- dere, ut supra v. 509. & 513 sed ex illâ Pompei victoriâ, quæ primum mo- res inclinavit in gemmas & margaritas.

Lenocinium forma.] Illud omne or- namentum, quod ad maiorem & ex- quisitorem formæ elegantiam conferre videtur, quales sunt gemmæ, unio- nes, monilia, annuli, catenæ, &c. Plin. lib. 33. cap. 3. Habeant fœmina in armillis digitiisque totis, collo, auribus, spiris: discurrant catena circa latera, & inserta margaritarum pondera auro è collo

Regnum pelagus P.

Lucania = v. P.

Issus?

vid. Stuckius ad Persiplex
Ponti Euxini p. 28:

- Corporis, atque auro quæsitæ est gratia frontis;
 Përque caput ducti lapides, per colla, manûsque;
 Et pedibus niveis fullerunt aurea vincla.
 520 Quid potius matrona velit tractare creatos
 Quàm factum revocare suos quod possit ad usus?
 Ac ne materies tali sub munere desit,
 Quærere sub terris aurum, furtoque latentem
 Naturam eruere omnem, Orbemque evertere terræ
 525 Imperat, & glebas inter deprendere gazam,
 Invitâmq; novo tandem perducere Cælo.
 Ille etiam fulvas avidus numerabit arenas,
 Perfundetque novo stillantia littora ponto,
 Parvâque ramentis faciet momenta minutis.

investire præde B.

perfunctus novo still: Gemb: Ge: fragmentis B.

INTERPRETATIO.

corporis, & elegantia vultus petita est per aurum: & gemma posita sunt circum caput, & circum colla, & circum manus, & nexu aurati nitent pedibus candidis. Quid opus Matrona optet magis fieri à nativis sub hoc fidere, quàm illud, quod queat reducere ad suos usus? Et ne materies desit sub tali dono. fidus istud jubet investigare aurum sub terris, & perscrutando in-

venire furtim totam Naturam latentem, & disturbare totum globum terræ, & invenire thesaurum inter medios cespites, & denique proferre illum invitum in novæ oras ætheris. Qui natus erit sub hoc fidere, is quoque cupidus colliget aureas arenas, & asperget novo mari littora madentia, & ex parvis particulis arenarum collectis faciet tenuia pondera auri;

ANNOTATIONES.

Dominarum pendeant ut in summo quoque unionum conscientia adsit: etiamque pedibus inducitur... Neque enim gestare margaritas, nisi calcent, ac per uniones ambulent, satis est.

523. *Quærere sub terris, &c.]* En Auriflores

527. *Ille etiam fulvas, &c.]* En Aurilegulos. Porro diversum inveniendi aut effodiendi auri modum notat hic Poëta. Namque teste Plinio lib. 33. c. 4. quæritur aurum 1. fluminum ramentis. 2. puteorum scrobibus. 3. montium arrugiis. Ramenta fluminum sunt minuscule arenarum aurearum partes, quas flumina secum volvunt, & eradunt è venis terræ, per quas interfluunt. Hujusmodi autem ramenta, inquit Plinius, reperiuntur in Tago Hispaniæ, in Pado Italiæ, in Hebro Thraciæ, in pætole Asiæ, in Gange Indiæ, &c. Scrobes puteorum, fossæ sunt ad effodienda metalla factæ, ex quibus canalium, quod vocant, aurum eruitur, marmoris glareæ inhaerens; sic dictum quod venarum canalibus per saxa va-

gatur hinc atque illinc, & per latera puteorum. Arrugæ montium sunt cuniculi subterranei, ex quibus aurum effoditur. Hoc autem triplex genus effodiendi auri non notat Manilius: sed primum & tertium. Tertium quidem his 4. prioribus vers. *Quærere sub terris, &c.* Primum verò his 6. seqq. *Ille etiam fulvas, &c.*

528. *Stillantia.]* Rom. benè; id est; madentia. Scaliger *stellantia*, quasi micantia instar stellarum: minus eleganter. Notat enim Poëta aurilegos, qui fulvas arenas è fluminibus colligunt, totasque madidas licet, novis tamen aquis lavant, ut coquant.

527. *Ramentis.]* Ita legendum. Male enim Gemb. *fragmentis*. Ramenta autem sunt minuscule arenarum partes, quæ, ut jam monui, quasi rapsuræ eraduntur fluentibus fluminibus. Quod autem *ramenta* vocat Manilius, id Claudianus appellat *rudes venas*. Consul. carm. 1. v. 51.

Momenta... parva.] Id est, parva pondera auri.

H h h ij

Par tulit B. *Recollit* 428

Oru = B.P. in B.

M. MANILII

- 330 Pertulit ut legeret censûs spumantis in aurum
Et perlucens cuperet prensare lapillos.
Vorticibus mediis oculos immittet avaros;
Et coquet argenti glebas, venâque latentem
Eruet, & silicem rivo saliente liquabit.
335 Et facti mercator erit per utrumque metalli, *Plati Saxonia;*
Alterum & alterius semper mutabit in usus. *ad Gronov. Ge.*
Talia Cassiope nascentum pectora fingit.
Andromedæ sidus sequitur, quæ Piscibus ortis
Bis sex in partes Cælo venit aurea dextro.

INTERPRETATIO.

Patienter autem tulit ut colligeret, & ut vellet capere manu splendentes arenas gazæ spumantis in aurum. Injiciet oculos avidos in medios ipsos gurgites, & scrutatus extrahet venam argenti latentem, & purgabit lapillum aquâ fluenti, & incoquet cespites argenti. Et mercator erit confecti metalli ex utroque, & aliud convertet perpetuò in usus alterius. Cassiopea creat tales mentes eorum, qui nascuntur sub ipsâ. Signum Andromedæ subsequitur, quæ aurata surgit à parte dextrâ Cæli, quando Pisces exorti jam sunt in duodecimum sui gradum.

ANNOTATIONES.

330. Censûs spumantis in aurum.] Arenæ pretiosæ, quæ cocta spumat in aurum. Censûs enim res est pretiosa, & magni redditûs, lib. 1. v. 12.

334. Liquabit.] Purum & liquidum lavando reddet. Sic Lucret. lib. 2. v. 145. vocat liquidas voces. Lib. 5. v. 282. liquidum lumen. Lib. 6. v. 204. liquidum ignem. Et verò effusæ venæ metallorum, arenæque collectæ lavantur & purgantur aquâ, priusquam coquantur igne. Non verò aquâ saliente liquefiunt.

335. Et facti mercator erit, &c.] Notat & artifices, qui Electrum ex auro & argento faciunt. Est enim Electrum cujusdam metalli genus, quâdam ex auri parte, & argenti commixtione confectum. Plin. lib. 32. c. 2. Aurum, in quo quinta argenti portio est Electrum vocatur. Hoc autem modò naturale est, modò curâ efficitur. Loquitur verò Poeta de Electro, quod curâ efficitur. Electrum naturale non ex arboribus, ut veteres autumati sunt, sed ex saxis defluit. Hodie enim notissimum est provenire in insulâ maris Germanici, quam linguâ suâ vocant Sudam. non procul à littore Prutenico; primòque à saxis manans liquidum est, sed aëris atque maris frigiditate in eam,

quam videmus, duritiem concrevit. Per utrumque.] Id est, ex auro & argento.

338. Andromedæ sidus, &c.] His 81. v. priusquam Poeta sideris Andromedæ apotelesmata reddat, Andromedæ fabulam longo, sed eleganti carmine prosequitur. Andromeda igitur filia fuit Cephei ex Cassiope. Cujus cum olim ineptè formam & cultum Nereidibus prætulisset ipsa Cassiope, Nereides ope Neptuni superbiam illius ultæ sunt. Misit enim Neptunus immane Cete, quod totius Æthiopiz agros, in quâ regnabat Cepheus, pessimè vastaret. cui malo ut aliquod remedium daretur, consultum est oraculum, à quo datum fuit hoc responsum, ut scilicet Andromeda virgo traderetur bellæ devoranda. Expolita est igitur: sed à Perseo tandem liberata fuit. Ovid. 4. metam. Pugnam autem Persei cum bellâ præclare describit Manilius. De situ Andromedæ sideris disputatum est lib. 1. v. 356. Exoritur verò cum Piscium duodecimo gradu. Firmic. lib. 8. cap. 16.

339. Dextro Cælo.] A dextrâ parte Cæli, nempe Piscium, quorum Septentrionalem sinistro tegit brachio, humerisque tangit. Lib. 1. v. 356.

*ad Salmaru de Oru, p. 489
et Gronoviu de veteri
Pecunia p. 35.*

- 540 Hanc quondam pœnæ dirosum culpa parentum
 Prodidit. Infestis totus cùm viribus omnis
 Incubuit pontus, timuit tum naufraga tellus.
 - Proposita est merces, vesano dedere ponto
 Andromedam, teneros ut bellua manderet artus.
 545 Hic Hymenæus erat, solâque in publica damna
 Pro natis lacrimans ornatur victima pœnâ:
 Induiturque sinus non hæc in vota paratos;
 Virginis & vivæ rapitur sine funere funus.
 At, simul infesti ventum est ad littora ponti;

vo B. P.
 stup B.
 naufragia B. P.

Mabri ge

INTERPRETATIO.

Crimen crudelium parentum suorum tradidit illam olim supplicio. Scilicet quando totum mare insensum adhibuit omnes suas vires, tunc terra, qua naves ipsas frangit, metuit sibi. Oblatum est igitur premium ab Oraculo designatum, nempe exponere mari immensi Andromedam, ut monstrum marinum devoraret delicata il-

lius membra. Hac autem erat pompa nuptiarum illius, nimirum, & velut hostia lugens exornatur sola supplicio in avertenda mala publica, pro liberis votendis: & vestitur vestimentis non preparatis ad hæc solemnia; & funus puella viventis adhuc procedit sine solita pompâ funebri. Verum ubi perventum est ad aras insensu maris,

ANNOTATIONES.

540. *Culpa parentum.*] Nempe matris superbia, ut jam docebam.

542. *Tellus.*] Nimirum Æthiopia, cui damnum minitabatur pelagus furens.

544. *Bellua.*] Cete, monstrum marinum.

545. *Hic Hymenæus erat, &c.*] His 4. v. miserandam virginis Andromedæ fortem deplorat Poëta; quæ cùm desponsata esset Phineo Cephei fratri, antequam exponeretur, tantum absuit ut sponsæ ornamenta indueret, solemniaque agat de more pro natis suscipiendis, ut etiam victima lacrimans ducatur in publica damna, nullâque alia ornamenta induatur, quam vincula, quibus sit alliganda scopulis; tantumque abest ut Andromedæ nuptiarum apparatus agatur, ut etiam vivæ virginis funus rapiatur sine funere. Totam hanc rem præclare scribit *Ovidius* sub finem libri 4. metam. Et initio lib. 5. consule loca. *Hic Hymenæus erat.* Id est, hæc erat pompa nuptiarum. Hymenæus enim creditur nuptiarum Deus, qui & pro nuptiis, & pro nuptiarum pompâ & apparatu passim à Poëtis usurpatur. *Virg.* 4. *ancid.* v. 127. Est & Hyme-

næus carmen ipsum, quod in nuptiis canebatur. *Terent.* in *Adelph.*

Solâque... ornatur victima pœnâ.] Victima quidem mactanda vitris ornabatur inter cornua: sed Andromeda victima devota non nisi pœnâ, hoc est supplicii apparatu ornatur.

In publica damna.] Ad mala publica avertenda, dum bellæ traderetur Andromeda, ut vesano ponto satisficeret ex oraculo Jovis Hammonis. *Ovid.* 4. metam.

546. *Pro natis.*] Ea fuit consuetudo apud veteres, ut desponsa puella variis ornamentis induta publica vota faceret pro natis suscipiendis. Alludit autem ad hæc solemnia Poëta.

Lacrimans.] Non ovans, ut solet ire victima; sed flens.

547. *Non hac in vota.*] Quæ pro natis fieri solebant.

548. *Rapitur sine funere funus.*] Viva quippe Andromeda summo cum apparatu, parentumque & amicorum lugentium comitatu, sine solitâ tamen funeris pompâ, ad mortem ducitur. Funus igitur illius quasi agitur, cùm nondum mortua esset.

H h h iij -

- 550 Mollia per duras panduntur brachia cautes.
 Astrinxere pedes scopulis, injectaque vincla,
 Et cruce virgineâ moritura puella pendit.
 Servatur tamen in pœnâ vultusque pudorque.
 Supplicia ipsa decent. Niveâ cervicere reclusis
 555 Molliter, ipsa suæ custos est sola figuræ.
 Defluxere sinus ex humeris, fugitque lacertos
 Vestis, & effusi scopulis hæserè capilli.
 Te circum Alcyones pennis planxere volantes,
 Fleveruntque tuos miserando carmine casus,
 560 Et tibi contextas umbram fecere per alas.
 Ad tua sustinuit fluctus spectacula pontus,
 Assuetasque sibi desit perfundere ripas.
 Extulit & liquido Nereis ab æquore vultum
 Et casus miserata tuos roravit & undas. *chad. se.*
 565 Ipsa levi flatu refovens pendentia membra

INTERPRETATIO.

senara puellæ brachia extenduntur in rupes asperiores. Alligaverunt pedes illius ad saxa, & casena fuerunt illi data, & virgo interitura pendit à cruce novâ & intactâ. Pudor tamen & vultus forma conservatur in supplicio. Pœna ipsa conveniunt ei. Reclinata leniter secundum collum candidum, ipsa sola conservatrix est sua forme. Vestes delapsæ sunt ex humeris, & vestimentum relinquit brachia, & crines sparsi adhaeserunt rupibus. Alcyones volitantes circa se, & An-

dromeda, edidit planctum alie, & lamentabili carmine desolvere tuam miseram sortem, & inducere tibi umbram per pennas inter se complexas. Mare retinuit & suspendit suas undas ad tuum miserum conspectum, & cessavit aspergere littora, qua solebat perfundere. Quinetiam ipsa Nereis eduxit os suum ab fluido mari, & conquesta tuam miseram sortem rigavit lacrimis aquas maris. Lenior ipse ventorum flatu refocillans antrâ tenui tuos artus appensos scop-

ANNOTATIONES.

552. *Cruce virgineâ.*] Intactâ, inusitata, novâ; & quo in genere crucis nemo hætenus pendenderat affixus. Metaphora est ducta à puellis illibatis & intactis.

558. *Alcyones.*] Quæ nidum, ova, pullos in mari intra septem dies faciunt hiberno tempore. Quibus diebus tranquillum est mare, & quos idèd Nautæ vocant *Alcyonios dies*, vel simpliciter *Alcyonia*. Ovid. 1. met.

Pérque dies placidos hiberno tempore septem

Incubat Alcyone pendentibus aequore nidus:

Tum via tuta maris; ventos custodit & arcet

Æolus egressus, præstatque nepotibus, aquor, &c.

Fabulantur enim poëtæ Ceycem Hesperii filium naufragio periisse, cuius casum non ferens uxor Alcyone Æoli filia sese in mare præcipitavit. Verùm ambo Deorum misericordiâ fuisse mutatos in has aves, quas Alcyones vocant. *Hygin. fab. c. 65. Ovid. citat.*

563. *Nereis.*] Una pro multis. Nereidas enim numerant quinquaginta: alii centum: alii ducentas. Sunt autem Nymphæ maris, quæ Nerei ex Dori de natæ creduntur. Hæ porro licet infensæ essent Cassiopeæ, ut dictum est v. 538. nihilominus miseratæ sunt sortem miseram Andromedæ.

scopuli gamb. se.

seu gamb. se.

nec gamb. se.

ostendit R.P.

senara: vorare spumam.

LIBER QUINTUS.

Aura, per extremas resonavit flebile rupes.
Tandem Gorgonei victorem Persea monstri
Fœlix illa dies redeuntem ad littora duxit;
Iſque, ubi pendentem vidit de rupe puellam;
570 Dirigit facie, quem non stupefecerat hostis;
Vixque manu ſpolium tenuit, victorſque Meduſæ
Victus in Andromedâ eſt. Jam cautibus invidet iſſis;
Fœlicéſque vocat, teneant quæ membra, catenas.
At poſtquam pœnæ cauſam cognovit ab ipſâ,
575 Deſtinat in thalamos per bellum vadere ponti,
Altera ſi Gorgon veniat non territus ire.
Concitat ærios curſus, flentéſque parentes
Promiſſu vitæ recreat, pactúſque maritum
Ad littus remeat. Gravidus jam ſurgere pontus
580 Cœperat & longo fugiebant agmine fluctus
Impellentis onus monſtri. Caput eminet undas

hi B. P.
= la B.
qui B.

INTERPRETATIO.

pulis, edidit ſonum lamentabilem per ſummos ſcopulos. Demum illa fortunata dies adſuxit ad has oras maritimas Perſea ſuperatorem monſtri Gorgonei, cum reverteretur; & ipſe, cum aſpexit virginem pendentem de ſcopulo, palluit vultu, quem tamen hoſtis non terruerat; & vix potuit retinere manu pradam. & ipſe licet victor Meduſa ſuperatus eſt in Andromedâ videndâ. Atque etiam offenditur fœlicitate ſcopulorum; & appellat vincula fortunata, quæ confringant artus An-

dromedæ. Ubi verò didicit ab ipſâ cauſam ſupplicii, ſtatuit ſibi in animo ire per bellum maris in toros Andromedæ, nec ſtupuit vadere etiamſi aliter Gorgo adeſſet. Præcipitat ætherios curſus, & ſolatur parentes lacrimantes pollicitatione viſa Andromedæ; & ubi pactum feciſſet cum illis, fore ut conjux illius eſſet, rediit ad littus. Jamjam mare tumidum inceperat tumefcere, & fluctus recedebant longo ordine à pondere monſtri, quod pel- lebat illos. Caput monſtri ſecantis fluctus

ANNOTATIONES.

566. *FleBILE.*] Subſtantivè, vel quaſi adverbialiter. Sic Virg. 12. æn. v. 700. *horrendumque inſonat armis.*
567. *Gorgonei...monſtri.*] Meduſæ. Tres fuere Gorgones Phorci filiz, *Meduſa, Sthenio, Euryale*, quæ Dorcadæ inſulas, contrâ Hesperidum hortos, in Oceano habitabant. Gorgones dictæ à voce Græcâ γοργών, id eſt, *truculentum*, quia truces admodum erant, capite ſpiris anguium obſito, dentibus aprinis, manibus æneis, alis aureis, binis viperæis zonis, ſingebanturque in lapides convertere omnes, à quibus conſpicerentur. Meduſam autem vicit Perſeus, ut dixi lib. 1. v. 359.
569. *Puellam.*] Andromedam.

570. *Hoſtis.*] Meduſa.
571. *Spolium.*] Caput Meduſæ, quod redux ſecum defererebat Perſeus.
Meduſa.] Suprà v. 567. not.
575. *In Thalamos.*] In matrimonium. Thalamus enim commune utriuſque conjugis eſt cubiculum, uſurpaturque ſæpius pro nuptiis ipſis ac pro connubio. Eâ quippè lege tentavit Perſeus Andromedam liberare, ut ſibi daretur à parentibus in uxorem. Ovid. 4. met.
576. *Gorgon, Meduſa.*
578. *Pactúſque maritum.*] Sic Juſtin. lib. 2. *Cum Xerxe nuptias filia ejus pa- ciſcitur.* Et Virg. 5. æn. *vitæque voluit pro laude paciſci.*
581. *Monſtri.*] Ceti.

si tur... R. P.
 vadi surgunt immensi h. 385
 Phoscyli... Mare
 vadi vossu ad
 Patellus p: 77

Scindentis, pelagûsque movet. Circumsonat æquor
 Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore.
 Hinc vastis urgent immensi torquibus orbes,
 Tergâque consumunt pelagus. Sonat undique Syrtis;
 Atque ipsi metuunt montes, scopulique ruentem.
 Infœlix virgo, quamvis sub vindice tanto,
 Quæ tua tunc fuerat facies? ut fugit in auras
 Spiritus! ut toto caruerunt sanguine membra!
 590 Cùm tua fata cavis è rupibus ipsa videres,
 Adnantemque tibi pœnam pelagûsque ferentem;
 Quantula præda maris! Sed pennis subvolat altè
 Perseus & Cœlo pendens jaculatur in hostem,
 Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.
 595 Illa subit contrà assurgens, conversâque frontem
 Erigit, & tortis innitens orbibus altè
 Emicat, ac toto sublimis corpore fertur.
 Sed quantum illa subit semper jaculata profundo;
 In tantum revolat, laxumque per æthera ludæ

semel h.:

latumq. R. P. .

INTERPRETATIO.

supereminet, & impellit mare. Mare resonat latè dentibus illius, & pelagus velox natus in ipso hiatus illius. Postea ingentes spiræ monstri absument mare. Syrtis resonat undique, & ipsi colles, & rupes timens belluam irruentem. Infœlix puella, quælo, quisnam fuit tunc vultus tuus, licet esses sub ultore tam potenti? quàm anima tua evanuit in aëra! quàm tui artus privati sunt omni sanguine! Heu! quando ipsa aspiceres ex concavis scopulis interitum tuum fatalem, &

belluam asserentem tibi supplicium simul & mare, quàm parvula præda pelagi videbaris tibi! Verum ecce Perseus fertur alis in sublime, & sustensus in aëre vibrat & defigit in hostem telum tinctum cruore Gorgoneo. Illa bellua resistit versùs Perseum ascendens, & conversa attollit ora, & nixa sinuosis spiris in sublime assurgit, ac toto corpore ardua attollitur. Verum quantum illa attollitur intentans perpetuò morsum de mari, in tantum Perseus recedit volitans, & ludit per latum

ANNOTATIONES.

584. *Torquibus.*] Torquis propriè ornamentum est colli. Itaque Cetus ille ita ingentes orbes ac spiras agebat adnatando, ut fluctus sinuosi instar torquium essent circa illius colla.

585. *Tergâque consumunt pelagus.*] Id est, quasi totum mare tenent & occupant; adèò vastum & immane monstrum illud erat. Infra v. 610.

Et magnum vasto contextit corpore pontum.

Syrtis.] Locûs arenosus in mari, navigantibus periculosissimus, quòd ibi mare vadosum sit. Duæ autem nobiles sunt Syrtis in mari Libyco, major &

minor, lib. 4. v. 568.

587. *Virgo.*] Andromeda:
Sub vindice tanto.] Perseo.

590. *Tua fata.*] Tuam inevitabilem mortem, lib. 1. v. 1.

591. *Adnantemque.*] Sup. Belluam, hostem.

594. *Gorgoneo.*] Medusæ.

595. *Illam subit contrà, &c.*] Sic Ovid. 4. met. de eadem belluâ;

Vulnere læsa gravi modò se sublimis in auras

Attollit, &c.

Porro illa Supl. bellua, v. 609.

Perseus

- 606 Perseus, & Ceti subeuntis verberat ora.
 Nec cedit tamen illa viro: sed sævit in auras
 Moribus, & vani crepitant sine vulnere dentes:
 Efflat & in Cælum pelagus, mergitque volentem
 Sanguineis undis, pontumque extollit in astra.
- 607 Spectabat pugnam pugnandi causa puella,
 Jamque oblita sui metuit pro vindice tali
 Suspirans, animoque magis quam corpore pendet:
 Tandem confossis subsedit bellua membris,
 Plena maris, summas iterumque renavit ad undas;
- 610 Et magnum vasto contextit corpore pontum,
 Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.
 Perfudit liquido Perseus in marmore corpus,
 Major & ex undis ad cautes pervolat altas,
 Solvitque hærentem vinclis de rupe puellam,
- 615 Desponsam pugnâ, nupturam dote mariti.
 Hic dedit Andromedæ Cælum, stellisque sacravit;
 Mercedem tanti belli, quod condidit ipsa;

*Andromeda, Genf. Ge.
 Jpsc R. P.*

INTERPRETATIO.

aëra, & percutit ora Ceti assurgentis. Neque tamen illa bellua cedit homini: sed furit moribus in aëra, & dentes irriti frident sine morsu. Et vomit in aethera mare. & aspergit aquis orientatis Perseum volentem, & attollit mare in sidera. Virgo causa pugna istius aspicebat certamen, & jam immemor sui ipsius ingemiscens timet pro tali ultore, & angitur magis mente, quam corpore. Denique monstrum illud trajectis artibus jacuit plenum pelagi, & rursus renatavis ad

supremas aquas. & cooperuit immensum mare immensâ mole corporis sui, tunc etiam horrendum, nec cernendum oculis puella. Perseus lavit corpus in fluido aquore, & praestantior convolat ex aquis ad summos scopulos, liberavit virginem alligatam caenis ad scopulum, quam sibi desponsatam fecerat isto certamine, & sibi nupturam jure dotâ conjugi. Is itaque donavit Cælum Andromedæ, & consecravit astris, quasi præmium tanti belli, quod ipsa peperit:

ANNOTATIONES.

603. Volentem.] Perseum.
 704. Sanguineis undis.] Scilicet ut de eadem belluâ ait Ovid. 4. metam.
Bellua puniceo mixtos cum sanguine fluctus
Ore vomis; maduere graves aspergine penna.
 605. Puella.] Andromeda.
 606. Vindice tibi.] Perseo.
 607. Pendet.] Eleganter. Dicitur enim & animo vel animi pendere; id est, anxium esse, mente angî, & corpore pendere, id est, suspensum hære, aut affixum esse. Andromeda autem, & scopulis alligata pendebat corpore, & anxio.
612. Liquida in marmore.] In æquorâ undis, quod marmor dicitur ab æqualitate, quâ par videtur marmor. Virg. 6 æn.
Et qua marmoreo fere monstra sub aquore pontus.
 Et æn. 7.
Quam multi Libyco vocantur marmore fluctus.
 616. Hic.] Perseus quidem non ipse dedit Andromedæ Cælum: sed in causâ fuit cur inter astra retulerit eam Minerva; nimirum ob virtutem illius. Hygin. 2. astron. poet.

M. MANIUS.

III

Gorgone non levius monstrum, pelagusque levavit.

Quisquis in Andromedæ surgentis tempore ponto

620 Nascitur, immitis veniet, pœnæque minister, *magister Gemb. G.*

Carceris & duri custos, quo stante *superbe*

Prostratæ jaceant miserorum in limine matres;

Per noctesque patres cupiant extrema suorum

Oscula, & in proprias animam transferre medullas;

Carnificisque venit mortem ducentis imago,

Accensisque rogis & strictâ sæpè secuti.

Supplicium vestigal erit. Qui denique possit

Pendentem è scopulis ipsam spectare puellam,

Vinctorum dominus, sociisque in parte carent.

630 Interdum pœnis innoxia corpora servat.

Piscibus exortis cùm pars vicesima prima

Signatur, terræ lumen fulgebit, & Orbi

INTERPRETATIO.

G. abstulit monstrum non minus Gorgone, & removit mare furens. Quicumque in lucem editur in tempore Andromedæ ascendens è mari, is erit crudelis, & minister supplicii, & custos dira custodia, quo adstante ambrosie genitricis infortunatorum liberorum obiecta prosternantur ante fores, & ipsi genitores opacent de noctibus ultimos amplexus liberorum suorum, & transmittere suam animam in suas medul-

las; oritur & simulacrum tortoris, qui ferat mortem non solum pyris accensis, sed etiam plerumque distractâ bipennis. Pœna erit census illorum. Tandem nascetur qui queat videre virginem appensam ad rupes, & qui sit magister capivortum, & comes in parte vinclorum. Atque quando visibiles corpora innocentia ad supplicia. Ubi vicissim gradus in piscibus ortis notat, erit certa lux affulgebit terris, & Equus aethereus

ANNOTATIONES.

618. Gorgone.] Medusâ.
Levavit.] Id est, abstulit monstrum illud marinum, quod interfecit; & levavit pelagus, quod removit ab Æthiopiz littoribus, quæ perfundebatur inundatione & fluctibus maris.

619. Quisquis in Andromedâ, &c.] His 11. v. docet natos sub Andromedæ sidere fore crudeles, carnifices, carcerum custodes. Sic Firmic. lib. 8. cap. 17. Quicumque sub hoc sidere oriante [Andromedæ] nati fuerint homines crudeli semper feritate grassabuntur; erant enim aut pœnarum publicarum ministri, aut carcerum custodes, aut carnifices, & quibus occidendorum hominum officia credantur; aut ergastulis prepositi, aut fodientis metallis.

624. Medullas.] Carnem, substantiam; pars pro toto. Liberi enim de parentum medullâ sunt ac substantiâ.

625. Ducentis.] Gemb. benè. Vulg. vincens, malè.

628. Supplicium vestigal erit.] Tortores enim de supplicio vivunt.

629. Sociisque in parte catena.] Eadem quippè catenâ vincti ibant & miles & militis custos.

631. Piscibus exortis, &c.] His 14. v. ait cum 21 grad. Piscium exoriri Equum, quo sub sidere quicumque nascuntur, curiosi erunt, aurige, agitatores, equites, rhedarum, speculatores. Nonnunquam etiam medici, sed qui herbis medulas hominibus egrotis pecoribusque aptissime componant, &c. inquit Firmius lib. 8. cap. 17. Per curiosos intelligit cursûs publici præfectos.

632. Signatur, terra lumen fulgebit.] Ita cagistandum fuit. Malè enim Rom. Signatum terra lumen, &c. Malè Gemb. Signato terra lumen, &c. Malè Scalliger, Signator terra lumen, &c. Quis enim sensus? Benè autem cùm vigesima prima pars Piscium signatur, exoritur seu fulget terræ lumen, quod est Equus aëris, qui terris exoritur & affulget.

magister B.
superbe G.

Pænoctasq. / Pænoctas
min patres, qui tota nocte
jacent in limine carcerum
salutem not. in Capitolinâ

tum B. P. Signatur, sig
nato Gemb. G.

* stare ut carcerum
custodire, at pater
ut carceris aut adiu
custos.

Quicquid Gemb. elegant
pater enim carceris spectat
quâ spiritus morbi: G.

- Aërius nascetur Equus, Caeloque volabit,
 Velocēſque dabit sub tali tempore partus,
 635 Omne per officium vigilantia membra ferentes.
 Hic glomerabit equo gyros, dorſoque superbus
 Ardua bella geret rector cum milite mixtus.
 Nunc ſtadio fraudare fidem, poteritque videri
 Mentiri paſſus, & campo tollere curſum;
 640 Quamvis extremo citius revolaverit Orbe
 Nuncius, extremum vel bis penetraverit Orbem,
 Vilibus ille etiam ſanabit vulnera ſuccis
 Quadrupedum: medicas artes ad membra ferarum
 Noverit, humanos & quæ nascentur ad uſus.
 645 Nixa genu ſpecies, & Graio nomine dicta

Hunc sig. R. P.

INTERPRETATIO.

exorietur Orbi terrarum, & volabit in
 Caelo. & tribuet sub tali tempore factus
 celeres, qui portans artus diligentes per
 omne officium. Alter multos agit orbes
 equo. & ſublimis dorſo equi faciet diſſi-
 cilia bella dux ipſe mixtus cum milite.
 Modò poteris fallere fidem curriculo, &
 videri ſimulare gressus, & quaſi ſubducere

curſum ex arenâ: & qui nuncius redens
 velocius, licet redierit ab ultimo terrarum
 Orbe, val bis percurteris ultimum Orbem ter-
 rarum. Alter etiam curabit vilibus ſuccis
 herbarum morbos equorum: ſciat & artes
 medicas ad artus pecorum, & eas artes,
 quæ erunt ad uſus hominum. Figura incum-
 bens genu, quæ vocatur Engonaſi vocabula

ANNOTATIONES.

633. Equus.] Pegafus, lib. 1. v. 348.
 not.

635. Omne per officium.] En officioſos
 nuncios.

636. Hic glomerabit equo gyros.] En
 domitores equorum.

Dorſoque ſuperbus, &c.] En equites.

638. Nunc ſtadio, &c.] En aurigas,
 qui mirâ dexteritate currum agant per
 campum.

639. Campo tollere curſum.] Id eſt,
 tantâ celeritate currum agere, ut vix
 ſupremam campi ſuperficiem rotæ ac
 equi videantur attingere, quaſi per aëra
 volvatur currus. Gemb. Campum tollere
 curſum. Quaſi retrò relinquere viam, cam-
 pumque curſu ſuperare.

640. Quamvis extremo, &c.] En cu-
 rioſos, ſpeculatores, delatores. Sueton.
 in Aug. cap. 17. Equitem Romanum, cum
 apud milites ſubſcribere quadam animad-
 verſiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus,
 eorum conſedi imperavit. Curioſus autem
 in bonam & malam partem ſumitur,

& is dicitur qui ab unâ ad alteram terra-
 rum partem res novas ferat & quærat;
 & qui olim delicta in re militari com-
 miſſa nunciaret. Hoc autem curioſorum
 officium primùm nobis ſub Cæſare Ma-
 ximiliano innotuit, ejuſmodique cur-
 ſorum, quos Gallicè poſtes vocamus,
 conſuetudinem neglectam renovavit fa-
 milia Vicecomitum Mediolanenſium.

642. Vilibus ille etiam, &c.] En me-
 dicos pecorum & hominum per viles
 herbarum ſuccos tantùm, qualem ar-
 tem vulgò profitentur ruſtici.

Quadrupedum.] Equorum, lib. 4.
 v. 234.

645. Nixa genu ſpecies, &c.] His 11. v.
 docet cum extremis Piſcium partibus exoriri
 Engonaſi, quod vocant, id eſt, Her-
 culem, qui genu nititur. Quo ſub ſidere
 quicumque nati fuerint fugaces erunt,
 callidi, variis inſtructi dolis, mendaces,
 & qui homines variis inſidiis appetant.
 Erunt ſunambuli, oribata, nevrobata,
 inquit Eſſemicus lib. 8. cap. 17.

Iii ij

gnola hē: vid: l: 1:

436

M. MANILII

vivunt sub exigua condit. P.

animus exargit siml: hē:

extinctos finem P. P.

Et pede dependens hē:

-tum P.

Engonasi, ingenicla juvenis sub imagine constans;

Dextra per extremos attollit lumina Pisces.

Hinc fuga nascentum, dolus, insidiaeque creantur;

650 Grassatorque venit media metuendus in urbe,

Et si forte aliquas animo confurget in artes,

In praecepta dabit studium, vincetque periclo

Ingenium; aut tennes ausus sine limite gressus, ac hē: hē:

Certa per extensos ponit vestigia funes,

Et coeli meditatus iter fastigia pender

655 Appennina petens, populum suspendit ab ipso.

Lava sub extremis confurgunt sidera Ceti

Piscibus Andromedam ponto Caeloque sequentis,

Hoc trahit in pelagi caedes & vulnera, natos

Squammigeri gregis. Extentis laqueare profundum

INTERPRETATIO.

Græco. & quæ figuratur sub specie ingenuitatis adolescentis, evabit dextræ stellas per ultimos Pisces. Ex hoc sidere fuga, fraus, & insidia nascentis generantur. & exoritur fur timendus in mediâ ipsâ urbe. Et si fortasse surget mente in aliquas disciplinas, adhibebit studium suum in res periculosas, & superabit mentem ipso discrimine: vel ausus metiri tennes passus absque termino, collocat non inscias plan-

tas pedum per diductos fumos, & aggressus viam aëris ascendens in vertices Appenninos quasi suspenditur. & tenet plebem pendentem à seipso. Sinistra stella Ceti, qua sequitur sicut in mari, ita in Caelo Andromedam, attolluntur cum ultimis Piscium partibus. Hoc autem Cete ducit nascentes sub se in caedes maris, & in vulnera gregis ferentis squammas. Juvat enim illos aut irretire mare

ANNOTATIONES.

646. Engonasi.] Græca vox, quasi ἐν γούνασι, in genibus.

Αἰατ. ——— Αἰλάμω αὐτὸς
Εὐροίασι γὰρ ἐκείνῃ, τὴν αὐτὴν ἐν γούνασι γὰρ ἐκείνῃ.

Οὐρανὸν δὲ ξαν.

Id est, ——— sed ipsum vulgò

[Engonasi vocant, ad quod genubus laborans

Geniculanti simile est.

Sic Manil. lib. 1. v. 315. [causa.

Nixa venit species genibus sibi conscia

Consule locum, & annotationes.

Juvenis.] Herculis, lib. 1. v. 315.

647. Dextra.] Engonasi enim brachium dextrum extendit per extremos Pisces, lib. 1. v. 315.

653. Certa per extensos, &c.] En funambuli, qui per funes ascendunt & gradiuntur. Quos Schœnobatas vocat Juvenalis Satyr. 3. à vocibus Græcis οὐρανὸς funis, & βαῖνα ascendo. Dicuntur & Neurobatæ à vocibus Græcis νεῦρα

nervi, & βαῖνα ascendo. Dicuntur & funerepi ab Apuleio.

654. Caeli meditatus iter, &c.] En orbitæ, qui summa montium altissimorum, qualis est mons Apenninus Romæ, cacumina ascendendo per funes superant.

655. Suspendit ab ipso.] Eleganter dictum. Pendulus enim ille homo Schœnobata suspensus, seu sursum elatos tenet populorum vultus & oculos.

656. Lava sub extremis, &c.] His 37. v. ait eum extremis Piscium partibus exoriri Cetum, quo sub sidere nati, inquit Firm. lib. 8. c. 17. erunt piscatores. sed piscium magnorum. Hi enim Phocas, Marinos cænes, Xiphias, Thyrinus, Crocodylosque capiat. Vel habebunt officina qua ex salibus, balsamentis, aut liquamine fiunt, & hac mercabuntur. &c.

Lava.] Namque Ceti sidus ad Lavam Piscium situm est, lib. 1. v. 421.

659. Squammigeri gregis.] Piscium.

Et pede pendens
vid: Vestigia pendulæ
Et pede pendens
vid: Vestigia pendulæ
p. 202:

657. Vestigia pendulæ

Per vacuum, et pendens &c. ita enim leg. ex vestigijs volens

scribere. Salustius in not. ad Cæsarē:

Gottfriedus not. ad Vellei. Historiam: edit. Genevæ 1628: §. 4. f.

f. 20 legit Vestigia pendulæ

Per vacuum, et pendens &c. ita vid.

LIBER QUINTUS:

439

armare sequentem B.
lato B. P. P.
nsxant B. P.
na P. R.

660 Retibus ; & pontum vinculis arctare furem.

Et velut in laxo securas æquore Phocas

Carceribus claudunt raris , & compede nectunt ;

Incautosque trahunt macularum vimine Thynnos.

Nec cepisse fat est. Luctantur corpora nodis ,

665 Expectantque novas acies : ferroque necantur ,

Inficiturque suo permixtus sanguine pontus

Torus , cum toto jacuerunt littore prædæ.

Altera fit cædis cædes ; scinduntur in artus

Corpora , & ex uno varius describitur usus :

670 Illa datis melior succis pars : illa retentis :

Hinc sanies pretiosa fluit , florémque cruoris

Evomit , & mixto gustum sale temperat oris.

Illæ putris turba est , strages confunditur omnis ;

Permiscetque suas alterna in damna figuras ,

INTERPRETATIO.

laqueis diductis , & comprimere nexibus pelagus astuans. Et includunt in laxis carceribus retium Phocas quasi suas in amplo mari , & constringunt illas laqueo. & rapiunt texturâ vimineâ retium imprudentes Thynnos. Neque verò satis est comprehendisse. Corpora illorum aliquando agitant sese in vinculis , & operiuntur nova agmina ; & trucidantur ferro , & mare mixtum tingitur omne suo cruore , ubi capti pisces sternuntur per omne littus.

Tunc altera strages fit stragis jam factæ ; corpora piscium dissecantur in membra & partes , & ex eodem corpore diversus usus fit. Pinguior quidem pars describitur ad reddendâ liquamina ; alia , ad retinenda : inde pretiosa tabes emanat , & effundit florem sanguinis , & moderatur ritè gustum gula admixtio sale. Alia pars piscium multitudo est putrida , tota cædes promiscetur , & confundit suas formas in mutuas corruptiones .

ANNOTATIONES.

660. *Arctare furem.*] Itæ fuit castigandum. Malè enim Rom. *armare sequentem* ; & Gemb. *armare furem*. Scaliger , *arctare sequente*. Bene autem retibus arctatur mare , quod licet furens ac æstuans , retibus comprimitur ; vel quod furit & æstuat aliquatenus dum inter maculas , hoc est reticulorum foramina effluit.

661. *Phocas.*] Belluas marinas corio & pilis tectas , per somnum instar vitulorum mugientes. Quos vitulos marinos vocant, Plin. lib. 9. cap. 7.

663. *Macularum vimine.*] Maculæ dicuntur à piscatoribus retium foramina , quæ pro ipsius etiam retibus usurpantur. Malè autem Rom. *munera* , & Gemb. *numine* pro *vimine*.

- *Thynnos.*] Gallicè *Thons* , qui mense Majo copiosissimè capiuntur præsertim in freto Gaditano.

665. *Novas acies.*] Nova agmina ; suppl. Thynnorum. Thynni enim gregatim accedunt ad littora.

668. *Altera fit cædis cædes.*] Dissectio Thynnorum , & majorum illorum piscium in partes , ut sale condiantur , aut in liquamina coquantur , id est , in oleum ac adipem : quæ scilicet partes sunt meliores.

671. *Sanies pretiosa.*] Muria , Gallicè *saumure* , id est , liquorum quod ex Thynno conficitur , de quo Martial. lib. 13.

Antipolitani fateor sum si'ia Thynni.

Essam si scombræ , non tibi missa forem.

674. *Alterna in damna.*] Caro quippe Thynnorum & sanies sese corrumpunt ; quæ ex corruptione fit salsamentum , quod cibum simul præbet & potum.

I i i i j

herbae, Gemb. Ge.

= gr = B.

visq. volat B. P.

visq. B. P.

ad Bolung. B. P.

versiq. Ge.

et nota B. P.

- 673 Communemque cibus usum, succumque ministrat;
At cum caeruleo steter ipsa sumillima ponto
Squammigerum nubes, terraeque immobilis haeret,
Excipitur vastâ circumvallata saginâ,
Ingentesque lacus, & Bacchi dolia complet;
680 Humoresque vomit, sociâ per mutua dote,
Et fluit in liquidas tabes resoluta medullas.
Quinetiam magnas poterunt celebrare salinas,
Et pontum coquere, & ponti secernere virus,
Cum solidum certo distendunt margine campum;
685 Adpelluntque suo deductum ex aequore fluctum,
Claudendoque negant. Tum demum suscipit undas
Area, tum pontus per Solem humore nitefcit.
Congeritur siccum pelagus, mersique profundâ
Canities emota, maris spumaeque ridentis
690 Ingentes faciunt tumulos, pelagique venenum.
Quodque erat usus aquae succo corruptus amaro,
Vitali sale permutant, redduntque salubrem.

INTERPRETATIO.

& praeber communem usum & cruentem suum in opulas. Verum ubi grex piscium ipse non dissimilis glauco mari constitit, & immotus adjacet littoribus, circumscriptus amplo verriculo capitur, & implet magna stagna, & cados Bacchi, & emitit liquores ex mutuo & consorti dono & sanies emollita diffundit in liquidas medullas. Imò etiam nati sub hoc fidege poterunt facere magnas salinas, & concoquere mare, & segregare venenum maris, quando

extendunt solum terra in certâ quâdam ripâ, & adducunt undam extractam & suo mari, & repellunt occludendo rivulos. Tunc tandem planities campi excipit aquas maris, tunc mare candescit in salernæ aquâ per Solem. Siccatum mare accumulatur, & candor congestus maris effusus, & spuma concreti pelagi efficiunt immensos aggeres & virus maris. Et quia usus aqua fuerat corruptus humore amaro, mutant illam vivifico sale, & efficiunt sanam,

ANNOTATIONES.

677. Nubes.] Grex, agmen, glomulus piscium, adnantium simul ad littora instar nebulæ. Qualiter solent congregari Thynni, & Haleces. Sic & apud Virg. 9. æn. Nubes usurpatur pro globo & agmine militum.

Hinc subitam nigro glomerari pulvere nubem

Prospiciunt Tenebræ, ac tenebras insurgere campis.

Sic æn. 8.

679. Bacchi dolia.] Cados in quibus Bacchi munus, id est, vinum solet excipi.

682. Salinas.] Salina locus est in quo

ex aquâ marinâ sal paratur. Duplici autem modo coquitur sal, igne & Sole. Igne quidem cum è puteis certis aqua hausta coquitur & coalescit igne in salern. Sole verò, cum litus maris aratus ac certis anni temporibus, nempe à mense Majo ad mensem Octobrem aqua maris in sulcos adfunditur, ac ardore Solis concrefcit tandem in salern. Plin. lib. 31. cap. 7.

683. Ponti virus.] Spumas maris, quæ concrefcunt in salern. Dicitur autem virus ac venenum pelagi, quia nihil acerbius, nihil amarius.

At ævoluta polo cū primis vultibus Arctos
 Ad sua perpetuos revocat vestigia passus,
 695 Nunquam tincta vadis, sed semper flexilis orbe:
 Ac Cynosura minor cū primā luce resurgit,
 Et pariter vastūſve Leo, tūm Scorpius acer
 Nocte sub extremā permittunt jura diei;
 Non inimica feræ tali sub tempore natus
 700 Ora feret, placidūſque geret commercia gentis.
 Ille manu vastos poterit frænare leones,
 Et palpare lupos, pantheris ludere captis,
 Nec fugiet validas cognati fideris urſas,
 Inque attes hominum, perversaque munera ducet.

nam hunc h. c.
 vel R. P.

legat R. P.

placida, gerent commercia gentis, h. c.

INTERPRETATIO.

Verū ubi major Urſa reſortit ab ipſo
 polo rediit ſempiternos grefſus ad ſua ve-
 ſtigia per primam ſuam faciem, nunquam
 immerſa aquis, ſed perpetuū volubilis in
 circulum; & ubi Cynosura minor rursus
 aſcendit primo lumine, & ſimul immanis
 Leo, ſcruſque Scorpius tunc dant jura ſua
 alii ſub fine noctis, creatus ſub tali

tempore non habebit vultus inſenſos fe-
 ris, & ſecurus reget ſocietates generis fe-
 tini. Is quippe poterit domare manus
 immanes leonē, & blandē tractare lu-
 pos. & ludere cum pantheris captis, ne-
 que timebit robustas urſas, quæ aſſines
 ſunt huius aſtri & edocabit illas aliā
 ſibi officia & diſciplinās humanas.

ANNOTATIONES.

695. At ævoluta polo, &c.] His 17. v.
 ait, Helice, quæ major eſt Urſa, &
 Cynosuram, quæ minor eſt, exoriri
 cum Leone & Scorpiōne: quibus ſub ſi-
 deribus nati ſeras mitigabunt, leones
 exornabunt, lupos palpabunt, pan-
 theris ludent, urſas non fugient, ele-
 phantos dorſo prement, tigres rabie
 ſolvent, canes amicitia jungent, &c.

Polo.] Sup. Septentrionali, à quo &
 circa quem torquetur Helice.

Primis vultibus.] Cū enim terras
 non ſubeat Helice, nec tingatur aquis,
 ut cætera ſidera, non ita facilè ſuit di-
 cere quo tempore, & quā ſui parte pri-
 mū oriri ac reſurgere obſervetur. Ma-
 jor itaque urſa reſurgere dicitur primis
 vultibus, id eſt, à fronte, cujus exor-
 tum nobis explicuit Poëta per ordinem,
 ut aiunt, ad Leonis exortum. Scilicet
 elevato polo ad grad. 36. qui Manili-
 anæ ſphæræ ſuus hic ponitur, ſanè ipſa
 Helice caput aſtollit, aſcendente Leo-
 ne, ut per globum Cœleſtem poterit
 quiſque experiri, atque pedibus quaſi
 ſuſum nititur in præruptum Cœlum.

Arctus.] Major, ſcilicet Helice. Nam
 de Cynofura jam ager ſeqq. verſibus.

De hac autem diſputatum eſt lib. 1.
 verſ. 296.

695. Nunquam tincta vadis.] Habitā
 ſcilicet ratione ſphæræ obliquæ, quā
 Polus Septentrionalis aſcendit ſuprà Ho-
 rizontem à grad. 36. aut circiter, ad
 uſque 90. grad. Cū enim torquetur
 circa Polum, nec procul à Polo diſtat,
 ſequitur ut quod magis elevatur Polus
 ſuprà Horizontem, eò magis à terris
 ipſa Helice recedit.

696. Ac Cynosura, &c.] Hos tres ver-
 ſus hūc malè irreptos eſſe vult Scaliger.
 Verū, pace tanti viſi dixerim, bene
 ſequi conſtat. Cynosura enim, quæ mi-
 nor eſt Urſa, de quā lib. 1. v. 299. rectè
 oriri dicitur cum Scorpiōne, habitā
 pari ſphæræ ratione, quæ ſuprà poſita
 eſt de ortu Helices cum Leone. Oritur
 autem Cynosura pariter à fronte, pedi-
 būsque nitens quaſi præruptum Cœ-
 lum aſcenderet.

704. Perversaque munera.] Quæ ſeris
 iſtis propria non ſunt, ſed aliqua pro-
 prius & inuſitata. Id eſt humana officia,
 humanas artes, in quas aliquando fe-
 rociores ſeras ducuntur.

709 Ille elephanta premet dorso, stimulisque movebit;
 Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.
 Ille tygrim rabie solvet, pacique domabit;
 Quæque alia infestant sylvis animalia tetras
 Junget amicitia secum, catulosque sagaces.

* * * * *

710 Tertia Pleiades doretur forma sorores;

INTERPRETATIO.

Is onerabit elephantum à tergo, & agi-
 bit aculeis, turpiter obedientem omnibus
 in tantâ mole. Is armabit sigrum furore,
 & superabit ad mansuetudinem; & con-
 junget amicitia sibi ceteras feras, quæ à
 sylvis erumpentes vastant campos; jun-

get etiam amicitia odoros canes.
 * * * * *
 Tertia species stellarum,
 dispersa rubicundo pyrope secundum

ANNOTATIONES.

709. Catulosque sagaces.] Gallicè,
 Chiens de chasse.

710. Tertia Pleiades, &c.] Quædam
 hic desunt. Hactenus videtur Poëta si-
 derum non errantium apotelesmata per
 ordinem ad ortus singulorum Zodiaci
 Signorum ritè explicuisse. Consule tabu-
 las, quas de his subjunximus pag. 446. &c.
 Quanquam desideratur ortus Anguis seu
 Draconis, sub quo nati, inquit Firm. lib. 8.
 cap. 18. *maris erunt, vel qui venenis ex
 herbarum pigmentis confectis salusaria so-
 leant hominibus remedia comparare.* Jam
 verò videtur docere Poëta varias stel-
 larum figuras, quas magnitudines voc-
 cant, quarum sextuplex genus distin-
 gui vulgò solet. Sunt enim stellæ pri-
 mæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quin-
 tæ, & sextæ magnitudinis. Has om-
 nes magnitudinis species annotasse vi-
 detur Manilius. Verùm non nisi ter-
 tiæ, quarti, quinti & sexti generis,
 seu gradûs aliquas hic habemus. Quod
 superest Manilii hoc fragmentum, inci-
 pit à stellis tertiæ magnitudinis, quibus
 micare ait Pleiadum sidus, Deltoton,
 Aquilam, & Draconem. Quanquam
 non omnes horum siderum stellæ sunt
 tertiæ ac similis magnitudinis. Nam-
 que ut benè notârunt Astronomi à
 septem Pleiadibus una est tertiæ ma-
 gnitudinis, quæ quidem non una stel-
 la est, sed duplex in unam juncta:

cæteræ verò quintæ & sextæ sunt ma-
 gnitudinis. In Cynosurâ una est pari-
 ter tertiæ magnitudinis: in Delphine
 sunt quinque magnitudinis tertiæ:
 quanquam Manilius ait tantum qua-
 tuor esse: in Deltoto nulla est tertiæ
 magnitudinis, licet Manilius velit tres
 esse: in Aquilâ autem unica est tertiæ
 magnitudinis, eum tamen Poëta vi-
 deatur tres notasse: in Dracone decem
 sunt tertiæ magnitudinis. Verùm frag-
 mentum est hoc, in quo de stellarum
 magnitudinibus vix aliquid agitur.
 Nos autem ex occasione subjunxi-
 mus pag. 444. tabellam, in quâ con-
 stellationum omnium nomina, stellæ-
 rumque, quas quæque habent, nume-
 rum ac magnitudines quasi uno intui-
 tu observare facile est. Loquimur autem
 tantum de iis stellis, quæ constellationes
 componunt, non de aliis, quæ positi-
 sunt extrâ figuras, quæque *ides* com-
 muni vocabulo dicuntur *Informes stellæ*.
 Primus itaque numerus indicat nomina
 siderum seu constellationum omnium
 ab uno ad alterum polum: secundus
 numerus numerum stellarum cujusque
 constellationis: tertius numerum stel-
 larum primæ magnitudinis: quartus
 numerum stellarum secundæ magni-
 tudinis: quintus tertiæ, &c.

Pleiades, &c.] Sunt septem stellæ in

armo Tauri, lib. 1. v. 371.

Fœminæ

Fœmineum rubro vultum suffusa pyropo,
Invenitque parem sub te, Cynosura, colorem;
Et quos Delphinus jaculatur quattuor ignes;
Deltotonque tribus facibus, similisque nitentem

715 Luce Aquilam; & flexos artus per lubrica terga:

Tùm quartum quintumque genus discernitur omne
E numero, summâque gradûs, qui jungitur Angui;
Maxima per minimos censu concluditur uno,

Quæ neque per cunctas noctes, neque tempore in omni

720 Resplendent alto Cœli summota profundo:

Sed cùm clara suos avertit Delia cursus,

o um B.
nisty B. P.

Gemb. et lubrica flexor in terga bo
nus G.
2 B.

Respondent B.

INTERPRETATIO.

liebrem, ornabit suo munere Pleiades so-
rores, & reperit similem lucem in te, ô
Cynosura: dotabit etiam quattuor flam-
mas, quas Delphinus vibrat; dotabit
pari lumine & Deltoton in tribus suis
lampadibus, & Aquilam lucentem; &
membra Draconis inflexa circa labilia
dorsa. Postea omnis quarta & quinta spe-

cies magnitudinis stellarum interoscitur d
summâ & numero generis, quod datur Ser-
penti. Maxima pars stellarum per minimos
gradus magnitudinis continetur uno nu-
mero qua stellæ minimæ remota quasi
in altissimo fundo Cœli, non lucent neque
per omnes noctes, neque in omni tempore:
sed ubi lucida Delia avocavit suos motus.

ANNOTATIONES.

711. Vultum suffusa.] Synecdoche, quæ
verbum aut participium aliquod regit
accusativum, subauditâ aliquâ præpo-
sitione, v. g. circa, ob, per, secun-
dum, propter, ad, &c. Sic Virgil.
1. zneid.

Nuda gena, nodâque sinas collecta fluan-
tes.

Pyropo.] Græca vox: πυρ, ignis, &
ἀσπερας, aspeſtus.] Pyropus lapis est lu-
cem ignis emittens, quem vulgò vo-
cant Carbunculum, Gallicè Eſcarboucle.

712. Cynosura. Ursa minor, lib. 1.
vers. 299.

713. Delphinus.] Lib. 1. v. 346.

Ignes.] Stellæ, lib. 1. v. 466.

714. Deltoton.] Triangulum, lib. 1.
vers. 353.

715. Aquilam. Lib. 1. v. 346.

Flexos artus per lubrica terga.] Id est,
volumina magni Draconis, qui inter-
fusus labitur inter utramque Ursam,
lib. 1. v. 306.

716. Quartum quintumque genus.] Sup.
magnitudinis seu formæ stellarum.

717. Gradûs.] Formæ seu magnitu-
dinis.

Angui.] Draconi.

718. Maxima.] Sup. forma, v. 710.

M. MAME.

Id est, magnitudo. Maxima per mini-
mos, &c. Id est, major ac numerosior
stellarum forma. Plures autem sunt sex-
tæ seu ultimæ formæ ac magnitudinis
stellæ, quàm aliarum formarum.

Per minimos.] Sup. gradus, v. 717.
id est, formas ac magnitudines mini-
mas, quod sextæ magnitudinis genus est.

Censu.] Summâ, sorte, nomine, ti-
tulo, ut ita dicam.

Uno.] Rom. benè, nimirum in sex-
to gradu ac censu, quod ultimum est
magnitudinis stellarum genus. Gemb.
imo, id est, ultimo, nempe sexto.

719. Quæ neque per cunctas &c.] Sci-
licet stellæ sextæ magnitudinis vix ocu-
lis cerni possunt dum Luna lucet; aut
Orion, quod omnium sidus est maxi-
mum ac lucidissimum. Nempe ut rectè
ait lib. 1. v. 469.

Præcipuè medio cùm Luna implebitur
orbe

Certa nitent Mundo cum Luna, con-
ditur omne

Stellarum vulgus, fugiunt sine nomi-
ne Signa.

Id autem satis experientia docet. Sic
Aratus scripsit.

721. Delia.] Luna, lib. 1. v. 232.

K K K

Cúmque vaga est illa , & terris sua lumina condit :
 Mersit & ardentes Orion aureus ignes ;
 Signaque transgressus mutat per tempora Phœbus ,
 725 Effulget tenebris , & nocte accenditur atrâ ;
 Tunc conferta licet Cœli fulgentia templa
 1 Cernere seminibus densis , totisque micare
 4 Floribus , ut siccæ curvum per littus arenæ :
 3 Nec spatium stellis , mundo nec cedere summam ;
 730 Sed quot eant semper nascentes æquore fluctus
 Quot delapsa cadant foliorum millia sylvis ,
 Amplius hoc ignes numero volitare per Orbem.
 Utque per ingentem populus describitur urbem ,
 Præcipuūque Patres retinent , & proximum Equester

INTERPRETATIO.

¶ ubi longè illa erravit , & abscondit
 lucem suam sub terris ; & ubi pariter au-
 ratus Orion immergit suas fulgentes flam-
 mas ; & ubi Sol prætergressus Signa per
 sua tempora diurna lucet sub tenebris ter-
 rarum , & incenditur sub nigrâ nocte ;
 tunc fas est videre splendentes Cœli forni-
 ces sparsos frequentibus stellarum semini-
 bus , & videre splendere totis floribus , ve-

luti sicca arena in curvo littore micant :
 neque dari locum stellulis , neque nume-
 rum stellarum in Cælo ; sed quot flus
 exortis perpetuo in mari currunt , quot
 millia foliorum delabuntur in sylvis , li-
 cet cernere flammæ stellarum plures hoc
 numero . Et sicut in magnâ civitate po-
 pulus distribuitur , & Senatores tenerat
 primum ordinem , & Equester ordo se-

ANNOTATIONES.

722. *Cúmque vaga est illa.*] Id est ,
 errat sub terras , nec supra Horizon-
 tem lucet.

723. *Orion.*] Maximum Cœli sidus ,
 lib. 1. vers. 382. Sic suprâ de Orione ,
 v. 59.

Quo fulgente super terras Cælumque
trahente

Eminentia diem nigras nox contrahit
alas.

724. *Signa transgressus.*] Quæ scilicet
 illustrat ac percurrit Sol quasi ex oppo-
 sito seu è regione Lunæ . Neque enim
 Luna medio seu pleno impletur orbe ,
 quàm cum Soli opposita lucet.

Phœbus.] Sol , lib. 1. v. 19.

726. *Cœli templa.*] Fornices Cœli
 seu concava Cœli facies quæ oculis
 cernitur , lib. 1. v. 448. lib. 2. v. 354. &c.

727. *Seminibus densis.*] Stellulis , quæ
 quasi stellarum sint semina , aut flores
 micantes niveâ luce ; quas non oculis
 sed ope telescopii percipere est ; & quæ
 multæ seminantur per viam Cœli , quam
 Lacteam vocant.

728. *Floribus.*] Metaphora ; id est ,
 florum instar crebrè spissorum micare .
 Albescit quippè ea pars Cœli præ luce
 stellarum istarum , quæ quasi flores
 per Cælum confertim sparguntur : aut
 sicut arenæ lucidæ in littore , quæ mi-
 cant in confertos lucis radios.

729. *Mundo.*] Cælo , lib. 1. v. 9.

732. *Ignes.*] Stellæ , lib. 1. v. 466.
Orbem.] Sup. Cælorum , id est , Cœ-
 lum , lib. 3. v. 49. 405. &c.

733. *Utque per ingentem.* &c.] Præ-
 clara comparatio , quâ diversos stella-
 rum gradus , diversâque formas ma-
 gnitudinis asserit

734. *Patres.*] Sup. conscripti , id est ,
 Senatores . Tres autem in ordines Po-
 pulus Romanus descriptus fuit , in Se-
 natores , Equites , & Populum . Ro-
 mulus principio populum dividerat tan-
 tùm in Patricios , & in plebem . *Dion.*
lib. 2. Ex Patriciis elegit centum Se-
 niores , qui rerum urbanarum curas
 agerent , quibusque ab ætate , quâ pro-
 vecti erant , *Senatores* : & à patrocinio ,

Orion B.P. temp. B.P.
 aut B.

ma B.P.

2 spiritibus aut stellis signa hoc dicendi concors

729. *Mundo nec cedere summam* : *hæc* : *concedere* &c.

735 Ordo locum ; populúmque Equiti , populóque subire

Vulgus iners videas etiam sine nomine turbam :

Sic etiam magno quædam respondere Mundo

Hæc natura facit , quæ Cœli condidit orbem.

Sunt stellæ procerum similes ; sunt proxima primis

740 Sidera ; sũntque gradus ; atque omnia juncta prioribus

Maximus est populus , summo qui culmine fertur ,

Cui si pro numero vires Natura dedisset ,

Ipse suas æther flammæ sufferre nequirit ,

Totus & accenso Mundus flagraret Olympo.

INTERPRETATIO.

cundum ; & sicut etiam cernere est populum sequi post Equitem , & post populum vulgus vile , quæ multitudo est sine titulo & honore : ita quoque ille Auctor Natura qui fecit orbem Cœli , facit quædam stellæ similes esse ingenti populo . Sunt enim stellæ quædam similes Patribus ; sunt

stellæ quæ sequuntur primum gradum . Scilicet numerosa est multitudo stellarum , quæ volitat per altum Cœli cacumen , cùm multitudini si Auctor Natura tribuisset vires pro numero , ipsum Cælum non posset ferre suos ignes . & universus Mundus arderet Cælo inflammato .

ANNOTATIONES.

quo populum tuebantur , Patres vocavit . Tit . Liv . lib . 1 . & Fest .

Equester ordo .] Qui secundus in Urbe fuit . Hos primum è populo ac plebe trecentos numero lectos creavit Romulus , quos non Equites , aut Equestri ordinis viros , sed *Celeres* appellavit . Tarquinius verò numerum illorum auxit ad 600 . Alii postea plures creaverunt . Legebantur autem tantum in Equestrem ordinem in posterum , quibus census esset tertium quadringentorum millium . *Sueton . in J . Cæsare .* *Resin . lib . 1 . cap . 17 .*

736. *Vulgus iners .*] Plebs illa vilis , quæ rerum administrationem nullam habet aut curam in Republicâ . Unde populum inter & vulgus iners distinguit Poëta .

737. *Magno . . . Mando .*] Ingenti populo numero , cui stellæ Cœli cor-

respondere ait .

Respondere .] Tertiz conjugationis .

Sic Martialis :

Si quando veniet ? Dicit : responde poetæ

Exieras : veniet , cùm cytharædus erit .

738. *Natura .*] Deus .

738. *Procerum .*] Id est primi ordinis virorum in Republ .

741. *Maximus est populus .*] Vulgus stellarum , quæ sextæ sunt magnitudinis ; Vel potius , quæ nullius gradus formam habent , sed sunt sine nomine turba .

743. *Ipse suas æther , &c .*] &c . Sic lib . 1 . v . 466 .

Non poterit Mundus sufferre incendiâ tanta ,

Omnia si plenæ ardébunt sidera flammis .

Sequitur tabula , in quâ , ut monui vers . 710 . not . continetur numerus constellationum , ac ordo magnitudinis cujusque stellarum per singulas constellationes .

K K K ij

vid Diadema sive lib . 3 cap . 8 .

TABULA CONSTELLATIONUM.

Coeff. d. mm.	Stell. numer.	1. magnitud.	2. magnit.	3. magnit.	4. magnit.	5. magnit.	6. magnit.
1. Ursa minor.	10.	0.	2.	1.	3.	1.	3.
2. Ursa major.	35.	0.	7.	3.	12.	8.	5.
3. Draco.	35.	0.	1.	10.	14.	8.	2.
4. Cepheus.	21.	0.	0.	3.	7.	7.	4.
5. Cassiopea.	28.	0.	0.	5.	5.	3.	15.
6. Perseus.	42.	0.	2.	4.	12.	12.	12.
7. Auriga.	40.	1.	2.	0.	7.	5.	27.
8. Bootes.	32.	1.	0.	6.	13.	4.	8.
9. Hercules.	61.	0.	0.	9.	21.	11.	21.
10. Cygnus.	40.	0.	1.	5.	16.	7.	11.
11. Andromeda.	27.	0.	3.	1.	11.	10.	2.
12. Triangulum.	6.	0.	0.	0.	3.	1.	2.
13. Coma Berenices.	13.	0.	0.	1.	11.	1.	0.
14. Corona Borealis.	21.	0.	1.	0.	5.	8.	7.
15. Lyra.	15.	1.	0.	2.	1.	7.	4.
16. Pegasus.	23.	0.	4.	3.	6.	3.	7.
17. Equuleus.	4.	0.	0.	0.	4.	0.	0.
18. Orion.	56.	2.	4.	4.	16.	11.	19.
19. Canis minor.	10.	1.	0.	1.	0.	3.	5.
20. Serpentarius.	30.	0.	1.	7.	9.	10.	3.
21. Serpens.	35.	0.	1.	7.	7.	2.	18.
22. Aquila.	27.	0.	1.	6.	1.	5.	14.
23. Antinotus.	15.	0.	0.	6.	2.	1.	6.
24. Sagitta.	8.	0.	0.	0.	3.	1.	4.
25. Delphinus.	10.	0.	0.	5.	0.	1.	4.
26. Aries.	19.	0.	0.	3.	1.	2.	15.
27. Taurus.	48.	1.	1.	5.	8.	10.	13.
28. Gemini.	34.	0.	3.	4.	7.	9.	11.
29. Cancer.	32.	0.	0.	2.	4.	6.	20.
30. Leo.	43.	2.	2.	5.	13.	7.	14.
31. Virgo.	45.	1.	0.	5.	6.	11.	22.
32. Libra.	14.	0.	2.	1.	8.	2.	1.
33. Scorpius.	55.	1.	1.	9.	10.	11.	3.
34. Sagittarius.	30.	0.	2.	7.	8.	8.	5.

<i>Const. num.</i>	<i>Stell. numer.</i>	<i>1. magnitud.</i>	<i>2. magnit.</i>	<i>3. magnit.</i>	<i>4. magnit.</i>	<i>5. magnit.</i>	<i>6. magnit.</i>
35. Capricornus.	28.	0.	0.	4.	1.	7.	16.
36. Aquarius.	42.	0.	0.	4.	7.	23.	8.
37. Pisces.	36.	0.	0.	1.	6.	19.	10.
38. Cetus.	29.	0.	2.	7.	14.	5.	1.
39. Eridanus.	44.	1.	0.	6.	29.	5.	3.
40. Lepus.	13.	0.	0.	4.	4.	4.	1.
41. Canis major.	19.	1.	1.	5.	4.	8.	0.
42. Hydra.	29.	1.	0.	2.	13.	9.	4.
43. Crater.	11.	0.	0.	0.	8.	1.	2.
44. Corvus.	8.	0.	0.	4.	1.	2.	1.
45. Piscis notius.	12.	1.	0.	0.	9.	2.	0.
46. Phoenix.	14.	0.	1.	3.	8.	2.	0.
47. Columba.	12.	0.	2.	0.	9.	0.	1.
48. Argo navis.	51.	1.	7.	10.	23.	9.	3.
49. Centaurus.	41.	2.	5.	7.	16.	9.	2.
50. Lupus.	20.	0.	0.	2.	11.	7.	0.
51. Corona meridion.	13.	0.	0.	0.	4.	7.	2.
52. Grus.	15.	0.	3.	0.	4.	2.	6.
53. Hydrus.	15.	0.	1.	0.	4.	10.	0.
54. Dorado.	6.	0.	0.	0.	3.	3.	0.
55. Piscis volans.	4.	0.	0.	0.	0.	1.	3.
56. Apis.	4.	0.	0.	0.	4.	0.	9.
57. Triangulum Australe.	4.	0.	3.	0.	0.	1.	0.
58. Ara.	6.	0.	0.	0.	5.	1.	0.
59. Pavo.	16.	0.	1.	2.	1.	6.	6.
60. Indus.	15.	0.	0.	0.	6.	3.	6.
61. Toucan.	8.	0.	4.	0.	3.	1.	0.
62. Chameleon.	9.	0.	0.	9.	0.	9.	0.
63. Apus.	12.	0.	0.	0.	1.	11.	0.

Sunt igitur, ut facile colligere est, constellationes omnino 63: stellas vero de iis stellis, quæ oculis cerni possunt: ope enim telescopii multò plures deprehenduntur.

Sequitur tabula, in qua, ut monui vers. 710. not. continetur ortus & occasus quorundam siderum ad ortum & occasum Signorum Zodiaci.

Kkk iij

INERRANTIUM SIDERUM
COORTUS ET OCCASUS,
CUM ORTU ET OCCASU
SIGNORUM ZODIACI.
EX MANILIO, ARATO, ET HYGINO.

ORTO ARIETE.

MANILIO.	ARATO.	HYGINO.
ORITUR	ORITUR OCCIDIT	ORITUR OCCIDIT
Orion 4. grad. A. go 4. Heniochus 15. Hædi 20. Hyades 27. Capella 30.	Andromedæ reli- quum. Persei caput.	Andromedæ reli- quum. Persei caput. Deltoton.

ORTO TAURO.

Pleiades 9.	Persei reliquum. Heniochi pars. Hædi. Capella. Ceti cauda & dor- sum.	Bootes. Arcturus.	Persei reliquum. Hyades. Pleiades. Hædi. Capella. Cetus.	Bootes. Hyades. Pleiades.
-------------	--	----------------------	---	---------------------------------

ORTIS GEMINIS.

Lepus 7.	Heniochi reli- quum. Cetus totus. Eridani pars..	Ophiuchi pars. Bootes 2.	Heniochus. Cetus 2. Eridanus.	Bootes 2. Ophiuchus. Hædi. Capella. Cunicula.
----------	---	-----------------------------	-------------------------------------	---

ORTO CANCRO.

Aselli. Procyon. 20.	Orion. Eridani reliquum.	Corona. Notii piscis pars. Ophiuchi reli- quum. Serpens. Bootes 3.	Heniochus 2. Eridanus 2. Orion. Canis. Hydra. Aselli.	Corona. Ophiuchus 2. Cetus. Notius piscis. Aselli. Bootes 3.
-------------------------	-----------------------------	---	--	---

ORTO LEONE.

Canis 7. Cunicula 1. Crater 30.	Hydræ caput. Lepus. Procyon. Canis pedes priores.	Aquila. Ergonasi.	Heniochus. Lepus. Procyon. Hydra 2. Cunicula.	Corona 2. Ophiuchus 3. Aquila. Cetus 2.
---------------------------------------	--	----------------------	---	--

ORTA VIRGINE.

MANILIO.

ARATO.

HYGINO.

ORITUR

ORITUR OCCIDIT.

ORITUR OCCIDIT

Spica 10.
Coron. Ariadne 15Hydræ pars media.
Canis reliquum.
Argûs proa.Lyra.
Delphin.
Sagitta.
Cycni pars.
Equi caput.Argo.
Hydra 2.
Spica.
Crater.Lyra.
Cycnus.
Sagitta.
Delphin.
Pegasus.
Spica.

ORTA LIBRA.

Sagitta 8.
Hædus.
Lyra.Bootes.
Argo.
Hydræ reliquum.
Engonafi.
Ophiuchus.
Coronæ pars.
Centauri cauda.Equi reliquum.
Cycni reliquum.
Andromedæ caput.
Cepheus.
Cetus.Bootes.
Engonafi.
Argo 2.
Arcturus.
Corvus.Cycnus 2.
Andromedæ pars.
Deltoton.

ORTO SCORPIONE.

Ara 8.
Centaurus.Coronæ reliquum.
Hydræ extremum.
Engon. infer. pars.
Serpentarii caput.
Centauri caput, &
bestia seu Lupus.Eridani curvamen.
Ceti reliquum.
Andromedæ reliq.
Orion.
Cepheus.
Cassiope.Corona.
Engonafi 2.
Ophiuchus.
Sagitta.
Centauri pars.Cepheus.
Cassiope.
Andromedæ reliq.
Eridani pars.
Orion.

ORTO SAGITTARIO.

Arcturus. 5.
Cygnus 30.Centauri pedes
prioris.
Serpentarii corpus.
Engonafi caput.Cepheus.
Lyra.
Canis.
Orionis reliquum.
Lepus.
Aurigæ pars infer.
Persei caput.
Argûs rostrum.Engonafi 3.
Lyra.
Cepheus.
Cassiope.
Ophiuchus.
Delphin.
Centauri reliq.Perseus.
Aurigæ pars.
Eridani reliquum.
Lepus.
Orion. 2.
Canis.
Argo.

ORTO CAPRICORNO.

Serpentarius.
Serpens.Cygnus.
Aquila.
Sagitta.
Procyon.Persei reliquum.
Argûs reliq.
Procyon.Ara.
Cygnus.
Aquila.Persei reliquum.
Aurigæ caput.
Procyon.
Argûs reliquum.

ORTO AQUARIO.

Cepheus.
Aquila 12.
Cassiope.

Equus.

Centauri cauda.
Hydræ frons &
collum.

Pegasus.

Centauri pars.
Hydræ pars.

ORTIS PISCIBUS.

Andromeda 12.
Pegasus 21.
Engonafi.
Cetus.Piscis notius
Andromedæ me-
dium.Centauri reliquum.
Hydræ reliquum.Andromedæ pars.
Pegasi reliquum.
Piscis notius.Centauri reliquum.
Hydræ reliquum.

448 M. MANILII LIBER QUINTUS.

Qua duo promisit non semel Manilius , ut monui vers. 27. ea vel non scripsit , vel si scripserit , ad nos non pervenerunt , alterum de occasis siderum , alterum de Planetarum viribus. Non abs re esse duxi subnexusse precedentem tabulam , in quâ ortus siderum ex Manilio , ortus verò simul & occasus ex Arato , & Hygino disponuntur.

FINIS.



INDEX



I N D E X

VOCABULORUM OMNIUM,

QUÆ IN QUINQUE LIBRIS

ASTRONOM. M. MANILII

CONTINENTUR.

*Prior numerus Librum: alter verò vel alii, ad proximam usque
lineolam, Libri versum vel versus significant:
lineola autem Libros distinguunt.*

A.



- A** 1: 307, 316, 344, 351, 365, 390, 392, 601, 663, 670, 683, 783 | 2: 132, 219, 220, 234, 266, 312 bis, 313, 329, 364, 366, 863, 883 | 3: 16, 188, 200, 288, 420, 441, 492, 501 | 4: 30, 399, 426 bis, 445, 801, 866 | 5: 37, 201, 489 |
ab. 1: 118, 168, 367, 392, 401, 548, 569, 572, 575, 587, 591, 607, 624, 631, 641, 645, 670, 733, 752, 796 | 2: 38, 83, 119, 134, 767, 790, 792, 843, 940 | 3: 57, 58, 199, 299, 351, 354, 396, 401, 405, 454, 477, 497, 533, 653 | 4: 16, 35, 270, 345, 503, 589 bis, 595, 604, 790, 815 | 5: 33, 68, 69, 235, 252, 389, 489, 561, 572, 653 |
abeantve. 1: 307 |
abibit. 5: 162 |
abluit. 4: 597 |
abruptis. 4: 641 |
absumptio. 2: 394 |
abundans. 1: 316 |
abundant. 2: 592 |
ac. 1: 433, 497, 640, 644, 703, 803, 854, 869, 889 | 2: 69, 85, 86, 102, 118, 119, 120, 372, 639 bis, 771, 930 | 3: 215, 575 | 4: 188, 420, 604, 667, 696, 697, 699 | 5: 5, 75, 194, 283, 304, 446, 520, 595, 694 |
accedat. 3: 433 |
accedens. 4: 463 |
accident. 4: 521 |
accederet. 3: 80 |
accedimus. 4: 883 |
accedit. 2: 356 | 3: 483 |
accedunt. 2: 463, 671 |
accendit. 1: 494 |
accenditur. 2: 941 | 5: 723 |
accensa. 1: 831 |
accensus. 1: 826 |
accensuque. 5: 624 |
accenso. 1: 870 | 5: 742 |
accensum. 1: 858 |
accepisse. 4: 40 |
accepit. 1: 85 | 3: 84 |
acceptas. 3: 494 |
acceptaveris. 3: 466 |
accescit. 5: 56 |
accescit. 5: 492 |
accessus. 2: 50 |
accidere. 3: 104 |
accipe. 2: 453 | 3: 413 | 4: 443 |
accipere. 3: 79 |
accipiant. 2: 489 |
accipiens. 4: 497 |
accipiet. 3: 431 |
accipit. 1: 210 |
accipiant. 2: 858 | 3: 463 | 4: 502, 910 | 5: 384 |
accipiuntque. 1: 707 |
acclivi. 3: 391 |
acclivis. 1: 233 | 2: 917 |
accommodet. 3: 222 |
accumulans. 4: 493 |
accumulet. 5: 426 |
accumulatque. 3: 606 |
acer. 2: 236, 544 | 5: 695 |
acervos. 4: 923 |
Achaica. 4: 612 |
Acherunta. 1: 93 |
acie, agmine. 1: 913 |
aciem, visum. 2: 497, 514 |
aciemque, idem. 1: 675 |
acies, agmen. 1: 777 | 4: 35 | 5: 663 |
acies, visus. 3: 404 |
acies, animi. 4: 368 |
acquirere. 5: 500 |
actem. 2: 513 |
acti. 2: 213 |
acta. 1: 404 | 2: 140 |
Actæon. 5: 183 |
Actia. 1: 912 |
Actiacosque. 5: 52 |
actus. 3: 106, 408 | 4: 475 | 5: 499 |
actu. 3: 505, 591 |
actum. 3: 129 |
actus, sub. 1: 571 | 2: 140 |
actus, adject. 2: 634 |
acumine. 4: 241, 566 |
acuta. 5: 83 |
acutus. 5: 70 |

M. Manil.

INDEX

- ad. 1: 10, 21, 111, 161, 177, 192, 220, 237, 242, 275, 346, 308, 379, 426, 524, 504, 566, 643, 653, 654, 682, 733, 764, 867, 877, 2: 31, 50, 52, 94, 101, 103, 136, 148, 161, 124, 357, 421, 492, 513, 565, 586, 626, 658, 680, 770, 837, 846, 899, 3: 37, 45, 75, 105, 137, 170, 179, 183, 223, 264, 286, 321, 409, 429, 435, 440, 442, 460, 462, 541, 621, 645, 647, 656, 657, 4: 121, 162, 187, 191, 232, 237, 245, 254, 437, 470, 515, 524, 560, 573, 599, 603, 668, 675, 745, 785, 796, 824, 902, 904, 918, 932, 5: 134, 141, 153, 238, 331, 348, 381, 487, 545, 559, 566, 577, 607, 611, 641, 642, 692 |
- Adamas. 4: 924 |
- Adamanteis. 1: 921 |
- adde. 1: 664 | 2: 689 | 3: 238 | 4: 43, 279, 729, 731 |
- addere. 3: 27 |
- addis. 4: 252 |
- addi lit. 4: 697 | 5: 322 |
- addit. 2: 159 | 3: 598 | 5: 344 |
- addita. 2: 385, 432, 883, 923, 4: 447 |
- adducētque. 3: 381 |
- adducitque. 3: 407 |
- addunt. 4: 458 | 5: 115 |
- ademptus. 2: 386 |
- adeo. 1: 200, 856 | 2: 110 |
- ademptus. 1: 362, 780 |
- ades. 3: 35 |
- adest. 3: 553 |
- adfundit. 4: 654 |
- adjacuitque. 1: 164 |
- adice. 4: 44 |
- adjecit. 2: 732 |
- adjecitque. 2: 434 |
- adjectis. 3: 305, 594 |
- adiment. 3: 376 |
- adjuncta. 3: 124 |
- adjungat. 3: 438 |
- adjungit. 5: 242 |
- adjungitur. 4: 693 |
- adjungunt. 3: 409 |
- admiranda. 1: 194 |
- admirans. 1: 264 |
- admissus. 4: 596 |
- admittantque. 1: 718 |
- admitti. 4: 394 |
- admixtis. 2: 834 |
- admotique. 4: 37 |
- admovisse. 3: 94 |
- adnaptēque. 5: 589 |
- adnumeres. 4: 433 |
- Adriam. 4: 607 |
- adferat. 2: 814 |
- adfant. 2: 636 | 5: 267 |
- adveniēns. 1: 427 |
- advenit. 1: 387 |
- adverbia. 2: 792, 892 | 3: 633 |
- adverbia. plur. 2: 201, 520, 529 | 4: 631 | 5: 2 |
- adverbiūque. 2: 366 |
- adveritas. 2: 913 |
- adversū. 1: 602 | 2: 415, 549, 550 | 3: 502 | 4: 410, 471, 578, 651, 710 | 4: 850 |
- adverso. 1: 591, 668, 807 | 2: 396, 446, 494, 866 | 3: 430, 634 |
- adversos. 1: 15 |
- adversoiūque. 2: 575 |
- adversum. 1: 682 | 2: 929 | 3: 675 | 4: 323, 857 |
- adversus. 1: 611 | 2: 555 |
- adversus. 2: 119 |
- advertere. 5: 35 |
- advigilare. 1: 81 |
- adulter. 4: 104 |
- adultera. 2: 22 |
- adulterio. 5: 266 |
- advocat. 3: 116 |
- Æacidus. 1: 761 |
- Ægæūque. 4: 619 |
- ægrotat. 5: 215 |
- ægrotet. 1: 893 |
- ægrum. 5: 351 |
- Ægypti. 4: 633, 668, 750 |
- Ægyptique. 4: 777 |
- Ægyptia. 4: 724 |
- Ægypto. 4: 796 |
- Ægyptum. 4: 624 |
- Æmiliūque. 1: 794 |
- Æncam. 4: 24 |
- æqua. 3: 255, 663 |
- æquā. 4: 523 |
- æquabilis. 1: 705 |
- æquabit. 3: 570 |
- æquabitque. 5: 419 |
- æquale. 4: 416, 819 |
- æquales. 2: 274 | 4: 326, 635 |
- æquali. 1: 459, 532, 556, 578, 838 | 2: 62, 111, 231, 288, 424, 458, 655, 791, 825 | 3: 341 | 4: 851 |
- æqualia. 3: 220 |
- æqualis. 3: 670 |
- æqualitque. 3: 670 |
- æquandam. 3: 491 |
- æquandum. 1: 554 |
- æquant. 1: 336, 596 |
- æquantem. 1: 687 | 2: 242 |
- æquantia. 3: 641 |
- æquantur. 5: 599 |
- æquas, nom. 3: 450 |
- æquat. 1: 671 | 3: 504, 667 |
- æquat. 3: 500 |
- æquato. 1: 268 | 4: 546 |
- æquis. 1: 606 | 2: 214, 291 | 4: 295 |
- æquo, nom. 2: 77 | 3: 337, 602, 616 | 4: 174, 769 |
- æquor. 1: 164, 621, 774 | 4: 285 | 5: 580 |
- æquora. 1: 156, 163, 919 | 2: 237 | 4: 385, 608, 623, 628, 647, 677, 780 | 5: 416, 421 |
- æquore. 1: 544 | 2: 225, 447 | 4: 600, 643, 741 | 5: 51, 54, 158, 196, 312, 389, 393, 421, 561, 659, 683, 728 |
- æquore. 5: 403 |
- æquoreas. 5: 430 |
- æquorel. 5: 498 |
- æquoreis. 2: 193 |
- æquoreum. 2: 558 |
- æquoris. 2: 232 | 3: 20 |
- æquum. 3: 473 |
- æra. 1: 228 | 4: 250 | 5: 92 |
- æraria. 5: 355 |
- æris. 5: 315 |
- ær, colum. 4: 483 |
- æra. 1: 14, 279, 813 | 4: 499 | 5: 440 |
- æraque. 1: 153, 158, 858 | 2: 357 | 3: 52 |
- ære. 4: 896 |
- æriaque. 1: 237 |
- æriam. 1: 725 |
- æriamque. 5: 462 |
- ærias. 1: 201 | 3: 374 |
- ærios. 5: 363, 575 |
- æris. 1: 203, 249 | 4: 887, 923 |
- ærius. 5: 631 |
- ærias. 2: 175, 266, 418 |
- æstate. 4: 644 |
- æstare. 2: 182 |
- æstatis. 2: 185 |
- æstibus. 4: 794 |
- æstivā. 1: 100 |
- æstivæ. 3: 448, 621 |
- æstivas. 1: 498 |
- æstivi. 3: 647 |
- æstivis. 2: 269 | 3: 272 |
- æstivosque. 1: 686 | 2: 421 |
- æstivum. 1: 569 | 2: 202 |
- æstu. 1: 21, 569 |
- æstum. 2: 429 |
- æstus. 5: 255 |
- ætas. 4: 152 |
- ætates. 2: 581 |
- ætatis. 2: 844 |
Pag. 3: col. 1: lin. 30. *quibus*. *Fatum*. lege, quibus Fatum. Ibid. col. 2: lin. 16. *ut*. l. v. Pag. 8: col. 2: lin. 14. *ac*. l. at. Pag. 10: col. 1: lin. 27. *sem Sol*. dele. Pag. 12: col. 1: lin. 18. *allegari*. l. alligari. Ibid. lin. 29. *πυρρί* (o. l. *πυρρί* ω. Pag. 19: col. 1: lin. 27. *Throg*. l. Theog. Pag. 20: col. 1: lin. 4. *plura*. *Plutarch*. l. plura Plutarch. Pag. 21: col. 1: lin. 18. *ignescerent*. l. ignescerent. Ibid. col. 2: lin. 15. *cognita*. l. cognitio. Pag. 22: col. 1: lin. 3. *circumfluat*. l. circumfluat. Pag. 30: col. 2: lin. 17. *Septentrionalis*. l. Septentrionalis. Ibid. lin. 22. *Ἀρκτος*. l. *Ἀρκτος*. Pag. 32: col. 1: lin. 6. *qui*. l. quæ. Ibid. col. 2: lin. 10. *solea*. l. Sol ea. Pag. 33: col. 1: lin. 12. *primum*. l. primam. Pag. 35: col. 2: lin. 7. *Cancer in*. l. Cancer qui. Pag. 46: col. 2: lin. 2. *etiam Vultur volans*. dele. Pag. 53: col. 2: lin. 10. *ἵππος* l. *ἵππος*. Pag. 58: col. 2: lin. 29. *contrà*. l. contrà. Pag. 62: col. 2: lin. 5. *Aque*. l. atque. Pag. 64: col. 1: lin. 12. *gent iam*. l. gentiam. Pag. 71: col. 2: lin. 34. *fuit; castigandam*. l. fuit castigandum. Pag. 78: col. 2: lin. 14. *lucer*. l. lucebat. Pag. 116: col. 1: lin. 25. *tua lacerantur*. l. tue nunc lacerantur. Pag. 118: col. 1: lin. 19. *Divum incedo*. l. Divum Regina incedo. Pag. 121: col. 2: lin. 18. *III*. l. 101. Pag. 122: col. 2: lin. 5. *lib. v*. l. lib. 1. v. Pag. 136. col. 2: lin. 12. *Autumni*. l. Autumni. Pag. 142: col. 1: lin. 22. *59*. l. 259. Ibid. col. 2: lin. 18. *est ad*. l. est ad. Pag. 158: col. 1: lin. 16. *fulgulis*. l. fulgulis. Pag. 160: col. 2: lin. 5. *ducitur*. l. fleitur. Pag. 162: col. 2: lin. 4. *Hexago*. l. Hexagonorum. Pag. 219: col. 2: lin. 5: Pag. 299. col. 1: lin. 5. *fugam mortem*. l. fugam ac mortem. Pag. 360: col. 1: lin. 22. *tandem factus*. l. tandem hæres factus. Pag. 381: col. 2: lin. 23. *Jolchos autem*. l. Jolchon autem. Ibid. lin. 30. *dexteri*. l. dextris. Pag. 384: col. 2: lin. 25. *Syracusas*. l. Syracusis. Pag. 415: col. 1: lin. 12. *conchlea*. l. cochlea. Ibid. lib. 21. *conchleas*. l. cochleas. Pag. 422: col. 1: lin. 24. *eodem*. l. eadem. Ibid. col. 2: lin. 27. *Davusque*. l. Davusne. Pag. 425: col. 2: lin. 3. *dicitur*. dele. Ibid. lin. 15. *triclivia*. l. triclinia.

IN INDICE VOCABULORUM.

Cæsus. l. cæsus. *Cunque*. 3: 141. adde: 5: 490 | *Curat*. l. careat. *Commenta*... 5: 466. l. 472. *Docto*. l. Doctor. *Ferorum*, *equorum*. 5: 348. hoc addendum est vocabulum: *Nonnulla*. 3: 313. delendum est. *Parris*. l. Parrisque. *Parrisque*. l. Parris. *Pupisque*. l. Pupisque. *Quadrupedum*. &c. 234 | adde: 5: 641 | *Saturno*. l. saturo. *Semisfer*. 5: 15. addendum post vocem *semel*. *Vlo*. 5: 313 | addendum est post vocem *ullis*.



OMISSA AUT ADDENDA.

NOTIS.

Pag. 5 : col. 2 : lin. 8 : adde:
 9. *Mundus.*] Univerſus terrarum
 Orbis, qui, quia pace fruebatur tem-
 pore Auguſti Cæſaris, favere pluri-
 mùm videbatur Manilio ad Cœleſtes
 orbes ubique perſcrutandos, & ad
 carmina pandenda. Sic Lucretius
 lib. 1. fatetur non æquo animo poſſe
 philoſophari in adverſo tempore, hoc
 eſt tempore belli; quaſi arma non
 benè cum Muſis jungi poſſint.
 Pag. 6 : col. 2 : lin. 26. poſt *contineat.*
 adde: vel ducat, ad ſenſum verſus
 83. libri 2.
Du it ab athereis terrena animalia
Signis.
 Pag. 7 : col. 1 : lin. 33. adde: ſic Lucret.
 lib. 3. v. 574.
 — *mentis qui gignitur aſtus.*
 Pag. 10 : col. 1 : lin. 27 : ſeu Sol, adde:
 Sic lib. 3. v. 187.
Quo redis in terras Mundus, &c.
 Pag. 29 : col. 2 : lin. 11. *volitet :* adde :
 Sic lib. 5 v. 60.
Ementita diem nigras nox contrahit
alas.
 Pag. 51 : col. 2 : lin. 18. *Deor.* adde : ſed
 de his lib. 2. v. 60.
 Pag. 63 : col. 1 : lin. 31 : *extenditur.* adde:
 vel intelligit Poëta eam Cœli par-
 tem meridionalem, quæ ſtellis mi-
 cat & illucet nobis.
 Pag. 131. verſ. 7. *Parentis.*] Mallem
parentis ; atque ita mutâſſem niſi
 omnes omninò legerent *parentis*
 ad ſenſum verſ. 101. & 113. ubi per
Mundum intelligit Poëta Cælum,
 hoc eſt Deum ipſum Mundi aucto-
 rem. Melius tamen mihi arridet,
ſine ſine parentis, hoc eſt, in inſini-
 tum *extenſi ;* quàm *ſine ſine parentis.*

hoc eſt, *ſine ſine creantis* res cun-
 ctas. atque conſervantis eas.
 Pag. 360 : col. 2 : lin. ultim. *omnia :*
 adde : Adulatur autem Auguſto,
 quem Romani repositum iri vole-
 bant in Cœlis Virginem inter &
 Libram, propter æquitatem, quæ
 cuncta ritè regebat. Sic Virg. 1.
 georg. v. 32. de Auguſto :
Anne novum tardis ſidus te menſi-
bus addas,
Quæ locus Erigonen inter Chelæque
ſequentes
Panditur : ipſe tibi jam brachia con-
trahis ardens
Scorpius, & Cœli juſtâ plus parte
velinquit.
 Pag. 383 : col. 1 : lin. 18 : *metam,* adde:
 Sic & Lucret. lib. 1. v. 86. hanc fa-
 bulam præclare ſcribit.
 Pag. 429 : col. 2 : lin. 2. *Adelph.* adde :
 Sic Lucretius lib. 1. v. 95. deplorat
 iſdem ſerè verbis miſeram Iphige-
 niz ſortem, quæ, cùm nuptiarum
 ſacra ſe facturam putaret, ducta eſt
 à patre ante Aras, ut tanquam vi-
 ctima caderet.
Nam ſublata virgîm manibus treme-
bundæque ad aras
Deducta eſt, non ut, ſolemnis more
ſacrorum
Perſeſto, poſſet clavo comitari hy-
menao :
Sed caſta inceſſe nubendi tempore in
ipſo
Hoſtia concideret maſſatu maſſa pa-
rentis, &c.
 Pag. 257 : col. 2 : lin. 11 : Arieti : adde:
 tertio 30. Piſcibus. Ibid. lin. 12 :
Piſcium ; leg. Aquarii.

FINIS.

MICHAEL



MICHAËL FAYVS
AD LECTOREM.

VNUM supererat, LECTOR BENEVOLE, quod ad hujus operis commendationem desiderari videbatur : nampe ut quae olim ad Manilium & Scaligeri notas inter legendum animadverterat V. Ill. PETRUS DANIEL HUETIUS, ea ad usum atque commodum publicum his nostris lucubrationibus addi curaremus. Cum enim Virum hunc omni doctrinae genere florentem adirem saepenumero consultum de nonnullis obscurioribus Manilii locis, multosque in ejus Bibliotheca libros pervolutarem, plurima ad oras librorum manu ipsius adnotata deprehendi, cum in reliquis linguae utriusque Scriptoribus, tum in hoc maxime Manilio secunda editionis Scaligeranae. In quo multa agnoscens, aut emendata feliciter, aut acute explicata, compluresque Scaligeri lapsus solerter castigatos; ac probe etiam intelligens, quantum ex iis utilitatis percipi posset ad publica studia, & ad penitus percipienda Manilii sensa, copiam mihi harum observationum ab eo fieri contendendi. Id primo constanter abnuere visus est. Verum opportune, importune, diuque instanti mihi, victus assiduus

MANIL.

2

meis flagitationibus, absconditi hujus doctrinae thesauri, è Bibliotheca suae latebris, Codicis videlicet sui marginibus, eruendi molestiam in se recepit, erutumque mihi permisit. Hanc ergo mantissam Editioni nostrae jamjam ad exitum spectanti, tanquam egregium quoddam corollarium adtexui. Nunc equum est, CANDIDE LECTOR, ut ego & tu accepti beneficii memores, nobilissimo Viro de literis, literatisque semper bene merito agamus gratias, referendi etiam potestatem nobis dari cupiamus. Vale.



PETRI DANIELIS HUETII
ANIMADVERSIONES

IN MANILIUM, ET SCALIGERI NOTAS:

IN LIBRUM PRIMUM.

V. Erf. 3. *deducere mundo.*] Hoc est, cœlo. Qua significatione sæpe usurpatur à Manilio, etiam cum affectatione. Parcius quidem usurparunt eo sensu, sed usurparunt tamen optimi Latinitatis Auctores, Attius, Lucretius, Catullus, Virgilius, Vitruvius, Plinius, & alii. Sic Græcis antiquis & recentioribus κόσμος, utrumque significat, mundum & cœlum.

V. 71. *jam Sole regresso*] Haud dubie desideratur particula negativa, ut efficiatur hæc sententia, Non poterat discernere per suas causas dies varios, & incerta noctis tempora, & umbras non similes, Sole recedente & accedente. En tibi geminam particulam ἀναντιω, non poterat, & non similes; quarum priorem temere expunxit Scaliger. Itaque legendum, *nec Sole regresso*, quod habent priscae Editiones, & prima Scaligeri.

V. 116. *tantas emergere moles*] *Emergere*, ἐκέρχυναι. Hoc usu vix alibi reperias. *Emergere se* dixerunt alii.

V. 146. *super est hominemque, Deumque.*] Legatur *supra*, si ita videtur Scaligero; quanquam & *super* ferri potest. At ferri non potest ejus interpretatio. Nec enim id sibi vult Manilius, cognitionem originum mundi esse supra Deorum ipsorum captum, cum Libri hujus initio contrarium docuerit; verum esse supra hominum captum, & Deorum potestatem. Quo designatur Fatum Diis ipsis ineluctabile; quod est ordo seriesque causarum quas describit.

V. 155. *Tertia sors undas stravit, fluctusque natantes Æquora perfudit toto nascentia ponto.*] Non assentior Scaligero, qui trajectionem hic inesse ait, (Tmesin dicere voluit) & *Perfudit æquora fluctus natantes*, interpretatur, *Fluctus natantes fudit per æquora*. Ego simpliciore & veriore interpretationem do, Tertia sors undas & fluctus stravit, & nascentia æquora toto ponto perfudit; hoc est, per recentes planities terræ mare effudit.

V. 163. *Et siccata magis strinxerunt æquora terras.*] Perverso sensu, vel potius nullo. Scribe, *Siccataeque magis*. Terræ nomen fecit Deus בשח, hoc est ξηρα, juxta Senes Septuaginta; *Arida*, juxta Vulgatam

a ij

Editionem. Sic Moses Gen. 1. 9. *Congregentur aque qua sub cælo sunt in locum unum, & appareat Arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus Aridam, terram.*

V. 172. *prohibent in longius ire.*] Scribe, *prohibentur.*

V. 211. *Divisique simillima forma.*] Id hausit è fontibus Academico- rum, qui orbiculares Deos sibi fingeant, auctores secuti Platonem & Xenophanem. Quod & vitio datum Origeni alibi notavimus. In eo recedit Manilius à Stoicis magistris suis, qui formam ullam Deum habere negabant, ut est apud Lactantium.

V. 218. *Sed quærent Helicen, quibus ille supervenit ignis, Qui laterum tractus habitant.*] Manilium hic suggillat Scaliger, quasi dixerit videri non posse Helicen in iis locis, quibus apparet & videri potest Canopus. Quod sane falsum esset: nam non Cnidiis solum & Rhodiis, sed Lydis etiam & Phrygiis, propter refractionem, utrumque sidus eodem tempore conspici potest. Verum aliud sensit & scripsit Manilius; iis nempe, quibus Canopus supervenit, hoc est quorum verticibus imminet Canopus, Helicen non apparere. Atque hoc verissimum est. Cæterum peccavit Manilius cum dixit Canopum non videri, quoad per- ventum sit in Ægyptum: nam, ut dixi, gentibus longe Borealiioribus conspicitur.

V. 227. *Seraque in extremis quatiuntur gentibus ara*] Non regiones solum Muhammedanorum, quos hic commemorat Scaliger, sed univer- sum orbem pervasit fatuus ille mos pulsandorum crepitaculorum & so- nitus edendi in Lunæ Eclipsibus. Faciunt id Tartari: faciunt Sinæ & Tunquineses, non in Lunæ solum, sed & in Solis Eclipsibus; draconem- que sideribus iis tum insidiari, ut ea devoret, persuasum habent. Fi- cilia omnia vasa frangunt Gangaridæ ad augendum fragorem. Lappo- nes scylos in cælum explodunt, ut Lunæ à Dæmonibus jam prope deglutiendæ succurrant. Strepitus quoque & murmura cient Americani Caraibæ, laborante Luna, quam à Dæmone tum devorari putant. Par est Peruvianorum consuetudo, qui & canes ad ululatum verberibus tum adigunt, ut ægra Luna animal sibi gratum miserata excitetur. Unde perspicuum est penetrasse ad eos fabulam de Diana venationis & canum studiosa, ut à Garcilasso observatum est. Cumanenses Cometas clamori- bus & tympanorum crepitu prosequuntur, Eclipses jejuniis; quibus & feminæ fuso suo sanguine mederi se putant.

V. 236. *Hanc circum varia gentes hominum atque ferarum, Aërieque colunt volucres.*] Periæcos signari putat Scaliger, quod dictu ridiculum est. An feras & aves *περιέκως* Manilius notaverit? Cur potius quam *αἰτῶν*, vel *πυρίκως*. Postquam terram rotundam esse probavit, homi- nes, feras, & volucres incolas ejus esse dicit. Nondum enim varios re- gionum situs attingit, quod proxime facturus est.

V. 239. *Sub pedibusque jacet nostris, &c.*] Sic distingue, *Sub pedibus- que jacet nostris, supraque videtur Ipse sibi, fallente solo declivia longa.* Id est, Quemadmodum Arctoi populi superiores esse sibi videntur, in-

ANIMADVERSIONES IN LIBRUM I.

fra se vero habere Antarcticas gentes; sic illæ superiores nobis esse se putant; terræ rotunditate utraq; fallente.

V. 245. *somnosque in membra locamus.*] Latine dictum id negat Scaliger, proindeque refingit pro arbitrio suo. Ego contra tam Latine dictum esse contendo, quam quod à Plauto dictum est, *Collocare aliquem in soporem; facere in lustra*; & à Terentio, *Esse in magnum honorem*; & à Cæsare, *In potestatem habere*; *Collocare auxilia in mediam aciem*; & à Cicerone, *Esse in ditionem Populi Romani*, *Ponere vestigium in aliquam historiam*; & à Gellio, *Ponere coronas suas in caput patris*.

V. 246. *distinguit & alligat*] Hæc ad Horizontem refert Scaliger, reclamante ipso verborum contextu, ex quo intelligas manifesto de mari dicta esse, *Pontus utrosque suis distinguit & alligat undis*. Distinguit, hoc est, abscindit. Sic Horatius,

*Nec quicquam Deus abscidit
Prudens Oceano dissociabili*

Terras.

Ovidius, *Terras abscidit undæ*. Statius, *Abscissum miseris animantibus aquor*. Alligat, sic Virgilius,

*Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tarda que palus innabilis anda
Alligat.*

Nunc arbitretur Lector, Manilii verba ad Horizontemne, an ad mare pertineant.

V. 290. *Ut verti non possit in ipsum.*] Quæ hic differit Scaliger, partim inepta sunt, partim inexplicabilia. Quod si, inquit, aliquis dicit axem circa suum centrum moveri, impossibilia dicit. Nam quis adeo fungus est, ut hoc dicat? quodnam est centrum lineæ rectæ? quomodo axis, quatenus axis, moveri potest circa centrum suum? Addit, *Nam quum centrum sit ὁπός αὐτοῦ κέντρος, non poterit manere interea, dum illa quorum est ὁπός, moventur*. At Manilius docet contrarium; circa axem enim cælum moveri ait, axem ipsum non moveri. Pari igitur ratione, si circulus moveatur circa centrum suum, immotum manebit centrum illud, dum reliquis circulus movebitur. Quod subjicit deinde, *Non enim per se subsistit centrum*. Igitur si non manet centrum, neque per se movebitur, ad id plane cæcutio.

V. 312. *Quæ quia dissimilis, quæ pugnat, temperat aër*] Aërem proprie dictum intelligit Scaliger, qui circa terram fusus est. Sed aërem hic usurpari pro æthere, loci sententia demonstrat. Inter Polum mundi, inquit Manilius, & Zodiacum astra interjacent, Poli & Zodiaci viribus, frigore nempe & calore mista. Quæ quoniam temperat æther ille sui dissimilis, ut pote diversarum qualitatatum, æstus & algoris particeps, propterea infimum hunc orbem secundum & frugiferentem efficit. Similiter paulo superius aërem posuit pro æthere: *Nam quum aër omnis semper volvetur in orbem*. Contra vero ætherem pro aëre ponit aliquando. Velut libro secundo,

Non imbres alerent terras, non aethera venti.

& libro quinto Persei fabulam narrans, *Laxumque per aethera ludit Perseu.* Præterea cum sententiam Ptolemæi, Lunam terræ vaporibus affici docentis, refellit Scaliger hoc argumento, quod Luna, & quæ supra Lunam sunt, corruptioni erunt obnoxia, siquidem vera prædicat Ptolemæus, in eo videtur hæsisse priscorum Peripateticorum opinioni, qui nihil supra Lunam generari vel corrumpi posse sciscebant: cum tamen Scaligeri ætate Astronomia recentior & novitia Philosophia hunc errorem confutasset.

V. 317. *Quod similis junctis*] Dicat Scaliger, cujus Grammatici auctoritate fretus hunc versum nobis panxit:

Post Helicem instanti similis de more juvencis.

Equidem scio Orbilium tam atrocem solœcismum ferula fuisse ulturum.

V. 332. *toto mergentem corpore corpus.*] Serpentes corpus corpore mergere non possunt: obstat spina vertebris conferta. At possunt insecta, quorum corpus caret spina, & annulis tantum contextum est. Idem peccavit facetissimus quiddam Poëta nostras.

V. 344. *Affueto volitans.*] Hoc est, ut solitum: nam in ἀσθησίᾳ apertis alis & volans pingitur: ἐχμαπτεται διαπταμένως τὰς πτέρυγας, inquit Eratosthenes. Is addit præterea solam ex omnibus avibus Aquilam contra Solis radios volare. Hinc Hyginus, *Sola tradita est memoria contra Solis orientis radios contendere valere.* Atqui contra orientem volat in Astrothesia. Huc accedit quod sublimis volare solet Aquila: ὑψοῦ πίπτει, ut docet Aristoteles. Ælianus quoque, ὑπερφρονῶν ἔχ' ὑψοῦ τὴν ἑρμηνείαν, τὸν αἰετὰ πτείνει πάλω, ἔχ' ὀξύτητα ὅρῳ ἐν πάλω τῷ αἰετός ἔχ' ὑψηλός. Igitur cum dixisset Manilius de Aquila cœlesti, *Magni Jovis ales fertur in altum*; subjunxit, *Affueto volitans*, hoc est, Illic in cœlo perinde sublimis volat, & in altum fertur, ut in aëre volare solet. Ergo hic minime supplendum est *magis*, aut *plus*, quod vult Scaliger.

V. 332. *tertia lampada.*] Sic Plautus in Casina, *Tene hanc lampadam*: quod & à Prisciano observatum est.

V. 355. *In pœnas signata suas.*] Recte hoc intelligas ex Arato. Brachia ipsam pandere ait, ac propterea φαίης καὶ ἀιόζειν ἐπὶ πωδὶ. Theon, ἐχμαπτεται γὰρ στενωποσυμῶν. Planum hoc est: cui tamen explicationi alteram hanc præfert Scaliger, *ob ἀμυδρότητα, ut tanquam atrata lugere videatur.* Tum subjicit, *Nam, inquit Aratus, plenilunio obscuratur, quod minimas stellas habeat similes capitulo clavus intrantis in foramen sere, seu obicis, aut, ut Germanicus vocat, clostri.* Hoc enim plane est quod ait,

οἷόν τε δὲ κληῖδι θυρῶν ἐν τοῖς ἀγαυῶν
διὰ τὸ ἐπὶ πῶσοντες ἀναισθητοῦσθαι ὀφθαλμοῖς.

Ergo atrati quoque sunt asterismi, quorum tenue est & obscurum lumen; læti è contrario, qui lucidioribus stellis constant. Lugent ergo Hercules Ingēniculus, Serpentarius, Sagittarius, Aquarius: quod ine-

ptum est. Quod addit plenilunio ipsam obscurari, quia minimis constat stellis, neque id habet Aratus, neque verum est: nam quatuor habet stellas tertiæ magnitudinis, sex quartæ, juxta Ptolemæum; quinque tertiæ magnitudinis, quinque quartæ, juxta Tychonem. Cum autem ait Aratus ipsam *μέλα πολλῶ φαίνεται νυκτὶ παμμυλίδι*, id non contingit ob ἀμυδρότητα stellarum, ut censet Scaliger; sed quod ἔμνη πολλοὶ καὶ ἱπποβοὶ γανόωσιν ἀστέρες, οἳ μὴ πάντες ἐπὶ ῥήδωι σχήμασιν. Exiguus est numerus stellarum, quibus hic constat asterismus. Itaque ipsum dicit plenilunio non valde lucere, propter paucitatem, non propter exiguitatem stellarum, quæ ipsam aperte, ἐπὶ ῥήδωι, hoc est clare & manifeste componunt. Atque hæc jam diu confudit Cicero, cum vertit,

Obscura specie stellarum Cassiepeæ.


Rectius Germanicus,

Clara etiam, pernox cælo cum Luna refulget,

Sed brevis, & paucis decorata in sidere flammis.

Aliter Arati versus interpungebat, ut sensus esset, Cassiepeam περι-
λίνδεται οὐ μάλ' ἀπὸ πολλῶν, ferri non magnam, quod exiguum cæli spa-
tium teneat: καὶ γὰρ μικρὸν ἔχει τὸ ἐξ αὐτοῦ τόπον, inquit Theon; quippe
ἐπὶ διαρὸς καθήκει, ut habet Eratosthenes; vertit Hyginus, *sedens in si-
liquastro*, hoc est, in cathedra, cujus posterior pars, cui dorsum in-
nititur, concavum est, curvatum, & superne etiam supra caput forni-
catum, in modum siliquæ: sed etiam si propter situm sedentis contracto
sit corpore, & paucis decorata flammis, tamen claritatem ei non de-
esse, imo etiam fulgere in plenilunio. Merito autem Aratum carpit
Hipparchus, quod stellas Cassiepeæ in plenilunio non apparere dixerit,
cum splendore superent alias quasdam, puta quæ sunt in humeris Ser-
pentarii, quas tamen Aratus ipse plena Luna lucere & manifestas esse
scripsit. Quod subjicit hic Scaliger, & in suis quoque ad Moretum
commentariis scriptum habet, stellas nempe illas similes esse capitulo
clavis intrantis in foramen seræ, sum sit id ex Arati Interpretibus, qui
mentem ipsius neutiquam sunt affecuti. Constat profecto parum cer-
tam esse scriptionem versuum illorum, in quibus cum clavi Cassiepeæ
fidus confert Aratus: quod cognosces ex Grotii Notis ad Germanici
Phænomena, & ex Salmasii Exercitationibus Plinianis. Placet inprimis
conjectura Grotii, qui legi jubet, *οἷον δὲ κληίδι*, ut hæc sit loci sen-
tentia, Qualis est clavis, talem situm obtinere stellas Cassiepeæ. At ge-
nus multiplex clavium fuit. Scholia clavim Laconicam hic signatam vo-
lunt. Par est Germanici sententia, nam reddit clavim dentatam, hoc
est Laconicam. Par est Avienj, qui reddit clavim Caricam. Caricæ enim
claves Laconicarum similes fuerunt. Hos secuti sunt Scaliger & Sal-
masius. Verum tam facile in stellis illis seræ, vel portæ, vel domus, vel
urbis, vel cujuscunque rei formam reperiēs, quam clavis Laconicæ.
Itaque non convenit inter Interpretes, qua parte Laconicæ suæ clavis
scapum, qua dentes statuant, Scholiastes duabus tantum stellis id effici
vult, quod ridiculum est. Ut Lectorem paucis absolvam, aio signari

ab Arato falcatam clavim, non Laconicam. Vetusissimus fuit usus falcatarum clavium. Talem Penelope tribuit Homerus ad referendum thalamum: *ὠκυμένη κληΐδα* appellat, hoc est *δρεπανοειδῆ*, ut exponit Eustathius: qui antiquum esse docet hoc genus clavium, & ad suam ætatem perseverasse, quarum ne nunc quidem usus penitus obsolevit; recentiores vero esse multiformes illas, quæ Laconicæ sunt. Eburneum falcatz clavi præfigebatur manubrium, vel ligneum, quo circumagi posset ad excutiendum forium pessulum, postquam foramini inserta erat. Talem autem formam accurate referunt stellæ Cassiepeæ; quod ex subiecta, & asterismi, & clavis *δρεπανοειδῆς*; figura perspicue cognoscetur.



Pag. 8

Ex solo formarum istarum conspectu, opinionis nostræ veritas cognoscitur; quam & confirmant Scholiastis verba, quæ ex vetustis membranis profert Salmasius, aliter concepta ac vulgo eduntur. His sitam esse tradit Cassiepeam ad faciem vetustæ clavis; hoc est, juxta Eustathium, falcatz. Porro ex tam variis Scholii hujus lectionibus, quas ex priscis libris repræsentat Salmasius, existimari potest varias fuisse ex variis Auctoribus compilationes Scholiorum istorum, ut & reliquorum fere omnium, quæ in Poetas Græcos & Latinos scripta circumferuntur. Quamobrem mirandum non est, perversam illuc interpretationem irrepsisse de Laconica clavi, quam imperitus aliquis ab Arato notatam credidit, cum nihil de ea vel significaverit ipse, vel indicet positura stellarum; unde certissima conjectura capi potest.

V. 358. *Ne veterem Perseus.*] Probo conjecturam Scaligeri, qui pro *Ne*, legit, *Ni*. Sed tamen dubitari potest, an non legendum sit *Ut*. Flet Cassiepea, timens ut Perseus priscum amorem erga Andromedam retineat, eique opitulari velit.

V. 360.

V. 360. *Spoliumque sibi, testemque videnti.*] Toto cœlo hic aberrat à vero Scaliger : *Sibi*, inquit, *id est, ipsi ceto: testem, id est, Persea præsentem.* Hoc non est loci sententiam illustrare, sed opacare. Veretur Cassiopea ut Perseus sustineat Gorgoneum caput, quod ipsi quidem Perseo spoliū est de Medea reportatum; ei vero qui contra aspicit, testis est victoriæ Persei. Horatius, *Testis Metaurum flumen.* Belle hæc habent: quæramus tamen aliquid melius. Dico scribendum esse, *pestemque videnti.* Medusæ caput Perseo quidem honorificum spoliū est; qui vero oculos contra audebit attollere, præsens ei feret exitium. Certissima est hæc emendatio.

V. 383. *Subductos vultus*] Plerique veterum Astronomorum, qui contrarias posituras asterismis tribuisse visi sunt, cum alii pronos, supinos alii fingerent, reipsa tamen non discrepauerunt. Nam qui descripserunt supinos, ad Sphæram factitiam attenderunt, cujus in convexa & gibbosa parte ita fuerunt pingendi. Qui pronos voluerunt esse, rationem habuerunt cœli ipsius, in quo cum ita sitos eos imaginantur Astro-nomi, ut terram spectent, proni utique sunt hoc situ. Itaque cum cœlum aspicerent, asterismos ore ad sese, hoc est ad terram ac inferiora converso, pronos nempe videbant: quem situm cum ad Sphæram factitiam transferre vellent, & in convexa ejus parte ea adnotare, quæ viderant in concava, asterismos itidem ad se conversos repræsentare debuerunt; quod cum facerent, supinos eos pingebant, quos pronos viderant. Hæc in Astronomorum priscorum libris, vel indiligenter distincta, vel incuriose à Lectoribus observata, hanc discordiæ suspensionem invexerunt.

V. 388. *Nec gravius cedit, &c.*] Quantumlibet sese hic jactet Scaliger, certum est temere & contra librorum fidem duos sequentes versus situm eo auctore permutasse. Præterea mendum latere puto in voce *surgit.* Nam cum Canicula calores immensos cieat exoriens, frigora occidens, haudquaquam dixerit Manilius horrere eam frigore cum surgit. Scribe igitur *sevit*, juxta Codicem Gemblacensem. Nullum astrum violentius advenit terris, propter calorem; nullum gravius discedit, propter frigora. Sequentem versiculum, *Nec vacuum Solis surgentem deserit orbem*, ita exponit Scaliger, ut cum ea legeris, incertior sis multo quam dudum. Sensus est, Solem vi vacuum Canis non deserit; nam sive oriatur Sol, sive occidat, Canis ejus auget efficientiam vel minuit.

V. 397. *curfusque micantis*] Quod ait Scaliger, *ἰδιωτικώτερος* quam *φυσικώτερος* dictum esse ab Arato, stellas alias aliis esse obscuriores propter discrimen intervalli, id ipse quidem *ἰδιωτικώτερος* dixit, suamque in rebus physicis imperitiam prodidit. Nec enim adhuc deprehensum est, an propter distantiam, vel molis, vel luminis differentiam, aliæ aliis majores & clariores stellæ appareant.

V. 339. *Frigida ceruleo contorquet lumina vuln.*] Scribe, *ventre.* Aratus, *ἀνὰ τὸν αὐτὸν Γαστέρα κίαντες περιτάλλεται.*

V. 404. *Emeritum magnis mundum tenet acta procellis.*] Hoc est, meri-

MANIL.

b

tum. Silius, *Emerito sacrum caput inferre cælo.*

V. 440. *Diversasque umbras*] In dextra & læva assignanda varia est Manilii ratio, quam nisi probe distinxeris, ludes operam. Solet ille quidem Septentrionem collocare ad dextram, meridiem ad lævam, ac proinde fingendus est occasum spectare. Sic libro quinto Arietem statuit ad latus dextrum navis Argus, qui ipsa borealior est. Cassiopeam ait dextra de parte resurgere, Andromedam cælo dextro venire, & Ingeniculum dextra lumina attollere; quippe boreales sunt hi asterisimi; contra Orionem oriri de summa parte lateris sinistri, & læva consurgere Ceti sidera, quæ sunt ad meridiem. Idem libro illo, *Qua dexter Boreas spirat*, & paulo post de Polo Arctico, *Quæ dextera pars est*. Atque hæc est pervulgata Poëtarum ratio, à vetustissimis ducta temporibus, quam & Ægyptii, tenuerunt, & ipsi etiam Ebræi, qui ad occasum conversi Deum orabant, pro situ nimirum Tabernaculi, & deinde Templi occidentem spectantis. Quanquam extra Templum & Dei cultum, ad ortum ora obvertebant; proptereaque Boream ventum sinistræ appellabant. Antiquos etiam Architectos Templorum situm ad occasum direxisse scripsit Hygenus. Astronomi quoque, etsi Zodiacum, hoc est meridiem spectare soliti, occasum tamen aliquando locant in antica parte: velut Cleomedes cum ait, *ἡ ὁρὴ τοῦ ὀρίσαντος τὰ πρὸς ἀπὸν, ἐν ὁρίσμα τὰ πρὸς μεσημβρίαν*. Nec Astronomi solum, sed & alii, demum omnis generis Scriptores eandem rationem tenuerunt. Quapropter Boreas nomine Dexter appellatus est: quod inferius ostendam ad librum quintum. Aruspices Etrusci orbem diviserunt in duas partes, secundum Solis curriculum; & dextram appellaverunt Septentrionem; sinistram, Meridiem. Quæ disciplina in Gromaticen manavit: nam Agrimensores in dividendis agris, ducto juxta Solis cursum decumano limite ab ortu in occasum, partem eam quæ vergebat in Boream, dextram, & agrum dextratum dixerunt; quæ in meridiem, sinistram, & agrum sinistratum. Ducto deinde Cardine, transverso nimirum limite, à septentrione in meridiem, quæ pars spectabat occasum, antica dicta est; quæ ortum, postica. Legatur Hygeni Gromaticus, ipso libri initio. Quæ cum ita sint, Manilius tamen ab hac lege nonnunquam videtur discedere: velut libro secundo, cum sciscit *semper dextris censeris signa priora*; ac idcirco Arietem dextrum esse Tauro, Taurum Geminis, atque ita porro alia: ac proinde conversus erat ad Zodiacum. Verum in eodem morem sequitur Astronomorum, quorum & effatum refert,

Sinistra

Quæ subeunt; quæ precedunt, dextra esse feruntur.

Similiter hoc loco quem expendimus, Zodiacum respexit, quem & ab Antisciijs nostris respici finxit, cum dixit esse illis

Diversas umbras, lævaque cadentia signa,

Et dextros ortus cælo spectantia verso.

Nam si & nos, & illi, facies obvertamus ad Zodiacum, occasus illis erit ad lævam, ortus ad dextram, quod contra fiet apud nos ad dextram occasum habentes, occasum ad lævam. Eundem situm Arabibus tribuit

Solinus, *Umbra qua nobis dextera sunt*, inquit, *illis sinistra*: eundem & Taprobanensibus, *Solem*, inquit, *orientem dextera habent, occidentem sinistra*. Ac recte hic Manilium interpretatus est Scaliger, sed non itidem celebratos Lucani versus è tertio Pharsaliæ:

*Ignotum vobis, Arabes, venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.*

Loquitur Lucanus de Arabibus inter Æquinoctialem & Tropicum Cancrī degentibus. Hi cum sint ἀποικιστοί, umbras aliquando vident ire sinistras, Sole in Tropico Cancrī versante; aliquando dexteras. Sole ad Æquinoctialem accedente. Nam Arabes fingit Lucanus occasum spectare, pto consuetudine Poëtarum. Hoc situ cum observassent nemora sua umbras projicere dexteras, cum Sol esset in hybernis signis; sinistras, cum Cancrum premeret; postquam citra Cancrī Tropicum venerunt, mirantur nemorum umbras cadere solummodo dextrorsum, nunquam sinistrorsum. Legitima hæc est loci istius interpretatio, cujus prædem damus Hygēnum libro jam laudato De limitibus agrorum: *Omnibus terris in hac parte (cis Tropicum æstivum) in occidentem spectantibus, umbras in dextrum emittit (Sol), exceptis illis quæ sunt ab Egypti fine usque ad Oceanum, quæ finit circulus Æquinoctialis. Has terras ferunt inhabitare Indos, & alias gentes: apud hos in occidentem spectantibus umbra in sinistrum emittuntur, ex quo apparet eos sultra Solis cursum positos; sicut & Lucanus, Ignotum vobis, Arabes, venistis in orbem, Umbras mirati nemorum non ire sinistras.* Eundem quoque obtinere situm versus Occidentem censendus est Lucanus, cum de Austrinis gentibus, & trans Æqui noctialem positus ait,

*At tibi, quæcunque es, Libyco gens igne dirempta,
In Noton umbra cadit, qua nobis exit in Arcton.*

Non erat igitur cur Lucanum tam aspere sugillaret Scaliger, cum loco hoc, tum & in Prolegomenis ad Manilium; patris fortasse sui Julii Cæsaris præjudicio obsecutus, qui in Hypercritico hos quoque Lucani versus acri censura vexavit.

V. 443. *Nec numerosa minus*] Hic Scaliger Manilium castigat, quod dixerit partem cœli Australem non minus lucida habere sidera ac Borealem: *Nulla enim stella*, inquit, *magnitudinis primæ ultra Tropicum Capricorni: omnes enim stelle primæ magnitudinis Veteribus nota fuerunt.* ὅτι οὐρανὸν, οὐρανὸν, καὶ τὰς ὀφείας ἐκτεταταί; annon Cor Scorpii est ultra Tropicum Capricorni? annon Extrema Eridani? annon Canopus? annon Duæ in pedibus Centauri?annoni Lucida in orē Piscis Notii?

V. 450. *Similesque figuras Astrorum referunt*] Didicisse se ex literis Americi Vespucii scribit Scaliger nullas alias lucidas stellas habere Australem Polum, præter quatuor in quadrum dispositas, quæ Crux appellantur. At nos ex ejusdem literis ad Petrum Soderinum datis didicimus cœlum illic splendidissimis stellis esse ornatum; quarum viginti, Veneris aut Jovis luminibus pares, observasse se ait Vespucius; ac præcipue tres Canopos: quæ vero Polum obsident, esse numero quaternas, in quadrati formam positas. At frequentibus recentiorum navigationibus depre-

b ij

hæsi sunt illi duodecim asterismi ; qui in Astronomicis globis accurate descripti sunt.

V. 472. *Plura liquet vacuo tum cedere sidera cælo.*] Profecta sunt hæc ex officina Scaligeri. Codex Gemblacensis, *credere*, quod habet & Basileensis Editio. Aldina autem, & prima Scaligeri,

Plura licet vacuo tum cernere sidera cælo:

quæ genuina lectio est, & manifesta sententia. Dixit Lunæ ἀπορίας tempore stellas quasdam apparere, non omnes; in περισλήνῃ lucidiores tantum conspici; at in νομνία, cum vacuum cælum Luna reliquit, tum omnes cerni posse, earumque numerum facile iniri.

V. 516. *Nec se cognoscunt terra*] Pœnas hic Scaligero dat Ovidius, propter versus istos è libro decimo quinto Metamorphoseon:

OEdipodionia quid sunt, nisi nomina, Theba?

Quid Pandionia restant nisi nomen Athena?

quos tamen optimi Codices non agnoscunt. Consule accuratissimas eruditissimi Heinsii Notas.

V. 565. *Sexque fugit solidas*] Describantur circuli, inquit Scaliger, *Æquinoctialis Paralleli nonaginta. Ii erunt quos Geminus vocat ἀειπαυερός.* Hoc ita se habebit in Sphæra μυλοειδῇ: nam Parallelos intelligit ductos per singulos Meridiani gradus, In Sphæra autem recta nullus ex nonaginta his Paralleliis erit ἀειπαυερός: in obliqua eo plures, quo erit obliquior. Sed neque nonaginta, verum octoginta tantum & novem Parallelii numerantur. Cæterum hanc Manilii doctrinam accurate expositam reperies in Achillis Tatii Isagoge, vicesimo sexto capite. Adi & Hygini Poëticon Astronomicon, primo capite. Sed & hanc divisionem circuli in sexaginta partes agnoscit Strabo.

V. 567. *Cancri, In quo consummat Phæbus lucemque, moramque*] Geminus in Isagoge, ὁ γὰρ ἡλίας πρὶ μὲρ τοῖς ἱσημερινοῖς κύκλοις πολὺν μὲρ ἐπιμύρει χρόνον, καὶ πλεὺς παροδὸν πλεὺς ποιεῖ αὐτοῖς, καὶ πλεὺς ἀποχρήσιν ὥστε χρόνον ἔσθ' ἡμέρας πεσσεύονται μύριον ὡς αἰθρῶν ἐπὶ ἱσημερινῶν κύκλων δι' ἃ αἰτίαν τὰ μέγιστα τῶν ἡμερῶν χρόνον ἔσθ' ἡμέρας πεσσεύονται τὰ αὐτὰ διαμύρει. Nemefianus in Cynegético,

*Sed postquam Phæbus candentem fervidus axem
Contigerit, tardasque vias Cancricque morantis
Sidus init.*

Manilius libro secundo,

*Nec mirere moras, quum Sol adversa per astra
Æstivum tardis attollat mensibus annum.*

Et libro tertio, *Solstitium tardi quum sit sub sidere Cancri.*

V. 575. *quo limite Phæbus.*] Veteres libri & Editiones, *quo lumine*; hoc est, quo conspectu, quo oculo: nam proxime dixit, *Parte ab utraque videns axem.* Malim tamen, *quo limite*; metaphora sumta ex agrorum mensuris, in quibus limes decumanus ducitur ab ortu in occalum. Eodem vocabulo statim utitur, *Medium equali distinguit limite cælum.* Illi generatim sumitur pro tractu, Quemadmodum & paulo inferius,

ubi de *Æquinoctiali*, *Tropicis*, & *Polaribus* ait,

Intervalla pari servantes limite semper.

& deinde de Coluro *Æquinoctiorum*,

Alter ab excelsa decurrens limes Olympo.

& postmodum de Horizonte,

Præcingit tenui transversum limite mundum:

quem limitem sequenti versu lineam vocat; & paulo post de eodem Horizonte,

Et mundum plano præcingit limite gyrus.

tum de Galaxia,

Candidus in nigro lucet sic limes Olympo.

rursum de eodem,

*Sic superincumbit signato culmine limes
Candidus.*

Limitem etiam nonnunquam appellat Manilius locum quemlibet; nam & hoc nomine infra afficit Polum Antarcticum. At hic Scaliger pro *limite*, legit *limine*, quod minus apposite dictum videtur de *Æquinoctiali*, qui velut medium Solis curriculum designat. Rectius paulo post de Tropico Capricorni,

Ultima designat fugientis limina Solis.

Limina enim sunt fines, metæ, ut ipse interpretatur Scaliger; quod de *Æquinoctiali* dici non potest.

V. 580. *Proximus hunc ultra Brumalis nomine tangens*] Sic Codex Gemblacenſis. At *tangens* absolute positum non est, ut opinatur Scaliger: sequitur enim,

Ultima designat fugientis limina Solis.

Igitur *tangens* pertinet ad *limina*, ut & *designat*. *Tangens* designat limina. Duo verba *ὑποκρινόμενος* nomen idem regunt. Similiter in versu illo de Galaxia,

Inde per obliquum descendens tangit Olorem,

quem versum in expositionis suæ patrocinium affert Scaliger, *tangit* absolutum non est, sed regit *Olorem*: Descendens per obliquum tangit Olorem.

V. 608. *Serpentis caudam, siccas & dividit Arctos.*] Nullus Colurus, inquit Scaliger, *potest simul secare Serpentis caudam, & ambas Arctos*. Vere; at ambas Arctos à Coluro secari non dixit Manilius, sed dividi: nam inter eas ducitur Colurus *Æquinoctiorum*, etsi posteriora Helices secat.

V. 611. *adversus concurrat rursus in Axe.*] Astrologo indignum esse pronuntiat Scaliger, putare de Horizonte ullo dici posse, quod dixit Bonincontrius, Horizontem esse eundem ac Colurum. Equidem peccata Bonincontrii præstare nolim, quem nunquam legi, neque nancisci usquam potui. At verum tamen est, iis quibus Sphæra recta est, Horizontem bis quotidie eundem esse ac Colurum hunc; bis item eundem ac Colurum Solstitiorum.

V. 618. *Quam septem stelle primam, &c.*] Hoc est, Quæ propter se-

ptem majorum stellarum suarum claritatem prima è duabus Ur̄is conspicitur post occasum Solis. Idem vult Aratus hoc versu,

πολλὴ φαινόμενη ἑλίου πρῶτης ἀπὲρ νυκτός.

Ubi Theo : οὐ πρὸς μέγεθος, ἀλλὰ τῇ λαμπρότητι ἐκδίδωκε γὰρ δυνάμειος ὁ ἡλίου φαίνεσθαι. Quid ergo sibi vult istud Scaligeri, *Prima enim occurrat ἀκρόνυχος in Horizonte?*

V. 629. *Atque hac eternam*] Malim, *Atque hic*, vel *Atque his*, nempe Coluris.

V. 635. *Hic mutans per signa vices*] Hæc ad Horizontem refert Scaliger, quæ pertinent ad Meridianum.

V. 639. *Volat hora per orbem*] *Poli omnis Horizontis*, inquit Scaliger, *sunt puncta Orientis & Occidentis. Poli mundi sunt Poli omnium Meridianorum.* Quid hoc monstri est? Poli igitur Æquinoctialis iidem sunt ac Poli Meridiani; nam Polos Æquinoctialis didicimus esse Polos mundi. Addit, *Ita omnis Horizon per puncta ortus & occasus transiit, ut omnis Meridianus per Polos mundi.* Ergo Meridianus & Horizon transeunt per Polos suos; quod est absurdum. Nos vero scimus Meridiani Polos, esse puncta Æquinoctialia ortus & occasus; Polos vero Horizontis esse Zenith, & Nadir: quod ne pueri quidem ignorant; & docuit nos Theodosius ὅτι κύκλου πόλος ἐν σφαίρᾳ, ὅστις συμπίπτει ἐπὶ τῆς ὀρθογωνίας τῆς σφαίρας, ἀφ' οὗ πᾶσαι πρὸς τὴν πόλιν ἐκδίδωκε πρὸς τὴν πόλιν τοῦ κύκλου περιφέρειαν, ἵστω δὲ ἡμῶν λαις εἶσιν. At Scaliger qui Polos Horizontis collocat in punctis Orientis & Occidentis, idem centrum Horizontis ponit in verticali puncto, sive Zenith, hoc est in Polo Horizontis. Cujusmodi ineptiæ si quando nobis pueris excidebant, vapulabamus.

V. 641. *Atque ubi se primis, &c.*] Hæc, quæ perspicua erant, neque satis intellexit Scaliger, & alii ne facile intelligerent argutationibus suis perfecit. Sequamur designationem gentium quam proposuit; Molucensium, qui nonaginta gradibus versus orientem distant à Zocotorinis; & Zocotorinorum qui nonaginta itidem gradibus distant à Canariensibus versus ortum. Id sibi vult Manilius, Oriente Sole Zocotorinis, sextam esse horam Molucensibus, quorum in Meridiano versatur Sol, occidente vero Sole iisdem Zocotorinis, sextam esse Canariensibus Hesperiiis, hoc est, ad occasum positis. Ita Zocotorini primam horam diei numerabunt, quæ Molucensibus sexta erit; postremam, quæ sexta Canariensibus. Similiter nos Galli primam horam & ultimam diei numeramus, quæ Bengalensibus & Jamaica incolis sexta est; & primam quidem quæ Bengalensibus sexta, ultimam quæ sexta Jamaicaensibus.

V. 655. *Sed quocumque vaga, &c.*] Sive progrediatur versus Austrum, aut Septentriones; sive versus ortum, aut occasum. Non video igitur cur hæc addiderit Scaliger progressui à Septentrionibus versus meridiem.

V. 661. *Hic terrestris erit*] Quærit Scaliger, cur *Horizon terrestris potius quam celestis, si tam extremum cæli quam terra præcingit*: nos respondemus sic dici, quod solus hic circulus terræ undique cohaereat, & ab extrema terræ ora, quam perlustrant oculi, designetur. Falsa ergo ratio

quam subjicit, quia ἡ σφαῖρα τοῦ οὐρανοῦ ὡς μηχανικὴ, ἢ ὡς ἡ γῆ, ἐστὶν ἐν τῷ ὁρίζοντι.

V. 679. *Et ter vicinas partes patet, atque trecentas, In longum*] Circulum Meridianum supra divisit in sexaginta partes; hic Zodiacum in trecentas sexaginta. Ac primum Æquinoctialem in partes secuisse videntur vetustissimi Astronomi, cum spatia & intervalla ascensionum metiri vel-
lent. Tunc autem Æquinoctialem à Zodiaco non distinguebant. Primus enim inter Græcos Zodiaci obliquitatem deprehendit Anaximander. Divisus est primum Signifer in partes duodecim à Chaldæis, ut perhibet Sextus Empiricus; vel ab Ægyptiis, juxta Macrobiū; à quo fufius etiam & clarius, quam à Sexto, rei modus & artificium traditum est; quod artificium & ad alias observationes priscos Astronomos accom-
modasse docet Theo. Cum rudior visa esset ista divisio, subtilior quæ-
dam subinde reperta est, ac singula Dodecatémoria secta sunt in partes quinque, ita ut sexaginta partes totus Signifer obtineret. Atque in alios deinde circulos translata est hujusmodi partitio, quam supra ad Meridianum à Manilio vidimus adhibitam. Narrat Cleomedes Posido-
nium Dodecatémoria singula in partes quatuor secuisse, totique Zo-
diaco tribuisse quadraginta gradus. Alii, quos commemorat Sextus Empiricus, in duodecim partes dispescebant Signa quæque, & centum quadraginta quatuor partes circulo inesse fingebant. Accuratio-
ribus de-
mum studiis florente Astronomia, utilissima & commodissima instituta est divisio in partes trecentas sexaginta, & aliis deinde adjuncta circulis. Quod cum nec satisfaceret subtilitati Astronomorum, distributa est una-
quæque ex illis partibus in *ἡμέρας* sive particulas sexaginta; hæ in sexa-
ginta alias, atque istæ præterea in alias, usque ad decimas.

V. 701. *Namque in caruleo candens nitet orbita mundo*] *Caruleo*, hoc est, nigro; nam cum nitet Galaxias, cælum nigrum est. Paulo inferius de eodem,

Candidus in nigro lucet sic limus Olympo.

Sic Peto ad Liviam dixit *Caruleam* mortem; vetus Poëta apud Cicero-
nem, *Furias caruleas*; Propertius, *ceruleam navim Orci*, quam Virgilius *Caruleam cymbam* appellat. Dixit is quoque *Caruleum imbrem*, & *Caruleas vietas*, hoc est, nigras; & frigidas Zonas carulea glacie concre-
tas esse atque imbribus atris, quod Septentrionem perpetuis tenebris ob-
situm Veteres existimarint; & in Ciri *Caruleas nubes*, & *Caruleas um-
bras*. Ovidius Plutonis *caruleos equos* commemorat. Par est significatio
vocabuli *καυεός* apud Hesychium. Quemadmodum autem carulea di-
xerunt Veteres, quæ nigra erant; sic & quæ carulea, nigra appellā-
vere. Virgilius violas nigras, & vaccinia nigra vocat, quod sumpsit ex
Theocrito fere *ἡ ποικίλη*. Claudianus crines nigros violis comparat. Hinc
lux istis Salomonis in Cantico, *Coma capitis tui, sicut purpura*. Græci
comas hujusmodi nominant *ὕακινθους*, & *καυεάς*, & *πικρὰς*; & qui
nigris esset superciliis, *καυεόγυν*, qualem Jovem representat Home-
rus. Euripides in Phœnissis *βοστράχῃ καυοχρωτὰ πλόκαμοι* dixit. Aug.

dacior Priscianus in Periegesi , qui sapphirum , quæ cærulea est , nigram appellat.

V. 741. *curvisque quadrigis*] *πολλῶς* , diversis curribus , ut supra dixit.

V. 779. *Et Romana gerens quæ textit mania Cocles*] Coronam civicam intelligit Scaliger , cujusmodi coronas ait murorum specie fuisse . At olim audiveramus in Scholis , coronam civicam , quernam fuisse : quæ veromurorum specie erat , auro conflatam fuisse & muralem dictam . Atque hinc cognoscas murales coronas non iis solum fuisse datas , qui muros obsessarum urbium primi conscendissent , sed & qui suarum urbium muros servassent .

V. 788. *Inviçtusque mora Fabius*] In veriloquio nominis Fabiæ gentis Adamantium Martyrium sequitur Scaliger . Is putat dictos Fabios , sive Favios , à favia ; quo modo fovea à Veteribus dicebatur . At contradicunt Veteres magno consensu , qui à faba , lente , piso , cicere , Fabios , Lentulos , Pisones , Cicerones dictos tradunt . Prisci enim Romani rustici fere erant , & agricolæ . Rusticum quoque Virgilii gentis nomen , à virgulis , hoc est , ramis arborum . A virgula Virgilius , ut à *famulus* , familia ; à *consulo* , consilium .

V. 795. *matrisque sub armis Miles Agrippa sua* .] Quid si legamus , *patris sui* , ut intelligatur Augustus socer Agrippæ .

V. 798. *Quod regit Augustus*] Miratur Scaliger dicere Manilium , cælum regi ab Augusto , quo nondum fruebatur . Meminisset Horatiani hujus ,

Hac arte Pollux , & vagus Hercules

Innixus arces attigit igneas ,

Quos inter Augustus recumbens

Purpureo bibit ore nectâr .

Constat porro sibi Manilius , cum ait de pugna Actiaca sub finem libri hujus , *Et in ponto quaesitus rector Olympi* ; quod perperam sumsit Scaliger ; nam *quaesitus* , interpretatus est , *invocatus* ; cum sensus sit pugna illa navali quaesitum esse , quis summæ rerum præficeret . Sic deinde Manilius ,

Sit Roma sub illo ,

Quumque Deum cælo dederit , non quarat in orbe .

& in calce quarti libri ,

Jam facit ipse Deos , mittitque ad sidera numen .

Majus & Augusto crescit sub principe cælum .

& libro quinto ,

Et in ponto cæli fortuna natabit .

V. 803. *Ac prius incipiam*] Hermes in Carpo laudatur à Scaligero . Atqui Ptolemæus auctor est Carpi , non Hermes . Fertur quidem sub Hermetis nomine libellus Centum aphorismos complexus , unde & titulum habuit . Cum autem totidem constet aphorismis Ptolemæi Carpus , qui propterea Centiloquium vulgo appellatur , hinc natus error .

V. 806. *vigeat quandoque*] Hoc est , & quando vigeat . Sic sæpe Manilius .

V. 807.

V. 807. *Sunt alia adverso pugnantia sidera mundo.*] Ἰδῶντες, nam πῶς πῶτι nihil contrarium. Verba sunt Scaligeri, quibus ἰδῶντος ipse suum prodit. Mundus hoc loco ponitur pro cœlo, ut alibi sæpe. Cœlum autem non est πῶ πῶ. Cæterum cœlo pugnant Planetæ, qui cœlesti motui diurno contraeunt. Sic alibi,

Atque alia adverso luctantia sidera mundo.

Et deinde,

Per bisseña volant contra nitentia signa.

Rursum,

Et quinque adverso luctantia sidera mundo.

Item,

Æternum & stellis adversus sidera bellum.

V. 824. *pariterque cadunt fulgente Cometa*] Suadet Scaliger ut legamus, *fugiente Cometa*; sed non persuadet: nam Manilius ut Cometarum brevitatem significet, argute dixit eos subsistere, cum jam cœptus sit illorum finis; & finire, cum adhuc fulgeant.

V. 836. *Nunc prior hac species diversis crimibus exit.*] Exit, hoc est, abest, mutatur, definit.

V. 852. *Æternamque imitantur Olympo*] Ex apicibus Codicis Gemblacensis lego, unde *Æterna minatur Olympo*.

V. 865. *Ob juncta creavit*] Miratur Scaliger non resumere Manilium quod supra dixerat,

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,

quippe hoc concludendum fuisse. Vero; & concludit quidem Manilius, cum dixit, *Ne mirere faces*, &c. Præterea hæc ipsa sunt velut conclusio superiorum.


V. 882. *Qualis Erechtheos*, &c.] Præter Thucydidem, Lucretium, & Virgilium, quos commemorat Scaliger, Ovidius etiam & Silius in pestilentia descriptione sese exercuerunt.

V. 888. *Et coacervatis ardebant corpora membris*] Hypallage; Et coacervatis corporibus membra ardebant.

V. 904. *Civiles etiam motus*] Quid si pro *etiam*, legamus *etenim*? Plane id verborum postulat contextus: nam superioris versus expositionem aggreditur.

V. 905. *nec plura alias incendia mundus*, &c.] Hæc primi libri pars postrema ad exemplum postremæ partis libri primi Georgicon Virgilii manifeste composita est.





PETRI DANIELIS HUETII
ANIMADVERSIONES
IN MANILIUM, ET SCALIGERI NOTAS:
IN LIBRUM SECUNDUM.

V. Erf. 13. *Et Chaos emixum Terras*] Dicam scribit Manilio Scaliger, quod falso dixerit Hesiodum scripsisse Terram ex Chao genitam. En tibi verba Hesiodi,

ἥτοι μὲν πρῶτον χάος ᾗτ' αὐτὰς ἐπιτε
γαῖ' εὐρύστερος·

Atqui cum Chaos primo extitisse dicat, deinde Terram, credi potest id sensisse, Terram posteriorem Chao antiquiore esse prognatam. Sic intellexit Johannes Diaconus; ἡσίοδος ἡμεῖς τ' ἄλλα ἐκ τοῦ ὕδατος ἐκχαύοντες πατρὶν, αἷς δὲ τῆς χύσεως παρονομάτας χάος . . . ἐπιτε δὲ ἡ γαῖα περσμεται μὲν τῷ χάος· εὐλόγος· ἐν γὰρ ὕδατος πυκνότητι μὲν ἐν αἷς ὀλοχρεῖσθαι οὖσαν σωσι-
σιμίου, παρὸν π' ἐν κωδίστρων τὸ συναζόμενον γίνεται. Ubi cum id censuisse Hesiodum doceat, Chaos aquam esse, ex eaque compressa & densata Terram extitisse; omnino credidit id sibi velle Hesiodum, ex Chao Terram esse genitam. Quam opinionem Manilium quoque videmus esse secutum.

V. 14. *Et primum titubantia sidera corpus.*] *Nihil tale*, inquit Scaliger, in *Theogonia Hesiodi*. At ista tamen illic legimus,

γαῖα δὲ τοι πρῶτον μὲν ἐγμένατο ἴσον αὐτῇ
ἕως δὲ ἀστέρων τε.

Alio loco Solem, Lunam, & Auroram Hyperione & Thia procreatos esse canit, Astræo vero & Aurora Luciferum, atque astra reliqua. Titubantia sidera appellat Manilius, metaphora ducta ab infantibus, qui pedibus suis consistere nequeunt, & in gradiendo titubant ac vacillant; quasi astra recentia nondum gressus suos, ob infantiam, figere didicissent.

V. 15. *Titanaeque senes*] *De Titanibus nihil in Theogonia*, inquit Scaliger. Mirare præceps hominis & confidens ingenium. Titanum ortus, casus, pugnas, pœnas adeo prolixè narrat Hesiodus, ut vix ullo argumento plus se oblectasse videatur, Cunabula quoque Jovis non perfunctorie narravit.

V. 16. *sine fratre parentis*] Scribit hic Scaliger cecinisse Poëtas omnes Junonem sine Jovis opera Vulcanum peperisse; præter Hesiodum, cujus & versus affert,

ἥ γ' ἢ ἤφαισος κλυτὸν ἐν Φαιδίῳ περσμεται

γίνατο, ἡ Ζαῦλῃσι, ἡ ἥσιν ὧ παρακοίτη·
 Contra vero Scholiastes Hesiodi, οὗτος δὲ πὺν ἤφασεν ἐκ μόνης ἡρας εἰπα-
 ρι· ὁ δ' ὅμῃρος ἐκ διὸς ἡ ἥρας· Non poterat apertius Scaligerum redar-
 guere, quam cum dixit Hesiodum ex sola Junone Vulcanum natum fin-
 xisse, Homerum vero ex Jove & Junone. At Johannes Diaconus in
 Allegoriis ait scripsisse Hesiodum Jovem ex Junone Vulcanum pro-
 creasse. An ergo ex iisdem verbis contraria colligere potuerunt Inter-
 pretes? minime sane; at diversa legerunt; & Johannes quidem Diaco-
 nus ea quæ exant in recentioribus Editionibus; Scholiastes vero isthæc;

ἦν δ' ἡφασεν κλυτὴν οὐ φιλόπῃ μῆϊσα

γίνατο·

Atque hanc legitimam esse scripturam sequentia declarant; καὶ Ζαῦλῃσι
 καὶ ἥσιν ὧ παρακοίτη; quibus causam affert, cur Juno sine Jove Vul-
 canum ediderit, quia nimirum rixæ inter eos erant. Et sic legisse Ma-
 nilium verba ipsius ostendunt. Accedunt præterea fidejussores, eruditior
 illi Apollonii Scholiastæ, qui ad hæc è libro primo Argonauticon,

ἔρχεαι δ' ἄλγιν

ἀδοτάων, ἥρας ἡα κλυτὴν·

sic differunt, ἡσόδῳ ἐπιπολούθουν, ἔξ ἡρας μόνης τὸν ἡφασεν λέγοντι χρῆσθαι·
 δ'· ἦν δ' ἡφασεν κλυτὴν οὐ φιλόπῃ μῆϊσα γίνατο· ὅμῃρος διὸς καὶ ἡρας
 φησὶν αὐτῶν·

V. 29. *Solventemque patrem*] Non intelligere se istud fatetur Scali-
 ger, quod in Astrothelia Cepheus Andromeden non solvat. Atqui id
 non pertinet ad Astrothesiam, sed ad originem & causam Astrothesiæ;
 dixit enim supra, *causasque tulere*, nempe cum post Cetum à Perseo in-
 terfectum Cepheus pater, vel de Cephei licentia Perseus Andromeden
 vinculis exemit. A Perseo enim solutam esse tradit Lucianus, à Cupi-
 dine Philostratus, quod idem est. Ut hic autem, sic & libro quinto
 Manilius à Persei & Andromedæ asterismis descendit ad eorum histo-
 riam, prout in terris fingitur contingisse. Quæcunque autem illic narrat,
 si quis ad cælestes has formas exigat, errabit.

V. 32. *spolioque Leonem*] Hoc est, propter eam pugnam, in qua ab
 Hercule victus & spoliatus est.

V. 43. *Ecce alius pictas volucres, &c.*] Quæ hic commemorat Mani-
 lius, à tribus diversis Auctoribus descripta esse indicat. Alius, inquit, re-
 ferat pictas volucres & bella ferarum, ille venenatos angues, hic fata
 nata per herbas. Igitur uni Æmilio Macro hæc esse tribuenda haudqua-
 quam cum Scaligero censuerim. Nicandrum in his videtur designare.

V. 58. *soloque volamus In cælum curru*] Et paulo post,

Sed solus vacuo veluti vectatus in orbe

Kerbere agam currus, non occurrentibus ullis.

Nec per iter socios commune regentibus actusi.

Virgilius;

Juvat ire jugis qua nulla priorum

Castaliæ molli divertitur orbita cliva.

Propertius,

*Quo me fama leuat terra sublimis, & à me
Nata coronatis Musa triumphat equis:
Et mecum in curru parvi veſtantur Amores.*

Statius de Lucano,

*Rapidum poli per axem
Fama curribus arduis leuatus.*

V. 76. *Nec pelagus fontes*] Vulgatam opinionem proſequitur. Verum aliam quoque eſſe fontium originem certiffimis argumentis deprehendiſum eſt.

V. 90. *Atque hac ſeditio pelagi, &c.*] Lege meo periculo:
*Atque hac ſeditio pelage nunc ſidere Luna
Mota tenet.*

Hæc ſeditio commota Lunæ ſidere maria occupat. *Pelage*, ut *Tempe*; cete: extat apud Lucretium non ſemel.

V. 93. *Sic ſubmerſa fretis, concharum, &c.*] Fuit ea Veterum opinio, ad hanc uſque ætatem deducta, creſcente Luna augeri corpora animalium; minui, decreſcente. Sed vereor ut certa & conſtanti experientiæ fide nitatur. Sæpe equidem mitulorum, aſtacorum, cammarorum, pagurorum, cancrorum, caridum conchas, & quadrupedum complurium medullas rimatus ſum diverſis Lunæ temporibus, neque ullam deprehendi mutationem, quam ad Lunam certo poſſem referre. Nam id propter alias cauſſas sæpe contingere certum eſt; vel propter diverſas anni tempeſtates, vel propter animalium morbos, aut famem diuturnam, aut immodicos labores, aliave huiusmodi plurima. Quid quod in India ferunt cruſtaceos huiusmodi piſces extenuari pleniluniis, interluniis pingueſcere. Retinenda eſt in his rebus aſſenſio, quoad certioribus experientis exploretur veritas, & res ipſa auctor detur.

V. 120. *Ac terras, conloque fretum, &c.*] Verſum hunc carere ſenſu, & ſi quis ex eo ſenſus elici poſſit, nihil ad Manilii propoſitum facere Scaliger pronuntiat. Aio contra optimum ei ineſſe ſenſum, hunc videlicet, Hominum ingenium, cælum & cælo ſubjectas terras ac maria, & quæ anari ac terræ ſubjecta ſunt, penetrare & cognoscere beneficio ſolertiæ à natura ei inditæ. Hoc autem conducit ad inſtitutum Manilii, qui cœli ac ſiderum vim & efficientiam, qua in hunc terreſtrem orbem, totiusque mundi compagem pollent, explicare aggreſſus eſt. Supra hoc libro,

*Namque canam tacita natura mente potentem,
Infuſumque Deum cælo, terrisque, fretoque.*

V. 140. *Nec per iter ſocios commune regentibus actus.*] Ipſas curruum *iacūs* intelligit, non ſpatia illa agrorum, quibus pecudes aguntur, ut exiſtimavit Scaliger.

V. 160. *queis ſunt collegia*] Collegium de duobus dici apud Livium sæpe obſervavimus.

V. 174. *Quin etiam Erigone, &c.*] Ut alia aſtra quæ Tropica præce-

dunt, Pisces nempe, Gemini, & Sagittarius, biformia dicuntur; non solum quod duplices vires, sed etiam quod duplicem formam obtineant, par quoque Virgini forma tribuenda fuit: uti reipsa tributa est à Manilio infra hoc libro, *Duplicemque in Virgine formam*: alis quippe instructa fingitur. Itaque duplicem formam habet, virginis & avis. Dicamus ergo memoria lapsum esse Manilium, cum scripsit, *Nec facie ratio duplex*: vel supplendum est, *solum*; ut hæc sit sententia, Virgo non facie solum duplex est, sed & viribus.

V. 212. *Et sua respiciens aurato vellere terga.*] Sic libro primo,

Aurato princeps Aries in vellere fulgens

Respicit admirans aversum surgere Taurum.

& libro quarto, juxta emendationem Scaligeri,

Et cervice prior flexa quam cornibus ibit.

Sic pingi solet Aries terga respiciens, & tres illæ insignes stellæ, quæ in Occidentem spectant, cornibus ejus attribuuntur. Atque hunc morem vetustum esse liquet. Perverse tamen id factum cenleo: nam cum ex stellarum situ figuras illas imaginati sint prisca Astronomi, certum est tres illas stellas arietinum caput recta in occasum spectans representare: adeo ut lucida illa Borealis, quæ est in dextro cornu, oculum; quæ in sinistro cornu, nares; quæ in auricula, os referat. Quod nos vel pueri observabamus, antequam ex globi cœlestis inspectione accuratorem siderum notitiam haberemus. Suspicionem nostram egregie confirmat vetus Calendarium rusticum Farnesianum, in quo Aries eo situ pingitur quem dixi; occasum videlicet, non terga respiciens. Confirmat & quod inferius subjicit Manilius, Arietem currentem pingi: vix enim, ac ne vix quidem pecus ulla currens terga sua respicere possit. In quo iterum peccant, qui procumbentem Arietem pingunt. Vulgarem globorum illorum technicorum & mapparum astrothesiam in multis à veteri & à cœlo ipso discrepare deprehendimus.

V. 223. *Quin nonnulla sibi nullo monstrante loquuntur.*] Pro *sibi* rescribere *satis*.

V. 233. *Partque mari nitens fundentis semper Aquari.*] Quamvis Manilius scripserit libro quinto,

Nunc subit Arcitenens, cujus pars quinta nitentem

Arcturum ostendit ponto:

hoc tamen loco quem habemus in manibus, partem Aquarii mari nitentem, aquas esse ex situla Aquarii fusas non possum fateri, propter repugnantem modulum syllabæ prioris, in vocabulo *nitens*. Præterea mira hæc esset locutio: nam si *mare* hic ponitur pro *aquis*, & *pars mari nitens* sunt aquæ ipsæ ex urceo cadentes, tantumdem esset ac si dixisset, Aquæ aquis nitentes. Aliud voluit Scaliger, cum lectionem hanc invexit; nempe partem corporis inferiorem in aquis latere, & mari niti, hoc est, in mari incedere. Unde colligit Aquarium olim pingi solitum fuisse eminentem extra aquas parte aliqua corporis. Quod non ita est, nec assentiuntur formæ veteribus Calendariis impressæ. Dicendum potius

mari niti Aquarium, quod supra aquas ex urna ipsius profluentes gradiatur; nam pedibus eas calcare fingitur. Atque hæc est legitima loci sententia, si Scaligeri lectionem sequimur. Verum si recurramus ad priscos Codicum apices, quos Scaliger interpolavit, scriptum reperiemus, *Parſque marina nitens*. Partem marinam intelligere possumus aquas & vase erumpentes. Duæ enim partes in hoc Signo spectandæ sunt, quas & infra distinguit Manilius, cum ait,

Piscibus Erigonen, Juvenique, Urnaque Leonem.

Juvenis & Urna unum Aquarii signum constituunt. Quæ quamvis recte se habent, aliud tamen vetustatis monumentum hic latere suspicor. Docet nos Eubulus apud Hyginum, Cecropem signo hoc fuisse notatum. Hunc autem *δρουν* dictum esse notum est; vel quod utroque polleret sexu; vel, juxta alios, quod superna parte homo, inferna draco eilet. Cujus fabulæ variæ causæ afferuntur. Mihi verisimile fit, quod mari ex Ægypto in Atticam pervenerit, superiore parte hominem, infima piscem *σμβολικὸς* esse pictum, quo modo Tritones pingi solent. Hoc si sit, jam dubium non erit ecquam ejus partem marinam nitere Manilius voluerit. Cæterum notent Grammatici illud *fundentis*, absolute positum; ut & infra, *Crurum fundentis Aquari Arbitrium est*: cum alias addat *sinum, aquas*.

V. 239. *Nec capit, aut captos effundit Aquarius ortus.*] Insunt versui huic Veneris monimenta nefandæ, quam cum Catamito exereere Juppiter fingitur: nec patitur pudor noster ut pluribus hæc explicemus.

V. 251. *Libra sub emerito confidens orbe laborum*] In globis vulgaribus Astronomorum, & in Uranometria Bayeri, Libra depressis & prostratis lancibus exhibetur. At olim ex Libripendis manu suspensa pingebatur. *Humana est facies Libræ*, inquit Manilius. Consentit & forma quam obtinet in Calendario Farnesiano. Ægyptii nugarum illarum inventores stantem Libripendem pingebant, gerentem in dextra libram, in sinistra decempedam. Stat & in illo Calendario; cum sedentem Manilius representare videatur. Hoc officium Libræ gestandæ Augusto sua ætas, adu-landi artibus jam sese erudiens, delegavit. Sed quid hoc est, *sub emerito orbe laborum*? An id sibi vult, considerare Libripendem quietis capiendæ causâ, post gestum munus, quod ex intervallis soleat repetere? Dixit Virgilius, *Reddit agricolis labor ætius in orbem*. An potius orbem laborum appellat Zodiacum, quod in eo curricula sua exerceant Planeta: emeritum vero, quod propter justiciam suam in eum referri meritis sit gestator ille Libræ? Sic supra *emeritum mundum* dixit.

V. 292. *Et hunc leva*] Scaliger in hunc locum: *Libræ dexter Cancro. Cancro Capricornus, Capricorno Aries, Arieti Cancer*. Hæc adeo absurda sunt, ut tanto viro non putem excidisse. Credamus potius sic scripsisse, *Libræ dexter Cancer, Cancro Aries, Arieti Capricornus, Capricorno Libræ*.

V. 293. *Semper enim dextris censentur Signa priora.*] Hoc est, Dextris accensentur, annumerantur. Quod non assecutus est Scaliger, propterea-que mirum ipsi visum est & insolens.

V. 317. *Transibit numerus formam.*] Hoc est, figuram. Livius, *Archimedes intentus formis.*

V. 325. *Sin summa prioris*] Hæc quamvis levia, in gratiam tamen tironum scripta sunt à Manilio, ut intelligant Trigona, & Tetragona, aliosque *ἡμαιοποιοῖ* ducendos esse, non à Signis ad Signa, sed à partibus Signorum, ad pares Signorum partes. Cæterum levia hæc, ut volles, vera sane sunt & perspicua; quæ Scaliger, ut alia pleraque Auctoris hujus, *μετρία* ipse sua opacavit & intricavit. *Quis concedat Manilio,* inquit, *ab ultima Capricorni ad primam Arietis, quatuor Signa comprehendere.* Sunt enim sexaginta partes tantum exclusive, sexaginta & una inclusive, ut vulgus loquitur. In his, & sequentibus facit næ intelligendo, ut nihil intelligat. Ab ultima Capricorni ad primam Arietis sunt quatuor Signa inclusive: (utamur enim vocibus plebeiis) nempe Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries: duo vero exclusive, nempe Aquarius & Pisces.

V. 356. *visus eorum*] Sic Censorinus, qui & *visiones* dixit, & *conspectus*, pro eo quod vulgo *aspectus* dicimus. Græci utuntur verbo *βλέπειν*, unde *ζώδια ἀβλεπτα*, vox Firmico familiaris.

V. 363. *Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem.*] Nescio quid hic de peripheriis segmentorum somniat Scaliger, de quibus non cogitavit Manilius. Loquitur de Hexagono, quod circulo inscriptum est, ut supra de Trigono, & Tetragono. Angulos eleganter appellat *anfractus*: nam, juxta Varronis originem, fit ea vox ab *ambitu* & *frangendo*; vel, quod verius est, ab *amfringo*, quod est, *circumfringo*. Ergo *virgula*, hoc est linea, frangitur, & sex angulos efficit, donec orbem compleverit. Fraudi Scaligero fuit dictio *curvatur*, qua circuli curvamen significari censuit, cum pertineat ad flexuram Hexagoni circulo inscripti, quæ curvaturam circuli sequitur & imitatur.

V. 365. *quo te, Capricorne, rigentem*] Pro, A quo; nam supra. *A Tauro*; infra, *à te*.

V. 366. *adversa que Tauro Sidera*] Legendum omnino, *aversa que Tauri Sidera*. Supra, *Respicit admirans aversum surgere Taurum*; & libr. 2. *Cernis ut aversus redeundo surgat in arcum*? Infra, *Quique sub aversi numerantur sidere Tauri*: deinde, *Temporis averso nascentis sidere Tauri*. Rursum de Tauro, *Aversus venit in cælum*. Iterum, *Taurus in aversos praeceps ut tollitur ortus*. Cum autem dixerit latera Hexagoni à Tauro venire in Cancrum, ab hoc in Virginem, dein in Scorpionem, tum in Capricornum, ab eo in Pisces; postremum Hexagoni latus omnino cadere debet in averfa Tauri Sidera. Quocirca de emendatione hac dubitandum non est.

V. 375. *At qua succedit*] Antea editum erat, *Et qua succedit*. Mutavit id Scaliger, quia non intellexit. Pergit Manilius loqui de Hexagonis. Cum dixerit autem superiore versu tertia Signa condita esse recessu convexo cœli, subjungit lineam, hoc est latus Hexagoni, quæ succedit & attingit sidera illa tertia, cœlo proximam esse & velut connexam, quod singula tantum & una astra transmeet: nam quæ succedit, hoc est sub-

tenditur à primo Signo ad tertium, puta à primo puncto Arietis ad primum Geminorum, transmeat tantum Taurum; videlicet exclusive, ut loquuntur; exclusis nempe Ariete & Geminis. Sic supra dixit, *Alternò divertitur angulus astro*, hoc est, alternò transmissò. Et paulo post, *A Tauro venit in Cancrum*, nimirum transmissis Geminis. Firmantur isthæc ex iis quæ proxime subsunt, fœdus esse tertiis illis Signis sub lege propinqua, nec diversum illis esse genus, quippe servato astrorum ordine mascula sex respondere masculis; totidem feminea femineis; alterna alternis, hoc est tertia tertiis. Igitur Arietem inter & Geminos fœdus est, quod masculi sint; est & inter Taurum & Cancrum, quod feminei sint. Ac proinde latus Hexagoni, quod sidera hæc connectit, etsi infirmum est, propter distantiam suam à terris; quia tamen Signa cognata conjungit, idcirco vi aliqua & efficientia pollet. Vera hæc est mens Manilii, quam misere obscuravit & confudit Scaliger; nam putavit Manilium desita de Hexagonis disputatione, aliam aggredi *ἐν τῷ ἀστροδίπῳ, καὶ ἀερίπῳ, καὶ ἀρχυμένῳ*, nempe *μοναχῶν καὶ συναφῶν*. Falsum id esse liquet ex eo quod proxime instituit disputationem *περὶ τῶν συναφῶν*, cum ait, *Jam vero nulla est hærentibus addita Signis Gratia*. Deinde si linea illa quam cælo connexam esse ait Manilius, ea intelligenda est, quæ uni Dodecatemorio subjacet, verbi gratia à primo Arietis ad primum Tauri, ut *μοναχῶν* & singulare Signum comprehendat; vel quæ à Decimo Arietis ad decimum Tauri pertinet, ut Signa *συναφῶν* connectat; hæc utique linea attingit Signa diversi generis, cum Aries masculinus sit, Taurus femineus; cum è contrario diserte pronuntiet Manilius, lineam de qua agit, Signa attingere ejusdem generis:

Sed tamen est illis fœdus sub lege propinqua.

Quod non diversum genus est.

V. 386. *nam consensus hebet, quia visus ademptus*] Signa hærentia nulum inter se consensum habent nec gratiam. Rationem subjicit Manilius, quia visus illis ademptus est, hoc est, quia sunt *ἀερίπῳ καὶ ἀρχυμένῳ*; sive, ut vulgari Genethliacorum more loquar, quia non faciunt aspectum. Clarissima hæc erant, neque indigebant notatore Delio; in hac tamen disputatione de ableptis insignis est Scaligeri *ἀερίπῳ*. *Nulla*, inquit, *linea defluit ad visum nostrum; ἀερίπῳ potius dicta, quia à nobis non videntur, quam quod se non vident*. Aries & Taurus Signa sunt hærentia & *ἀστροδίπῳ*, quæque propter vicinitatem se non respiciunt, utrum credere satius est, *ἀερίπῳ* ideo dicta esse, an quod ea non videmus, ut vult Scaliger? An Arietem, an Taurum non videmus? Tantum virum tantum cæcutire mirabile sane est.

V. 387. *In se ducta ferunt animos, qua cernere possunt.*] Medicinam facio loco huic parva mutatione. Lego, *In seducta ferunt animos, quæ cernere possunt*. Signa illa quibus gratia non est cum proximis suis; quod ea videre non possint propter viciniam; eadem Signa cum *seductis*, id est, remotis Signis, quæ videre possunt, consentiunt. Nihil hic vidit Scaliger.

V. 388.

V. 388. *Sunt & diversi generis, &c.*] Pergit loqui de Signis hærentibus & conjunctis, quæ dixerat inconvenientia esse, quod conspectus illis sit ademptus; nunc aliam discordiæ & ἀσυνωνίας causam addit; quod sint diversi sexus. Quæcunque in quatuor hos versus differit Scaliger, πῶς ἐλκται sunt; præcipue quæ in hunc scripsit, *Terius absorto ductus non sufficit orbe*; quem feliciter exposuit doctissimus Bullialdus, & Scaligeri supinitatem castigavit.

V. 486. *Audit se*] Sic differit Scaliger in hunc locum: *Tropica ambo, Cancer & Capricornus se invicem vident*. Falsum hoc est; Cancer se ipse videt, se ipse Capricornus; invicem se non vident, sed audiunt. Scripserat procul dubio Scaliger, *Tropica ambo Cancer & Capricornus se invicem audiunt, non autem se invicem vident*. Quemadmodum paulo post scripsit; *Ideo se vident mutuo Libra & Aries, non autem mutuo sese audiunt*.

V. 487. 488. *& ultra Fulgentes videt atque audit per sidera Pisces.*] Taurus audit Pisces, Virginem videt: quod ignorasse Manilium, vel non animadvertisse haudquaquam sane credibile est. Locum potius vitiatum censuerim. Quid si legamus, *& ultra Fulgens haud videt, ast audit per sidera Pisces*.

V. 491. *Indutusque Jovi*] Juppiter induerat Tauri formam, non Taurus Jovis. Igitur Juppiter indutus erat Tauro, non Taurus Jove. Perperam ergo opinatur Scaliger *Jovi* hic positum auferendi casu, pro *Jove*. *Indutus* hic usurpatur pro, circumpositus, circumdatus. Taurus Jovi circumjectus erat. Sic Veteres dixerunt, Induere se vallis; vestes humeris, torquem cervici induere.

V. 496. *Cancris captatur Aquarius astro.*] Exponit Scaliger, *Cancrum amat Aquarius*, & olim ita interpretabar; nam infra scribit Manilius de Aquario, *Sublimemque colit Cancrum*; hoc est, amat: & qui amat, amore captus dicitur. At contra se res habet ac putabam; nam sensus est, Cancrum insidiari Aquario, & fraudem illinectere, ut loquitur Manilius. *Captare* autem hoc ipsum significat. Plautus, *Cur me captas? Astute mihi captandum est cum illo*. Dicimus autem cum amore capi, qui amat, non amore captari; multo etiam minus captari, sine adjuncto.

V. 509. *In Augusti felix qui fulserit ortum.*] Quærit Scaliger, quomodo Augustus & Agrippa, dum Apolloniæ versarentur, Theageni Mathematico geniturarum suarum tempora edere potuerint, in tanta confusione anni Romani, tot, tamque frequentibus intercalationibus perturbati. Nos respondemus fieri potuisse, ut nascentibus illis horoscopantia Signa & Solis ac Lunæ loca notata sint. Id vel maxime persuadet Dio, cum narrat, Augusto recens nato, Nigidium Figulum Octavio patri dixisse, *Dominum nobis gennisti*. Ergo genituram suam ignorare non potuit Augustus; cujus & insignem notam nummis impressit, & cujus thema vulgavit, quamque carminibus suis Manilius & Germanicus celebrarunt. Verum cum themati huic non consentiat tempus genituræ à Suetonio assignatum ix. Cal. Octobris, paulo ante Solis exortum, M. Tullio Cicerone, & Antonio Coss. verisimile est adulteratam fuisse

MANIL.

d

ditionem *Octobris*; quæ cum decurtata & contracta esset, uti fieri solet in notis temporum ascribendis, facile labem admisit.

V. 542. *Et Libra, & gemini Piscis quos protulit unda.*] Sublata conjunctione totam rem Scaliger intricavit. Nam cum duodecim Signorum hostes ordine percenset Manilius, cur Libram extra locum suum commemorasset, cujus hostes infra est editurus? Sensus autem est, Arietis hostes sunt Virgo, Libra, & Pisces. Gemini Piscis undam dixit *μεγαλειος*, pro Piscibus.

V. 549. *Quique sub adversi numeratur sidere Tauri.*] Lege, *aversi*. Ut supra, *adversa*que Tauri Sidera, emendavimus, *aversa*que Tauri.

V. 551. *Hostis, sed totidem bellum subscribitur astris.*] Repono, *Hostis, & intotidem bellum subscribitur astra*.

V. 554. *Maxima turba petis.*] Ut vitiose hæc interpunxit Scaliger, ita & male interpretatus est. Maxima turba petit Libram, non Capricornum. *Maxima turba*, idem est, ac magnus numerus Signorum Libram oppugnat, nempe quinque. Vana hic est ergo Scaligeri argutatio de turba optima maxima, & de Signis *λογικῶς*.

V. 562. *natura & lege jubente*] Nimis quoque hic atutus est Scaliger: nam cum hæc Signorum odia *ἀνταπολόγηται* sint, frustra causas scrutatur, quæ nullæ sunt. Quod autem partus Sagittarii deprimere volunt Gemini, Virgo, Libra, & Aquarius, non id propterea fit quod quatuor hæc *λογικῶς* sint, at Sagittarius ex *λογικῶς* & *ἡρόφ* conflatus: nam Virgo, ut supra monui, Signum quoque est biforme, ex avis & puellæ natura compositum.

V. 593. *Et fas atque nefas, mixtum, &c.*] Totum hunc locum ex primo Georgicon Manilius expressit.

V. 601. *Pectore amicitia*] Hoc est, *pectore amico*. Sic sæpe Plautus; *Sarapis sementium*; pro Sarapide sementino; *cibus perennitatis*, pro cibo perenni. Juvenalis, *Bellorum anima*, pro animis bellatricibus. Figura Ebræis familiaris.

V. 603. *lis una fuit per secula mortis*] Id ita interpretatur Scaliger, *Unum par amicorum succurrit, quibus nullum jurgium intercessit, præter unam litem mortis*. Item, *Per secula*, hoc est in toto vita sua tempore unam tantum litem hanc mortis habuerunt. Fallitur, nam sensus est, Per omnes retro ætates unicam litem hujusmodi extitisse; nam proxime dixit nihil rarius à natura fuisse creatum pectore vere amico; unum extitisse Pyladem, unum Orestem, qui se quam amicum mori mallent.

V. 619. *At cum Lanigeri partu, &c.*] Hunc versum & sequentem sic restitui velim, *At cum Lanigeri partu sub utroque Trigono, Non partes, sed rara gerunt pro tempore bella*. Hoc est, Nati sub utroque Trigono, Leone nempe & Sagittario, non semper fœdus ac partes consociant cum natis sub Ariete, sed aliquando, licet raro, cum iis bella gerunt.

V. 634. *sæpe est nam subdolus ætius.*] Lege, *astus*.

V. 640. *Sic eris ex Signis odium, &c.*] Frustra versum hunc, cum proximo, sollicitat Scaliger: nam etsi quæ ad pacem ex Signis pertinent non-

dum penitus absolvit, tamen hoc *συμψάσμα* ex superioribus jure potest colligere; præsertim si Manilius scripsit, *In ternis*, hoc est, sub Trigonis, ut vult Scaliger: nam manifesto hæc est conclusio disputationis de triplicitatibus. Quanquam recte legi potest, *In terris*; ac si dixisset, Quicumque in terris nascuntur, huic legi Trigonorum sunt obnoxii.

V. 665. *nec metuit sine corpore quemquam*] Subaudi, adjuncto.

V. 672. *Quotquot cardinibus proprio quadrante moventur Proxima*] Hoc est, Astra quæ proxime accedunt ad cardines, & in suo quæque quadrante moventur, viciniae jus continent. Minime autem hic intelligendi sunt cardines anni, sive puncta tropica, quod facit Scaliger; sed cardines geniturae, *κάρτα γένεως*, quæ Cuspides appellantur. Cardinibus illis inest jus cognationis. Ad eos qui proxime accedunt loci, sive *ἐπιπαροχαί*, sive Loci succedentes, viciniae præsumunt. Tertiis loci à cardinibus geniturae, qui Loci dejecti dicuntur & *ἀποκλίματα*, hospitibus jura dicunt.

V. 674. *Sic astrorum servabitur ordo*] Rationes hic quoque male subducit Scaliger: nam quatuor *νόμματα* poni vult à Manilio, cognationem, affinitatem, viciniam, & hospitalitatem; & affinitatem quidem ab eo assignari Trigonis, cognationem cardinalibus Signis Quadratorum, viciniam secundis, hospitalitatem tertiis. Quæ longe absunt à mente Manilii. Nam primum amicitiarum jus omittit Scaliger, quod Trigonis Manilius adscribit,

cognata Quadratis

Corpora censentur Signis, & amica Trigonis.

Deinde distinguit affinitates à cognationibus, easque Trigonis attribuit Scaliger. At Manilius cognationes & affinitates ad Signa cardinalia Quadratorum ex æquo vult pertinere,

Sic quaecunque manent quadrato condita Templo

Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem;

Ac veluti cognata manent sub fœdere tali.

Idcirco affines signant, gradibusque propinquis

Accedunt, unaque tenent sub imagine natos.

V. 730. *Proxima tricenas partes sententia ducit.*] Existimavit Scaliger duplicem hic à Manilio fuisse propositam rationem investigandorum Dodecatemiorum; & primam quidem ab hoc versu, *Hæc quoque comperta*, &c. secundam ab illo, *Proxima tricenas*, &c. Ego unicam tradi puto; quam enim primam esse vult, ea manca & imperfecta est. Nam cum jubet Manilius partem Signi, in qua Luna constiterit, duodecies geminari, tum Signo illi, atque item sequentibus, suas unicuique partes attribui, nemo certum inde rei conficiendæ modum queat cognoscere. Deinde nec integra est, quæ sequitur, ad cognoscendum Dodecatemorion præceptio; qua sancit, ut tricenæ detrahantur partes; tum ubi numerus deficiet, quæ supererit summa, distribuatur in duas partes cum dimidia, atque hinc exceptus numerus sequentibus Signis adscribatur, & futurum illic Lunæ Dodecatemorion, ubi cadet numerus. Hæc, inquam, præceptio integra non est: unde enim colligentur tricenæ illæ

d ij

partes? Unde detrahentur? Sane id primum dictum oportuit, nec infirmitur Scaliger. Præterea qui in hanc opinionem præcipitem dedit Scaligerum verius iste, *Proxima tricenæ partes sententia ducit*, aliud omnino significat ac videtur; nec enim alteram & diversam sententiam notat: verum is est loci sensus; Sententia hæc quam propono detrahit deinde tricenæ partes. *Proxima* enim, nomen est pro adverbio, quæ figura Poëtarum familiaris est. Manilius ipse libro primo,

Ultima ad Hesperios infectis volueris alis,

Pro, postremo, denique. Et libro quarto,

Hic tibi nascetur cum primus Aquarius exit,

Pro, cum primum, statim atque. Virgilius,

*Ubi concubitus primos jam nota voluptas
Sollicitat.*

Quo loco Philargyrius, *Primos*, poëtice, pro primum. Idem, !
Primo depulsus ab ubere matris.

Et alibi,

Ut cum prima novi ducent examina reges.

Ubi Philargyrius, *Prima hic*, pro primum; nomen pro adverbio. Ovidius,
Copia cum facta est adveniendi prima tyranni.

Item,

Fac monitis fugias otia prima meis,

Silius,

Prænamque intraverat urbem.

Statius,

Ut subitus vates pallentibus incidit umbris,

Pro, subito. Juvenalis,

Interdum & ferro subitus grassator agit rem.

Item pro, subito. Valerius Flaccus,

Prima Deum magnis canimus freta peruvia nautis,

Idem,

Serum ut veniamus ad amnem

Phasidis.

Pro, sero. Et alio loco,

Modo nostra prior tu perfice iussa.

Pro, prius. Item,

Prior ense sequaci

Aquat humo truncos.

Ausonius,

Quarta in sede viget primi indulgentia Solis.

Non piguit hæc adscribere, & plura in hujus rei probationem testimonia colligere, quia consimiles Poëtarum multorum locos perperam à multis sumi & exponi video. Similiter igitur apud Manilium, *Proxima sententia ducit*, tantumdem valet, ac, Proxime, deinde sententia ducit. Quæ si vidisset Scaliger, verum loci sensum non pervertisset. Adde quod, si sententia hæc, quæ Scaligero gemina visa est, uni reddatur

formæ, egregie coalescet; prior enim cauda, posterior capite caret, & Luna in utraque assumpta est in exemplum.

V. 744. *quandoque locata*] Id est, Et quando; ut supra jam observavimus. Spectare decebit in quo Dodecatemorio, & quando, stellæ locatæ fuerint. Quasi dicat, Accurate observanda sunt locus & tempus.

V. 746. *Cujus enim stellæ fines, &c.*] Quæ hic scripta sunt à Scaligero de terminis Planetarum, neque pertinent ad hunc locum, & valde confusa sunt, neque consentiunt iis quæ infra traditurus est in Præceptis doctrinæ Manilianæ, ad inveniendum Dodecatemorion Dodecatemorii. Id sibi vult Manilius, Dodecatemorion quodlibet constare gradu tertio, hoc est duobus gradibus cum semisse, sive quinque dimidiis gradibus, quot sunt Planetæ, Saturnus, Juppiter, Mars, Venus, Mercurius: nec enim veniunt in hunc censum Sol & Luna. Singuli hi dimidii gradus singulis assignatur Planetis. Ad hos gradus sibi proprios ubi pervenerunt Planetæ, majore vi pollent. Itaque multum interest cognoscere fines, hoc est locum Planetæ proprium in quolibet Signo: nam si in suo Dodecatemorio reperitur, plurimum illi accessisse roboris intelligitur. Jam ergo triplex Dodecatemoriorum genus proposuit Manilius; primum Signa quælibet Zodiaci; deinde duodecimas partes quorumlibet Signorum, sive gradus tertios; demum quintas partes, sive singulos gradus dimidios secundorum Dodecatemoriorum. Hæc clara erant, si non iis Scaliger tenebras affudisset, qui non doctrinam suam ad Manilii illustrationem, sed Manilium ad doctrinæ suæ ostentationem accommodare solet.

V. 757. *legendi*] Malim, *legendo*.

V. 822. *Fundamenta tenet rerum.*] Hinc Cicero *fundatissimam familiam* dixit, quæ erat ditissima.

V. 834. *Utrumque admixtis*] Legendum, *Utrumque*, adstipulantibus libris Veteribus.

V. 868. *Utraque præterita, &c.*] Contra fidem manuscriptorum Codicum & Editionum legi vult Scaliger, *Ut quæ*. Quod quam vanum sit, cognosce. Loquitur Manilius de duodecima Domo, & sexta. Utraque est ἀποκλίμα. Apoclimata autem Loci dejecti appellantur. Duodecima & sexta Domus oppositæ sunt. Hanc sequitur occasus, illam ortus sive Horoscopus. His positis, plana omnia fiunt. Ait Manilius, duodecimam Domum, quæ est super ortum, esse infelicem; sextam, quæ est sub occasu opposita duodecimæ, æque esse infelicem, ne hac parte Horoscopo præstet occasus; utramque esse dejectam, quippe ἀποκλίμα, sive Locum dejectum; utramque esse Portam laboris, nam duodecima ascendit ab Horoscopo, cadit sexta ab occasu; quod utrumque, ascensus videlicet & descensus, laboriosum est.

V. 872. *Præcepit hæc, illa superne Pendens*] Huic commati subijce ἡ ἑπταμήνη. Lege deinde, *metuit*, quod habet Aldina Editio; non *meruit*, quod Basilicensis. Postremo lege, *cadit*. Domus secunda præceps est, octava superne pendet. Hæc metuit finem, cum instet occasus in vicino

cardine ; hæc cadit ab Horoscopo , cui subiacet.

V. 882. *qui fungitur astro*] Astrum illud Scaliger exponit Horoscopum ; verum nec lectionem hanc nec interpretationem ratio & syntaxis patiuntur. Lege , *cui jungitur astro* ; nempe *μουσεργήματα* , cui jungitur undecima Domus.

V. 883. *Victrixque priorum*] Nempe Domuum. Apotelesmatici enim indecretis suis confingendis , vel stellarum formas , vel situs locorum , vel alias hujusmodi commentitias causas secuti sunt. Ergo undecimæ Domui , quod Medio cælo proxima sit , & id jam prope conscensura , spem adscripserunt , ac victoriam quoque ; præ cæteris Domibus ; nulla enim summi loci consequendi certiore & proximior spe ducitur. Itaque subjicit , *Altius insurgit summa comes addita fini*.

V. 885. *Imperiisque manent cursus*] Lectionis hujus fictor est Scaliger , reclamantibus Libris omnibus , cum scriptis , tum typis impressis , qui habent , *In pejusque* ; & recte sane , si quid video. Nam quod Domus hæc *μουσεργήματα* proxima sit , & stella illic sita Medium cælum certo jamjam initura sit , idcirco de ea , tanquam supremi loci jam compote Manilius differit. *Neve ipsi cedat* , inquit , *cui jungitur astro* : deinde , *Summa comes addita fini* ; ac si jam supremum locum ipsa teneret. Ergo subjungit , eam quo progrediatur ultra non habere , nec votis locum esse relictum , ac deinceps in pejus esse rituram. Nam etsi altius est *μουσεργήματα* ipsum quo tendit , tamen partim acclive est , partim declive. Manilius infra ,

Arce sed in cæli , qua summa acclivia finem

Inveniunt , qua principium declivia sumunt.

Itaque statim illud ut erit perventum , jam occasus apparebit , jam declinandum erit in præceps , jam summus gradus deferendus. At undecima Statio , proxima summis , evolat in sublime , nec habet quidquam quod vergat ad infima. Scaligeri emendationem , *Imperiisque manent cursus* , pro eo quod est , *Cursus ad imperia* , vix Grammatici ferent.

V. 887. *Acque eadem interior , &c.*] Non habuit rationem Manilius decursionis Circensis , quæ curriculum Solare imitabatur , Tertulliano teste. In ea enim gyros interior erat ad sinistram : at Domus undecima est ad dextram *μουσεργήματος* ; ejus enim *ἐπισταφροεῖ* est. Omnes autem *ἐπισταφροεῖ* sunt ad dextram , *ἀποκλίματα* ad sinistram. Verum anteriorem esse dixit *μουσεργήματα* undecimam Domum , quia ei comes addita est , seque proxime adjungit , quod nona non facit , quæ discedit ab eo , & post se illud relinquit. Unde *ἀποκλίματα* , ut dixi , appellantur Loci dejecti ; *ἐπισταφροεῖ* , Succedentes loci.

898. *Quæritur inverso titulus*] Scribit in hunc locum Scaliger : *Cujusdam illorum priscorum cognomen fuit Maluginoso*. Non patietur hanc constructionem Priscianus. Patiemur nos , qui vitilitigare nolumus. At quis iste est , cui Maluginoso cognomen fuit ? An Maluginenses intelligit , familiam Cornelie gentis ? At sic à loco dictos credibilius est , quam à malo Genio , unde nomen hoc arcessit Scaliger. Sic Regillenses dicti

sunt Claudii ; sic Aventinenses, Genucii. Quod subjicit deinde Maluginosum reddi in Veteribus Glossis *κακαίσις*, neque id admittimus, nam exemplaria nostra habent *Maliginosus*.

899. *Numenque Dei, nomenque potentis*] Nimirum *δαίμωνος*, hoc est Genii, de quo multa diximus ad Origenem. A Dæmone Dæmonia dicta est Domus ista.

V. 903. *Viribus ambiguum geminis, &c.*] Perverse hæc interpretatur Scaliger, & diem intelligit geminis viribus pollentem, propter mutabilitatem rerum, quæ talis est, ut serus Vesper infortunium vehat quandoque, cum prospera omnia Lucifer promississet. *Ambiguum* illud referendum est ad *Numen Dei*, hoc est ad Dæmonem, sive Genium, quem vultu mutabilem esse, album & atrum docet Horatius. Qua de re pluribus differuimus in Demonstratione Evangelica. *Causaque diei*, hoc est, die ; ut apud Jurisconsultos, Causa possessionis dicitur, pro possessione ; Causa bonorum, pro bonis ; Causa rei, pro re : ut apud Tibullum Causa Neæra, pro Neæra ; apud Propertium, Causa leti, pro leto ; quod ab ipso Scaligero observatum est. Sic *χῆμα* *ἰλάφου* Græcis, pro cervo ; *χῆμα* *γίγαντος* pro Gigantibus ; *χῆμα* *τῆς νυκτὸς* pro noctibus : Verba jejuniorum Ebræis, pro jejuniis ; Verba mirabilium, pro mirabilibus. Vult igitur Manilius Dæmonem mutare sortem utramque in die. Ac ne quid dissimulem, insigni traiectione mihi videtur iste locus laborare ; quam sic corrigas,

Sub corde sagaci

*Conde locum, numenque Dei, nomenque potentis ;
Viribus ambiguum geminis, causaque diei,
Nunc hic, nunc illic sortem mutantis utramque.
Hic momenta manent nostra plerumque salutis,
Bellaque morborum cæcis pignantia telis :
Quæ tibi posterius magnos revocantur ad usus.*

V. 904. *Sed medium post astra diem*] Suspecta hæc sunt Scaligero ; miratur quippe Manilius post *μεσουράνιον* posuisse nonum Domicilium, cum supra undecimum collocaverit post idem *μεσουράνιον*. At quæ fulgenti sequitur *fastigia cælo*. Expeditam habemus responsionem, fieri id diversa ratione : undecimam Domum sequi Medium cælum, juxta ordinem Signorum ; sequi nonam, juxta diurnum cæli motum.

V. 907. *Æthera Phæbus amat*] Hoc est locum illum ætheris, sive cæli quem dixit, qui sequitur *μεσουράνιον*.

V. 908. *Decernunt vitia*] Aquam sibi hic hædere fatetur Scaliger. At nos inde expediemus, si legerimus *Decerpunt vitia*, hoc est contrahunt. Plana est sententia. Quod autem causatur Scaliger, vitium huic Domui inesse non posse, quæ Deo dicata est, frustra est. Nam primum Manilius, cum proxime ageret de quinta Statione, corpora nostra vitiiis & morbis obnoxia esse dixit.

*Hic momenta manent nostra plerumque salutis,
Bellaque morborum cæcis pignantia telis.*

Tum deinde agens de nono Domicilio, ait, *Sub quo quoque corpora nostra Decerpunt vitia* : qua particula *quoque* significat, In nona, perinde ut in quinta Statione, corpora nostra morbos contrahere. Præterea cum canit paulo post Lunam in tertia Domo, nonæ Domui opposita, imitari hujus fata in damnolis orbis finibus, manifesto ostendit damnosam esse nonam.

V. 913. *Et dominam agnoscit Phœben*] Queritur Scaliger tertiam Stationem Dianæ fuisse dicatam ab Astrologis, cum id aptius in secundam congruat, propter diluculum, quod propius est Horoscopo; Dianam quippe esse *φωσφόρον*, sive Lucem dubiam, hoc est Diluculum. Fateor Dianam fuisse dictam *φωσφόρον*, quia lucida revera est. Sic & Sol *φωσφόρος* dictus est. Et tum ea vox adjectiva est. At cum substantive usurpatur & absolute, Veneris stellam proprie notat, quæ diluculi comes est; atque hoc vocabulum redditur à Latinis Lucifer. Quocirca inepte fecissent Astrologi, si secundam domum Dianæ idcirco dicassent, quod eadem sit ac Lucifer: nam neque Diana Lucifer est, neque Lucifer proprie est Diluculum sive Dubia lux, sed sæpe confunduntur, quia hæc illius socia est. At Venerem cum Diana Arabes confuderunt.

V. 921. *Afferit banc Cytherea*] Notat Scaliger hic primum Domiciliis suas tutelas assignare Manilium, quod supra non fecerat. Itane vero? Annon de Statione undecima supra dixit, *Juppiter hic habitat*?

V. 922. *Et veluti faciem mundi sua collocat ora*] Id non exposuit Scaliger, neque fortasse potuit: nam quæ sensum hinc exsculpes, qui nullus est? Unius literulæ adjectione locum sanaveris: *Et velut in faciem mundi*. Dicit Venerem se eo loco collocare, qui velut facies mundi est. Aptius non potuit signare Medium cælum, patens undique, & apertum, seque ab ortu ad occasum omnibus videndum præbens. Sic infra Horoscopum faciem vocat, *O facies signata nota*. Infra faciem mundi, & vultus mundi appellat thema genituræ, hoc est posituram ac informationem cæli, quale certo quodam temporis puncto fuit.

V. 936. *Asperum erat tempus*] Recte vidit Scaliger legendum esse, *Asper & attentus*; hoc est, parcus, frugi, & diligens rei familiaris procurator. Dixit Horatius eodem sensu, *Asper & attentus questis*. Cicero, *Prudens & attentus paterfamilias*; & *Attenta vita*. Terentius, *Attentus ad rem*. Atqui in tutela Saturni pecuniam & thesauros Veteres esse voluerunt. Unde Romani in æde Saturni ærarium locaverunt. Causas afferunt Mythologi. Præest autem Saturnus Imo cælo, de quo sic supra Manilius.

*Fundamenta tenet rerum, censuque gubernat,
Quam rata sint fossis scrutatur vota metallis,
Atque ex occultis quantum contingere possit.*

De eodem cardine sic Firmicus, *Hic locus ostendit nobis parentes, patrimonium, substantiam, fundamenta, mobilia, & quidquid ad latentes vel repositas patrimonii pertinet facultas*.

V. 937. *signatque suas pro nomine vires*] Scaliger, *Si vocatur æquinoctio, quas*

quas vires pro nomine assignare possis, equidem non video, & serio querendum cenſeo. Quæramus igitur. Vetustissimi Astrologi rerum omnium sortes Planetis adſcribebant; & Saturno quidem *νῆμασι*, quam Noctis filiam facit Hefiodus. Quocirca Saturnus Ægyptiis dicebatur *ἀστὴρ νήματος*, ut ab Achille Tatio in Isagoge, & ab Hermete Ægyptio in Panæto traditum est. Hæc fingebatur per orbem discurrere, hominum mores ac gesta inspicere, & pro meritis vel pœnis vel præmiis afficere. Atqui hæc Dæmoniis quoque conveniunt, quæ noctu terras obambulare creduntur, & scelestorum noxas punire. Panem etiam, qui cum Saturno aliquando confunditur, & à Macrobio Nemefi & Saturno conjungitur, orbem noctu peragrarè, interdiu sopitum quiescere dixerunt. Manavit à sacris Libris hoc figmentum, in quibus mentio fit *Negotiis perambulantis in tenebris*. Talia autem Domui huic conveniebant, quæ *media sub nocte jacet*. Vires itaque ipsius erunt, in hominum noxas clam inquirere, fontes plectere, bonos pro meritis remunerare. Saturno id præcipue delegatur munus, cujus insignis æquitas celebratur, quique in tartarum à Jove præcipitatus fuisse dicitur. Quamobrem Saturnalibus cerei mittebantur, quasi ut luce aliqua Saturnus in tenebrosa vita recrearetur.



PETRI DANIELIS HUETII
ANIMADVERSIONES
IN MANILIUM, ET SCALIGERI NOTAS:
IN LIBRUM TERTIUM.

V Erf. 27. *ebori decus addere*] Imitatur Virgilium, quod sæpe facit:
Quale manus addunt ebori decus.

V. 57. *Quæ summas operum partes*] Præterire non possum joculare Gaffarelli super Athlis Manilianis conjecturam, quam secutus est Kircherus. Notat Scaliger Athla illa, de quibus acturus est Manilius, hoc nomine ab eo solo celebrari, & aliter ab antiquis Genethliacis appellari. At vocem tamen istam, perinde atque rem ipsam, viribus Ebraeis cognitam & usurpata fuisse contendit Gaffarellus, nec aliud esse quam quod *חתולות*, vel *חתולות* Rabbini appellant: à radice *חתל*, unde in Hophal *חתל* *ligatus fuit, involutus fuit*; quod proprie de infantibus dicitur, qui fasciis involui solent. Itaque Genethliaci Judæi *חתולות* appellaverunt duodecim Domos Thematum geniturarum, quod harum Domorum vi, effectibus, & virtute infans à partu recens, sic tanquam fasciis involvatur & implicatus teneatur. Vera hæc est nominis istius ratio, quam aliunde nec satis probabiliter

MANIL.

c

reperit Gaffarellus, quod nempe loca illa duodecim simul spectari debeant, quasi in unum colligata sint, sic ut qui unum omiserit, de aliis iudicium facere non possit. Utque ex dictione חתל, ἀθλον dictum censet eo sensu, quo usurpatum est à Manilio: quod nulla ratione nititur: nam vox חתלת, ea significatione, quam dixi, recens est, & apud novitios tantum Genethliacos Judæos reperitur. Vocabulum autem ἀθλον vetustissimum esse, eoque antiquissimos Scriptores usos esse scimus. Deinde diversa penitus est nominis utriusque ratio: nam ἀθλα dixit Manilius, instituta & studia hominum, quasi labores ac certamina, quod in iis per vitam se exerceant ac laborent. Et labores quidem diserte appellat,

Fertia ad urbanos statio est numeranda labores.

Iterum,

Et quoniam toto digestos orbe labores,

Nominaque in numerum, viresque exiguas omnes.

Et deinde,

Si sua quemque voles revocare ad facta laborem.


Respexit præterea ad duodecim labores Herculis, qui totidem numero sunt, quot Athla illa genicurarum.

V. 89. *stella septem laduntue, iuvantue*] Quæ hic ex Trismegisto affert Scaliger de fortibus Planetarum, ea habuit à Pico Mirandulano, qui ex Hermetis cujusdam *παραπύτυ* sumpsisse se illa ait, non vero ex eo qui Trismegistus cognomento dictus est; cujus nomine quæ circumferuntur libri manifesto supposititii sunt.

Dist et momenta : et v: 142:
Tempus :

V. 154. *Hac in parte dies atque haec momenta dabuntur.*] *Dies* & *momenta* pro felici rerum successu. Quid si legamus, *Hac in parte die rerum haec momenta dabuntur.* *Die*, pro, *diei* : *diei*, pro, *cœli*, vel potius *Zodiaci*: sed *ἡμέρας*.

V. 164. *Nunc quibus ascendunt Signis, quandoque, canendum est.*] Quandoque, hoc est, & quando: quod non semel jam à Scaligero male redditum observavimus.

V. 196. *Verre vias*] Ex Diagrammate quod proposuit Scaliger ad reperiendam sortem Fortunæ, ortam putat figuram hanc , qua fors Fortunæ ab artis magistris signari solet. Ego existimaverim potius simulacrum esse rotæ Fortunæ.

V. 208. *Cardinibus quoniam falsis*] Falsos cardines non appellat Manilius, ut fallaces significet, propter mobilitatem καὶ τὴν μετακίνησιν, & propter inæqualitatem, quod opinatus est Scaliger. Verum hoc sibi vult, plurimi referre rectene an falso cardines notentur; nam si falsi fuerint, falsam quoque fore cæli faciem; futurum quippe ut sidera sedibus suis mota momento varient, & geniturae thema pervertant.

V. 210. *Variantur sedera Templi*] *Malum Templis*, hoc est stationibus
& domiciliis cœli.

V. 213. *curvatis arcibus.*] Ταῖς ἐκφύταις τῶν ἡλίου καὶ τοῦ ἑκάστου πλανήτου
intelligi censet Scaliger. Frustra. Quatuor zetautes Zodiaci intelligit.

tur; ab Horoscopo ad Medium cœlum, ab hoc ad Occasum, inde ad Imum cœlum, postremo ad Horoscopum.

V. 228. *Ut propius nobis aliquid*] Solem in Cancro propiorem nobis esse dicimus, remotiorem in Capricorno, contra quam sciscit hoc loco Scaliger. Præterea falsum est quod subjicit, ideo tardiores esse ascensiones à Cancro ad Capricornum, quam contra, quod alter altero nobis propior sit. Causa inæqualitatis ascensionum petenda est ex ratione anguli, quem committit Zodiacus Horizontem secans, qui quo acutior est, eo ascensio est celerior; tardior, quo angulus magis accedit ad normalem; cujusmodi est à Cancro ad Capricornum.

V. 229. *Vix finit luces Cancer*] Hoc addit Manilius ad demonstrandam & explicandam obliquitatem Sphæræ, unde provenit inæqualitas dierum. At quem hic profert Scaliger Gemini locum, nullo modo pertinet ad dierum æstivorum longitudinem, vel hybernorum brevitatem; sed ad moram quam facit Sol circa Tropicos circulos. Itaque vel Manilius, vel Geminum non intellexit. Nihilo felicius sequentem versum interpretatus est: nec enim illic de ascensionibus rectis & obliquis cogitat Manilius; verum id vult, quam breves dies Bruma efficit, tam longos Solstitium efficere; atque horum longitudine illorum dispendium compensari. Circulum appellat, non *ἡμικύκλιον κατὰ τὴν ὁρίαν*, vel *ἀγὰ τὴν ὁρίαν*, sed diem; parte posita pro toto: nam dies segmentum est circuli, quem Sol per viginti quatuor horarum tempus absolvit. Hæc ita sumenda esse, ut dixi, ostendit manifesto versus sequens,

Libra, Ariesque parem reddunt noctemque, diemque.

V. 238, 239. *neque nullam Altera pars sequitur.*] Id est, assequitur, exæquat.

V. 247. *Nec tibi constabunt, &c.*] Hæc & sequentia superioribus tam manifesta connexionem coherent, ut mirer importunum Scaligeri studium, qui contra Codicum testimonium, rationemque adeo ipsam, hæc sedibus suis exturbare fuit ausus, & in peregrinum locum ablegare. Nam postquam eorum sententiam explosit Manilius, qui binas tribuunt horas Signis surgentibus, quid aptius & convenientius facere potuit, quam assignare tempus, Æquinoctii nimirum, quo ratio ista verax est, & locum habere potest?

V. 253. *Vel quum medio concedere vere*] Nota Manilius posuisse Æquinoctium in medio vere; initio veris sumto, non ab ingressu Solis in Arietem, sed vel à statu Favonii, vel ab hirundinum volatu, aliisque signis, ad quæ vulgus solet ascendere. Itaque Varro initium veris collocat in vicesimo tertio die Aquarii, sive A. D. VII. Eid. Febr. & à Favonio ad Æquinoctium vernum dies putat XL. Ovidius ex A. D. V. Eid. Febr. ver inire vult; hirundinis vero adventum adscribit VIII. Cal. Mart. initum Solis in Arietem XI. Cal. April. Æquinoctium VIII. Cal. April. quæ retinuit Calendarium verus Ovidianis Fastis adtexi solitum. Similis est Plinii ratio, qui afflarum Favonii notat A. D. VI. Eid. Febr. Sole gradum Aquarii XXV. obtinente. Favonios spirare incipere VIII. Eid. Febr.

tradit Columella, Solem vero inire Arietem XVI. Cal. April. At Ptolemaeus, sive quisquis auctor est libelli De inerrantium stellarum significationibus, primos Favonii flatus notat A. D. IV. Non. Febr. veris initium A. D. VII. Eid. Febr. Solis ingressum in Arietem A. D. XVII. Cal. April. Aequinoctium A. D. VI. Cal. Mart. Hæc attuli, tum ut appareat quam multos sententiarum suarum testes habeat Manilius, tum ne confundantur in priscis Scriptoribus, adventus hirundinis, Favonii flatus, initium veris, ingressus Solis in Arietem, & Aequinoctium.

V. 256. *Hic quum per gelidas hyemes] Lege Hinc.*

V. 257. *Fulget in octava Capricorni parte bisformis.*] Fuit ea vetustissimorum Mathematicorum opinio ποπὴ κνῖβα incidere in octavas partes Signorum Cancri & Capricorni. Ad hanc legem Sphæram suam mechanicam construxit Anaximander, traducto Aequinoctiali circulo per partes octavas Arietis & Chelarum; Tropicis vero circulis, per octavas Cancri & Capricorni. Alii vero decimas Signorum sedes ποπὴς assignarunt, nonnulli duodecimas, quidam quintas decimas. Manilius in calce libri hujus,

*Has quidam vires octava in parte reponunt;
Sunt quibus esse placet decimas; neque defuit auctor
Qui prima momenta daret, franosque dierum.*

Postremam hanc sententiam sequitur Manilius superiore libro, cum ait Colurum Solstitiorum Geminis Cancrum dirimere. At in ea opinione non perseveravit, unde hoc opus hinc inde compilasse, & Matheſeos satis rudem fuisse agnoscas. Alias enim in mediis Signis Solstitium & Brumam collocavit, ut intelligitur ex his versibus ejusdem libri,

*Cancer ad æstiva fulget fastigia Zona,
Extenditque diem summum; parvoque recessu
Destruit; ut quanto fraudavit tempore lucas,
In tantum noctes augeſcat summa per omnes.*

Ait Cancrum extendere summum diem, & deinde destruere. Atqui non extenderet, sed tantum destrueret, si Solstitium in primo gradu Cancri committeretur. In eandem sententiam talia subjicit,

*Parte ex adversa Brumam Capricornus inertem
Per minimas cogit lucas, & maxima noctis
Tempora, producitque diem, tenebrasque resolvit,
Inque diem nunc damna facit, nunc tempora supplet.*

Capricornus, inquit, lucas contrahit, tum deinde producit; & tempora vicissim minuit & auget. Atqui lucas produceret tantum, non contraheret; tempora augeret, non minueret, si Bruma fieret in primo ejus gradu. Achilles Tatiſus, βέλονται ποπὴ πλείου πινύδου, οἱ μὲν πρὸς τὰς ἀρχὰς, οἱ δὲ πρὸς ὀγδόῳ μοίρῃ, οἱ δὲ πρὸς παντημερικῇ τῇ περὶ τοῦ Hipparchus, Εὐδόξος τὰ ποπὴ ἀμύμῃ καὶ μίᾳ τῇ ζεῖδι πῆσσιν. Vere, nam Colurum Solstitialem describens Eudoxus traducit eum per medium Capricornum, & medium Cancrum. Quæ discrepantia, non ex opinionum varietate, sed observationum discrimine oriebatur; nam æquino-

et iis in antecedentia progredientibus, sedesque mutantibus, observationes quoque mutari necesse erat. Ergo hic Eudoxum deferit Manilius, ut vetustam illam opinionem sequatur, quæ in octava parte Capricorni Brumam, in octava Cancri Solstitium locat. Hanc paucis ante annis renovaverat Sosigenes, cum annum castigaret: octavas enim Signorum partes Calendis mensium attribuit.

V. 259. *Sed nox oblita dici.*] Vult Scaliger noctem dici oblitam dici, quatenus diei detrahit, & crescit ex ejus decremento; quod valde sane ineptum est. Oblitam diei esse dicit propter longitudinem, quæ tanta est, ut videatur non minuisse diei, cui locum debet concedere.

V. 261. *Sic in duodenas exit utrumque*] Dies augendo, noctes minuendo, tandem fit utrumque horarum duodecim, postquam ventum est ad Æquinoctium, & summa illa duodecim horarum integritatem suam assequitur. Nam cum dixisset diem à Bruma ferri in horas vernaes, necessario Æquinoctii, sive verni temporis, & vernalium horarum meminisse debuit, ut progrediretur versus Cancrum.

Inde cadent noctes, surgentque in tempora luces,
donec ad Cancrum perventum sit; ubi futuram noctium, dierumque pugnam ait, eleganti metaphora; diesque victum iri à noctibus, quæ rursus ex jactura dierum, augmentum capient. Nihil his apertius. Igitur præter rationem censuit Scaliger de quocunque *νυκτὶμας* hic agere Manilium, atque id velle, geminos quibus constat arcus, diurnum & nocturnum, simul conjunctos, esse semper bis duodenarum horarum. Miratur deinde, in Calendario rustico ædium Vallengium *νυκτὶμας* effici horarum XXV. per singulos menses. Velut in Januario, Dies HOR. VIII. S. NOX HOR. XVI. S. quæ horas dant XXV. Equidem id quadratarii inscitæ adscripserim, qui literæ S. valorem ignorans ac pro nihilo habens, numeros auxit ad efficiendum numerum XXIV. Certe in Calendario Farnesiano litera eadem aliquando prætermissa est.

V. 273. *imitatur sidera mundi*] *Ἀντίμουον ὕδατος*, amulum cæli Egyptii Nilum appellant. Causam hanc affert Heliodorus, quod Ægyptum ita irriget & fecundet, ut alias regiones cælum. Annum præterea, qui conversione cæli continetur, Nilum esse volunt, qui incremento æstatem, autumnum decremento, ver floribus & crocodilorum *ὠρονομίας* designet. Testis itidem Heliodorus. Denique commune vocabulum Sirius tribuitur Soli, Caniculæ, & Nilo *ὁ δὲ ἐν ἑσπέρῳ κινεῖται ἀπὸ τοῦ ὕδατος*. His constat similitudo cæli & Nili. Frivola ergo sunt quæ de similitudine septem ostiorum Nili, cum septem Planetis affert Scaliger.

V. 296. *Jam facile est si quod, quandoque, horoscopes astrum Noscere*] Jam facile est noscere, si quod astrum horoscopes, & quando. Sic sæpe Manilius, ut dixi.

V. 316. *Continua partes*] Proponit hic Scaliger thema mundi, juxta opinionem Egyptiorum, qui conditum eum volunt Sole posito in decima quinta Leonis, ineunte hora noctis undecima. Ut juxta Manilianæ præcepta hoc loco tradita reperiatur Horoscopus, numerat viginti duas

horas ab ortu Solis ad undecimam noctis ; quas si ducas in quindecim gradus , existet numerus 330 graduum. Numerat deinde à principio Arietis , ad partem decimam quartam Leonis , gradus 134. Ex his detracto assè circuli 360. remanebunt gradus 104. Inde si toties decutias 30 , quoties fieri id poterit , ter id fiet. Atqui tres istæ tricenæ tria sunt Zodiaci Signa , Aries , Taurus , Gemini. Tum qui supersunt gradus quatuordecim Cancro imputa , Horoscopus reperietur in 13 Cancri. Hæc etsi recte atque ordine procedunt , cum præceptis tamen Manilianis non consentiunt. Nec enim requiritur adjectio ista partium 134. ab initio Arietis , ad decimum quintum gradum Leonis. Nam si juxta Manilii legem numerum 330 distribuas in 30 , prodibit numerus 11. Numera igitur undecim Signa , initio facto ab eo in quo est Sol , desinet numerus in principio Cancri , cui si adjicias gradus quatuordecim , quos in Leone Sol confecit , habebis Horoscopum in gradu decimoquinto Cancri.

V. 330. *modus est varius : ratione sub una*] Sequentes versus digerens ac distinguens Scaliger mirifice perturbat : nam statione sua movet , & in alienum locum conjicit istos duos ,

Nec manifesta patet falsi fallacia mundi ,

Nec similis simili toto nox redditur anno.

Quam distinctionem neque patitur ratio , neque Scaliger ipse tueritur : nam proprias ipsis in editione sua sedes attribuit. Ferre vero non possumus quod subnectit : *Æquale , dictum æcis π , nempe respectu inæqualis*. Æquale sane est $\pi \text{ æcis } \pi$, hoc est refertur ad aliquid , nimirum ad illud cui æquale est , non vero ad inæquale.

V. 340. *Omnibus autumnus Signis , ver omnibus unum.*] Nempe ratione dierum & noctium , quæ æquales sunt , ut in Sphæra obliqua tempore Æquinoctii utriusque : nam cæteroqui variæ sunt illic tempestates , quarum longe diversa est ratio , & à nostris , & à seipsis , pro varietate locorum. Vere igitur dixit Scaliger , *Perpetuum ver & autumnum ibi florere , falsissimum* : nam si universa loca Æquinoctiali subiecta circumspicias , non ver ubique aut autumnum reperies , sed in certis tantum quibusdam locis , ubi arbores gignunt flores simul , & fructus , frondesque recentes. Quanquam ne illic quidem eadem sunt tempestates , sed pro accessu Solis & recessu mutantur , sed diversa longe ratione ac sit apud nos.

V. 346. *recto tamen ordine Zona Consurgunt , supraque caput , terrasque feruntur*] Qui positi sunt sub Æquinoctiali , illæ Zonæ rectè ascendant : nam Zonæ secantur à plano Horizontis ad rectos angulos ; quippe parallelæ sunt Æquinoctiali , qui Horizontem secant ad angulos normales. Itaque tametsi Zona Temperata Borealis supra caput nostrum fertur oblique ; eorum tamen respectu , qui sub Æquinoctiali degunt , supra caput nostrum fertur rectè , hoc est angulos rectos efficit cum illorum Horizonte. Nec Zonæ solum , sed & partes omnes cæli oriuntur rectè in Sphæra recta ; nam circuli quos designant motu suo diurno Horizontem secant ad rectos angulos. Quamvis enim Zodiacus ad angulos in-

æquales secet Horizontem, etiam in Sphæra recta, præterquam cum culminant æquinoctialia puncta; tamen puncta omnia Zodiaci recte oriuntur motu diurno. Itaque Ptolemæus, alique Astronomi, ascensiones rectas appellare solent eas quæ sunt in Sphæra recta; obliquas, quæ in obliqua; nulla habita ratione arcuum Æquinoctialis, sive majorum, sive minorum, sive æqualium, qui simul oriuntur. Neque erat sane, cur tam proterve Manilium, vel Lucanum Scaliger impeteret. Is porro sibi finxit *in Zome* hic esse in genitivo, cum manifestum sit esse in nominativo plurali.

V. 350. *At simul ex illa, &c.*] Legitima loci hujus sententia hæc est, Postquam discesseris ab Æquinoctiali, quidquid spatii fueris emensus versus extremum Polum gradicens per fastigia terre, quam natura gibbam & in medio colo suspensam formavit; quando, inquam, conscendes versus Polum, pars opposita terre tantundem fugiet oculos tuos, quantum versus istam fueris progressus. Hæc disturbavit & sedavit Scaliger. Nam retinuit conjunctionem *Et*, quæ adnectit ista superioribus. Sed præterquam quod oratio ita erit pendula, & sensus imperfectus, manifestum est progredi Manilium ad considerationem obliquæ Sphære, postquam dicere desit de recta. Quapropter interponi debuit *αὐτὸς ἀποὺς διαζωννύς*.

V. 351. *Quidquid ab extremo tenet prævertitur axe*] Sic prisce Editiones: sed omnino legendum, *prævertitur*. Quæcunque pars terre versus Polam eunti tibi incipit apparere. Nam quæ progredientibus nobis eminus conspiciuntur, ea utique nos præcedunt & prævertunt. Extremum axem appellat Polum aptissimo & pervulgato vocabulo, & quæ alias utitur, ut hoc libro,

Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis.

Et libro quarto,

Aster ab axe ruit Boreas.

At Scaliger Axem exponit ascensum, clivum. Quod ut probe, Propertium testem adhibet hoc versu,

Scandensque axis parva de vertice murus;

Et Juvenalem isto,

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Cum illic Juvenalis *axes* pro curribus posuerit, quod ostendit proximus versus,

Blandaue deoææ iactaret basta rheda:

Propertius vero *axis* scripserit, quemadmodum habet vetus liber, non *axis*. Cum ceteroquin axem nonnunquam montem significare sciam, & Parnassum à Claudiano *Pythiam axem* dictum esse meminerim.

V. 352. *gradus gressum*] Sic Plautus, *machinabor machinam: quas filius meus turbas turbet; precor precari: servitutem serviant: te testem testor: obsonabo obsonium*. Lucilius, *Hoc bellum à Consulibus bellatum*.

V. 355. *Ergo ubi confides*] Id ita interpolavit Scaliger; cum antea legeretur, *conscendes*. Item pro, *Digrediere*, legi vult, *Degrediere*. Nempe

placuit ipsi primum *axem* interpretari, clivum; cui sententiæ quoniam repugnabat istud, *conscendes*, mutandum id fuit in *confides*; & *Digrediere*, in *Degrediere*. Adeo falso uno posito, falsa multa consequi necesse est. Nec animadvertit homo, suo sæpe, Auctorumque quos versat damno nimis acutus & perspicax, inter has cominentitias dictiones, *confides*, & *Degrediere*, positam esse alteram hanc *scandens*. Ac si dixisset Manilius, Cum descendes conscendens globum, quo nihil absurdus est. Manilius posuit, *ergo*, pro, inquam; nam resumit quæ jam dicere cœperat, quæque disjuncta fuerant per hos duos versus, *Quam tereti, &c.* V. 371. *Et quanto ad gelidas, &c.*] Viatorem fingit ab Æquinoctiali versus Polum sub Meridiano progredientem. Quænam ipsi primum digresso continget cœli mutatio, dixit jam supra,

Fugiet pars altera terra,

Altera reddetur.

Si versus Polum Septentrionalem gradiatur, fugiet pars Australis, reddetur Borealis. Ulterius abeunti obliquior fiet Zodiacus, qui transversus erat, & culminantibus æquinoctialibus punctis Horizontem secabat ad rectos angulos. Nunc, eum fingit Arcticum circulum attigisse, quo tempore vix visurum eum ait hiberna Signa Zodiaci, quæ nempe ad Austrum vergunt, vixque orta ea statim ipsi occasura; Solem, cum Capricornum attigerit, puncto eodem temporis oriturum & occasurum. Addit deinde futurum, ut si intra Arcticum procedat, brumalia illa Signa magna sui parte condi videat, futuramque ipsi noctem tricenarum noctium, sive menstruam, sine ullo dierum intervallo; qui primum decurtati & contracti, tum demum penitus atterentur & interibunt, quemadmodum Signa ipsa, quorum peribit statio & situs evanescent. Atque hæc oculos ita dum fugient, secum abducent Solem, & viator ille in profundissimas, pluriumque mensium noctes incidet, quoad sub Polo ipso constiterit, ubi una die, unaque nocte, semestri utraque, annum constare cognoscat. Genuina hæc est totius *mensis* illius sententiæ, quam Scaligeri *ῥήματι* corripit, ut suis singula locis adnotabimus.

V. 375. *Tricenasque trahent connexo tempore noctes.*] Tum id futurum censet Scaliger, quando viator ille ab Æquinoctiali versus Polum iter faciens, Arcticum attigerit, & Polum gradibus 66. scrupulis 30. sublimem cernet: *Quia nimirum*, inquit, *minimum noctis momentum interjicitur, adeo ut pene sensum fugiat, propterea ait integrum mensem continuari die uno, vel diem esse unius mensis.* Quod de noctibus dixit Manilius, id de diebus dictum Scaliger existimavit, cum tamen non solum aperte pronuntiet Manilius tricenas noctes habiturum viatorem, sed addiderit præterea die cariturum: *Et totidem lucis adiment.* Verum esto; nam par est dierum, noctiumque ratio. Nego enimvero id sibi velle Manilius, sub hac elevatione Poli dies menstruos esse; nam si interjecta sunt quantumlibet brevia noctium spatia, jam triceni illi dies connexa tempora non habent, sed disjuncta. At cum connexa ea esse dixit Manilius, nullas interpositas noctes intellexit. Sic infra cum exprimere vellet, sub

Polo

Polo diem esse semestrem, nullis noctium intervallis distinctum, eadem locutione usus est,

Dimidiumque trahens contextis lucibus annum.

Addit Scaliger, quindecim diebus ante, & totidem post Solstitium, futurum illum menstruum diem. At quamvis propter refractiones Solaris luminis verum sit homines sub Arctico degentes Solis conspectum per aliquot dies non amittere, tamen refractionum doctrinam penitus ignoravit Manilius; & juxta ejus disciplinam, quam explanandam suscepit Scaliger, aliquo, brevi licet, noctium intervallo distincti sunt solstitiales illi dies. Itaque Ptolemæus Parallelum ab Æquinoctiali distitum gradibus 66 diem maximum habere scribit horarum tantum æquinoctialium 23: qui vero gradibus distat 66, scrupulis 40, maximum diem habere horarum 24: at eos diem habere menstruum, quibus Polus attollitur gradibus 67, scrupulis 15. Nec id prætermittendum, quod obiter affirmat Scaliger, Pytheam Mafiliensem dixisse Islandiam esse Thulen. Quasi Islandia vel Pythæ, vel ulli Veterum cognita fuerit, quam anno Christi 874 à Norvegis coli cœptam primum fuisse, cum nulla ad id tempus humani cultus vestigia in ea appaterent, luculenter demonstravit Arngrimus Jonas Islandus.

V. 378. *Paulatimque perit statio fulgentibus astris*] Hoc est, Procedenti versus Boream paulatim occultantur astra Australia, & eorum loca tumore terræ intercepta apparere desinunt.

V. 381. *Adducentque simul Phœbum.*] Libenter reposuerim, *Abducent.*

V. 382. *Mensibus ereptis, &c.*] Παραγωγὸν nihil aliud esse definit Scaliger, quam τὸ φωτὸς ἀππείρασιν. Hanc definitionem expressit ex his verbis Strabonis, sub finem libri secundi: ὁ δὲ καὶ τοὶ ἀρκτοὶ τόπος τῷ ὀείζοντος ἐν ὅλαις χρόνις πῶς διεκρίνεται τοῦτο τῷ ἡλίῳ, διὰ δὲ σιῶς, ἵνα καὶ ἀνατολῆς ἀππείρασιν τοῦ φωτὸς ὁ γὰρ κλεινὸς σκοπὸς ἀπ' ἧτος διὰ τῷ ὀείζοντος ἐνὸς χρόνου ἡμῶν καὶ διὰ χρόνου ποσὸν οὐ καὶ ὁ ἡλῖος ἀφίσταται τῷ ὀείζοντος καὶ τὸ μισθὸν καὶ παρ' ἡμῶν δὲ ποσὸν τῷ ὀείζοντος ἀππείρασιν, καὶ τῷ ὀείζοντος καὶ τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ ὀείζοντος καὶ τῷ ἡλίῳ ἀνατολῆς ἢ τῷ δύνει ἀφίσταται. Docet quidem Strabo Horizontem illum Borealem noctibus æstivis à Sole qui proximus est illustrari, ἀππείρασιν τοῦ φωτὸς, lumine circumcingente, & omni ex parte affuso ab occasu ad ortum. Verum non inde colligas παραγωγὸν hunc, qui proprie crepusculum est, nihil aliud esse quam ἀππείρασιν luminis. Multiplex affertur causa crepusculorum ab Astronomis; duæ hæ præcipue, luminis Solaris repercussus, & refractione in Atmosphæra. Vel unus consulatur Keplerus in Epitome Astronomiæ Copernicanæ.

V. 430. *adverso nascentis sidere Tauri.*] Lege, *averso*, quod jam monuimus.

V. 437. *temporis æterni*] Libri scripti & impressi, *æterni*. Quod mutari nolim, etsi apposite hic convenit, *æterni*. Nam æternus, apud Manilium, τὸ ἰλασίαν significat. Sic libro secundo,

Nec per iter socias communes reguntibus æterni.

MANIL.

6

ut supra à nobis observatum est. Sic libro primo de Sole, *Extremos de signat fervidus actus*. Sic & infra hoc libro de die solstitiali, quo dies incipiunt decrefcere, *Similique redit quam creverat actus*: quæ tamen & de semita sumi possunt, metaphora ducta ab actu Jurisconsultorum, quem Ulpianus, & ex Ulpiano Tribonianus definit in Institutionibus, *Ju agendi vel jumentum, vel vehiculum*; & quem Græci ἀμαξίνων ὁδὸν appellant.

V. 439. *crescensque novando*] Lege, *crescatque*.

V. 440. *His usque ad denas, &c.*] Quæ hic affert Scaliger, εἰς ὅς τις. Significat Manilius decem illos auctus, hoc est additiones summæ quæ fiunt ad singula Signa; prima fit ad Arietem, secunda ad Taurum, tertia ad Geminos, quarta ad Cancrum, quinta ad Leonem, sexta ad Virginem & Libram; nam cum æque distent à Solstitio, par est ratio utriusque, septima ad Scorpionem, octava ad Sagittarium, nona ad Capricornum, decima ad Aquarium, unde fit summæ quæ competit Piscibus, & par est summæ Arietis.

V. 442. *Et quantis in utrumque modis*] Haudquaquam pro, quot modis, ut opinatur Scaliger; sed pro, quanta mensura, quanto partium numero.

V. 448. *æstiva nomine noctis*] Rursum, *conversa que nomina legem Accipiunt*. His locis, aliisque nonnullis, legi jubet Scaliger, *nomine, & nomina*. Qua conjectura sibi multum videtur placuisse. Ego vulgaram lectionem retineo. Alludit Manilius ad rationaria creditorum, in quibus nomina debitorum descripta erant, & summæ debitæ, seu creditæ erant adjunctæ. Similiter in rationariis Astronomorum, ad nomina noctium, vel dierum, vel siderum, summæ partium adjunctæ erant. Manifestum hoc est ex hoc versu libri hujus,

Quæ in parte suam summam, nomenve reliquit:

Et ex isto quoque,

Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis:

item ex illis,

Namque Aries totidem deducit noctibus horas,

Quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces.

necnon ex his libri quarti,

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis

Imposuit.

Quibus locis vides summam sive numerum nomini conjunctum, ut in rationariis fieri solet.

V. 459. *Augebuntque novo vicenas nomine summæ*] Sic Codex Gemblacensis, *Augebuntque novem vicenas munera summæ*. Recte: novem munera appellat partes illas novem, quæ viginti multiplicant, quod gratis & munifice sint erogatæ, ob commodiorem & expeditiorem computationem.

V. 484. *ternis fuerit si longior horis Brumali nox forte die.*] Noctem æquinoctialem intelligit, quæ Romæ superat tribus horis diem brumæ;

~~reliquæque vicenas~~

lem. Quod subjungit, *Et Aquarium bora Ipse suam propria ducat*; in eo subaudi, summam; nam subest, *summaque prioris Adjungat*: hoc est, Ipse Aquarius propriæ horæ suam ducat summam, quam adjungat summæ Capricorni præcedentis.

V. 495. *Cedere diversa labentia tempora lege*] Versum hunc merito depulit hoc loco Scaliger, & in alias sedes migrare jussit.

V. 500. *Æquata solvuntur fœnore noctes.*] His subnectit Scaliger quinque sequentes versus,

*Rursus & incipiunt propria de sorte diebus
Cedere diversa labentia tempore lege:
Respondent pariterque illis, quæ proxima fulgent,
Et media æquatis censentur viribus astra.
Præcipuosque gerunt varianda ad tempora motus.*

Ac secundum quidem versum, qui ad stationem 495 libri hujus in priscis Editionibus erepserat, in ordinem optimo consilio redegit Scaliger: verum postremos tres esse alienos existimat hujus loci, quod loquantur de stellarum situ. Ego secus sentio, & convenire eos in hunc locum, & idem persequi argumentum, quod in superioribus tractatum est. Sensus enim hic est, Postquam Sol initium attigit Canceri, in quo dies minui incipiunt, sequentia proxime sidera respondere præcedentibus; nempe Cancrum ipsum Geminis, Leonem Tauro: nam in exemplo & Diagrammate, quod à Scaligero propositum est, Geminis & Cancro partes dantur triginta, Leoni & Tauro sexaginta. Addit deinde media astra æqualibus viribus pollere. Media astra appellat, quæ æquinoctialia puncta utrimque obsident; Pisces nempe & Arietem, quæ vernum; Virginem & Libram, quæ autumnale. Atque hæc quidem jure media appellat, ut pote quæ inter duos extremos Solaris curriculi cardines, Brumam & Solstitium media loca obtinent. Æquales autem iis vires sunt, quippe nonaginta singulis partes Diagramma attribuit. Ait demum Signa hæc, punctis Æquinoctialibus proxima, maximi esse & præcipui momenti ad varianda tempora. Maximus enim numerus his adscribitur, nonaginta videlicet partium: cum minimus detur solstitialibus Signis, partium nimirum triginta. Quod vel solo sensu percipimus; nam maximum & celerrimum esse videmus dierum vel augmentum vel decrementum in Æquinoctiis, minimum in Solstitiis. Jam ergo liquet, quam apte versus hi in has sedes congruant; quamque immerito eos Scaliger suspectos habuerit, non aliam scilicet ob causam, quam quod non intellexerit.

V. 505. *similique redit quam creverat æstu.*] Pessimo quoque consilio, legi hic suadet Scaliger, *æstu*: nam redeunte Sole versus Austrum dies minuuntur, non augentur. Nec satis æquus est Manilio, quod incrementa & decrementa horaria per Signa integra definiverit; cum tamen per totum Signum eadem non sint incrementa & decrementa horarum, quippe cum mutantur diebus singulis scrupula horaria. Tantumne vero stuporis Manilio suo inesse censuit Scaliger, ut existimaverit per totum,

verbi gratia, Capricorni signum Romæ diem esse novem horarum; statim vero ut hoc Signo digressus est Sol, & Aquarii signum iniit, jam dies dimidia hora augeri: adeo ut postremus Capricorni dies sit horarum novem, primus vero Aquarii sit horarum novem cum dimidia? Absit ut ei tam iniqui sinus. Satius est credere, probe ei perspecta fuisse & cognita incrementa & decrementa dierum singulorum. Nam & de Cardinibus Tropicis sic ex reirveritate differit sub finem libri hujus:

Sed non per totas aqua est versura figuras,

Omnia nec plenis vertuntur sidera signis.

Verum cum Poëtæ non sit ἀπολογῆν & minuta consuetari, satis esse sibi censuit diurnorum illorum incrementorum vel decrementorum summam per Signa colligere, ita ut cum Signum Capricorni triginta partibus sive hora dimidia augeri dixit, id sibi voluerit, singulis diebus quibus Sol versatur in Capricorno aliquid accedere incrementi; quæ incrementa diurna simul collecta, dimidiam horam efficiunt, cum Sol finem Signi illius attingit. Ac si dixisset Capricorni finem dimidia hora initium Signi ejusdem superare.

Postquam Scaliger præcepta Manilianæ doctrinæ tradidit, subjungit rationem inveniendi Horoscopi: quam deinde illustrat exemplo cujusdam nati ad altitudinem Poli graduum 44, hora nocturna temporaria 7 $\frac{1}{2}$ fere, Sole in 22. Leonis posito. Quod genituræ thema Scaligeri ipsius est, nati Aginni Nitiobrigum, anno MDXL. pridie Non. August. horis quatuordecim post meridiem, ut ejus natalis Nonis attribuat tempore politico. Id tradit ipse de se in egregia Epistola ad Janum Doussam, reliquis ipsius Epistolis præfixa: quæ etiam si tot esset consuta mendaciis, quot in ea deprehendisse se prædicat maledicentissimus, & bonorum omnium hostis, ac seculi sui Timon, Gaspar Scioppius, dignissima tamen esset legi, propter facilem quamdam & nativam stili elegantiam, & dignitatem rerum. Thematis hujus ratiocinium persequens Scaliger Dodecatemorion Lunæ collocat in vicesimo quarto gradu Aquarii; quod præceptis ab eo positis repugnat. Nam cum Lunam ponat in vicesimo septimo Virginis, si numerum hunc multiplicaveris duodecenario numero, prodibunt 324; quæ si dividas in partes triginta, extabit numerus 10 $\frac{4}{5}$. Itaque si decem Signa numeraveris, initio facto à Virgine, postremum Signum erunt Gemini. Superstites igitur viginti quatuor gradus tribuendi erunt Cancro. Ergo Dodecatemorion Lunæ ponendum erit in vicesimo quarto gradu Cancri, non Aquarii. Rursus Dodecatemorion Lunæ, per posteriorem modum statuit in decimo octavo Libræ, quod in fine Libræ locandum fuit. Nam cum Sol esset in vicesimo secundo Leonis, Luna autem in vicesimo septimo Virginis, gradus intercedunt triginta quinque. Detractis inde triginta, supererunt quinque, quæ divisa in 1 $\frac{1}{2}$ dant duo Dodecatemoria, quæ à Virgine, in qua est Luna, in sequentia Signa distributa desinent in fine Libræ. Nec in assignando Dodecatemorio Dodecatemorii suis ipse legibus paret, quas Præcepto tertio, & ad versum 746 libri secundi tradidit.

V. 540. *Venit omnis ad astrum, &c.*] Perspicua erant ista, si Scaliger iis tricas more suo non iniecisset. Sententia hæc est, Horam dici civilis vel noctis bis recurrere ἐν τοῦτον μῆσιν, quod constat viginti quatuor horis: ut si quis nascatur hora decima diurna, iterum recurret hora illa decima intra τοῦτον μῆσιν. Intra mensem vero dies singuli semel elabentur sine reditu. Nam cum mensis constet triginta, verbi gratia, diebus, si quis nascatur, quarto mensis die; intra mensis huius spatium nullus alius recurret quantus dies. Similiter intra annum menses singuli semel præteribunt, nec mensis alter Martius redibit, quo natus, exempli caussa, quis fuerit. Par est Dodecaeteridos ratio, quæ duodecim annis conflata est: hujus anno sexto si natum infantem fingamus, unicus ille effluet sextus, nec alter sextus numerabitur, dum hæc Dodecaeteris erit in cursu. Ponit deinde exemplum Scaliger, ut interpretationem suam confirmet, hominis nati hora nona, ascendente Leone, die Mercurii. *Hora, inquit, pertinet ad Lunam. Sic Luna hora intra viginti quatuor horas bis redibit ad Leonem. Nam nascente homine hora Luna attribuebatur Leoni, hora Saturni Virgini, hora Jovis Libra, & sic deinceps. Ergo tertia decima hora à nato homine, redit Luna hora in Leonem.* Falsa hæc esse aio. Tertia decima hora à nato homine erit hora Veneris, & cadet in Leonem: nec hora Lunæ iterum incurret in Leonem, quam post octoginta quatuor horas. Nam si duodecim Signorum numerum ducas in numerum septem Planetarum, prodibunt octoginta quatuor; qui numerus habebatur climactericus, & quidem maleficus, propter concursum duodenarii numeri Signorum, & septenarii Planetarum: climacteres enim omnes duodenarii, & septenarii, mali sunt. Quamobrem Martialis in Epigrammate ad natalem suum quinquagesimum, postulat vitam sibi ad octoginta quatuor annos produci; quo spatio præterito spondet ne diem quidem se rogaturum.

V. 545. *Unius ut Signi pariter sit mensis & annus*] Hunc versum excipit lacuna unius versiculi.

V. 557. *Quod quandoque genus venit.*] Quod genus venit, & quando: τί ἐν ποῖ. Quæ locutio, ut sæpe jam monui, Manilio familiaris est.

V. 591. *Bis quadragenis occasus dives in æstu Solis erit.*] Prisci Codices & Editiones, *Bis quadragenis occasus dives in æstu Solis erat.* Unius literulæ mutatio locum sanabit. Lege, *Bis quadragenos.* Solis æstus appellat τὸ ἐλάσις, curricula, hoc est annos. Occasus dives erat in octoginta annos, nisi una Olympias deesset. *Erant*, pro, *esset*. Sic infra libro quinto,

Non ulla forent jejunia terris;

Dives erat census.

Virgilius,

Et si non alium late jactaret odorem,

Laurus erat.

V. 665. *Sed non per totas aqua est versura figuras.*] Comparat Manilius partes Tropicorum Signorum inter se; in quibus singulis non

f iij

æque *ἡροπείας* & conversiones Solis ac tempestatum fieri aperte docet. Perperam ergo autumnat Scaliger Tropica cum Tropicis contendere à Manilio, solstitialia cum æquinoctialibus.

V. 674. *Fata novet, consulta alios declinet in usus.*] Non aspernanda est scriptura Codicis Gemblacenſis: *Facta movens consulta.* Sensus erit, Res ab hominibus propositas aliorum convertat. Si quid mutandum est, legito, *Facta novet consulta.*

V. 675. *Momina in adversum flectat.*] Libri omnes typis editi & calamo exarati habent, *Omnia*; quod longe hic aptius congruit, quam, *Momina*, quod intrudit Scaliger.

~~~~~

## PETRI DANIELIS HUETII ANIMADVERSIONES IN MANILIUM, ET SCALIGERI NOTAS:

### IN LIBRUM QUARTUM.

V. 17. *Tunc & opes & regna fluunt.*] Lege, *Hinc*, nempe ex ortu.

V. 24. *Fugissent ignes Ænean*] Ignem in Italiam ab Ænea Troia delatos, Palladium esse asseverat Scaliger, quod & repetit in versum 67 libri hujus, *Raptosque ex ignibus ignes.* Quam puerilem sane hallucinationem castigant vel ista Dionysii Halicarnassei verba, τὸ μῦθος αἰὼν παλλαδίου, ὃ φασὶ τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρδόνους ἐν ναὶ καίρων ἱστίας, ἔνθα καὶ τὸ αἰνῶτον διασφίεται πῦρ vel ista Camilli apud Livium, *Quid de æternis Vesta ignibus, Signoque quod imperii pignus custodia ejus templi tenetur, loquar?* Vel ista Lucani,

*Ignis adhuc Phrygius, nullique aspecta virorum*

*Pallas, in abstruso pignus memorabile templo.*

vel ista Plutarchi in Camillo, οἱ δὲ το μὲν πῦρ, ὡς παρ ἑλλήσι, οὐδὲ ἱερῶν αἰνῶται καὶ δάριοι, ἅμα δὲ τὰ ἔντος αἰνῶτα κρύπτειναι πᾶσι, πάλιν ταῦτας τὰς παρδόνους, αἳ ἱερὰς εἰς ἱερονομίαν καὶ πλεῖστος μὲν λόγος κατεῖχε τὸ πρῶτον ἐκείνο παλάδιον ἀποκρύπτειν δι' αἰνῶτος κρυμμένων εἰς ἱταλίαν. Profecto diversæ res fuerunt Ignis sacer, Penates, & Palladium, quæ Troia Æneas in Italiam advexit.

V. 28. *In Capitolinos auxissent fulmina montes*] Libri scripti & editi, *fulmina.* Lege, *vexissent fulmina*; vel juxta conjecturam Francisci Junii, *duxissent.* Fulmina pro Jove.

V. 30. *Captus & à captis orbis foret*] Horatius,

*Græcia capta ferum victorem cepit.*

Ovidius,

*Nondum tradideras victas victoribus artes,  
Græcia.*

Rutilius Numatianus,

*Victoresque suos natio victa premit.*

Plinius, *Vincendo victi sumus.*

V. 41. *Speratum Annibalem, &c.*] Nihil mutandum censeo de scriptura Codicis Gemblacensis, quæ talis est, *Speratum Annibalem nostris cecidisse catenis, Exiliumque rei furtiva morte luisse.* Sensus hic est, periisse Annibalem, quem vincula nostra expectabant, & fugam illam, qua nobis ereptus latuit apud Prusiam, luisse hoc mortis genere, quod ei ut pote noxio conveniret. Parcendum est veteri scripturæ, neque codicum fides sollicitanda est, aut audiendi bonæ Criticæ susurri & conjecturæ, quam cum deplorata penitus sententia est. Hac lege si starent Interpretes, minus depravatos haberemus Auctores, qui misere interpolari sunt & depravati.

V. 61. *nomenque cruore Delevit proprio.*] Dextra retinebat indicium; adscriptumque in eo conjurati alicujus nomen sanguine suo moriens asperxit & delevit. Hoc quantumvis planum Scaligero non placuit, legique jussit, *omenque cruore Delevit proprio*: unde si quis aliquem sensum extruderit, erit mihi magnus Apollo.

*Iniquum Scaligero est  
Husum, ipsum vide:*

V. 64. *Priamumque in litore truncum*] Virgilius de Priamo, *facit ingens litore truncus.*

V. 102. *Non seminis ille Partus erit.*] Valde fallitur Manilius, cum ex coitu animalium diversi generis monstra nunquam procreari censuit: quod vel ex tot bestiis hujusmodi congressu prognatis sæpe fieri cognoscere poterat; leopardis, crocutis, burdonibus, mulis, tityris, musmonibus, ibridis, & lyciscis, quæ Evanthius complexus est Epigrammate de ambigenis, quod edidit Pithœus; vel ex veteri adagio, Semper aliquid novi fert Africa. At excusari potest Firmicus, non enim bigenera corpora, sed præter naturæ legem deformia fortasse intellexit.

V. 108. *Facinus defendere pergit.*] Hoc est, defendit. Parem locutionem habes in Arateis,

*Andromeda laevo ex humero si querere perges.*

Rursum,

*Andromedam tamen explorans fera querere Pistrinx  
Pergit.*

Familiares Lucretio est hoc loquendi genus.

V. 127. *Et natis in damna feretur.*] Aries damnosus erit his qui eo horoscopante nascuntur. Nativam hanc esse sententiam res ipsa loquitur. At Scaliger plana via incedere dedignatus, mavult *et natis in damna feretur.* *Hoc est,* inquit, *natis opibus in damna feretur. Sic apud Catullum, Natus es, et in opibus.* Falsum falso probare instituit; nullus enim locus est in Catullo tam malè à Scaligero acceptus, nullus in quo tantum se jactaverit. Extat decimo Epigrammate. Ait Catullus se ex Bithynia reducem à Varro fuisse deductum ad ejus amores. Dum sermones illic cædunt, querunt à Catullo, ut sit, quomodo se res habeant in Bithy-

nia, ecquid ipse æris inde reportaverit. Parum, aut nihil, inquit, propter Prætoris illiberalitatem.

*At certe tamen, inquit, quod illic*

*Natum dicitur esse, comparasti*

*Ad læticam homines.*

*Natum* illud, ad *as* proxime memoratum refert Scaliger: *as* autem natum ait esse lucrum, quod Comites Proconsulum in Provincia negotiatione sua percipiebant, atque id à Græcis dici τὸ γινόμενον ἀργύριον. Quo nihil fingi potuit magis à Catulli mente alienum. Neque feliciores fuerunt reliquorum Interpretum divinationes. Sciendum est læticarum usum primo in Bithynia fuisse repertum. Diserte id tradit Juvenalis Scholiastes in Sat. 1. *Læticarum usum*, inquit, *primi dicuntur invenisse Bithyni*. Inde redux Catullus cum dixisset nihil se in Provincia lucrificasse, Si nihil aliud, inquit puella, at certè Læticarios ex Bithynia reduxisti, nam illic primum usus læticarum, læticariorumque repertus est. Si tam stolidum errorem in alio deprehendisset Scaliger, Deus bone, quam fœdis eum exceperisset maledictis! quantum ipse se extulisset!

V. 134. *Ipsa suismet Afferuit Pallas manibus, dignumque putavit, Seque in Arachnea magnum putat esse triumphum.*] Turpiter hic quoque se dat Scaliger, & ex falsa Virgilii interpretatione Manilii sententiam corrumpit. *Pallas*, inquit, *dicitur triumphus, hoc est triumphatrix; quo modo Pastor certamen, hoc est certator, apud Maronem,*

*Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.*

Idem jam attulerat in librum primum. Quanto rectius Servius: *Figurate locutus est, Magnum certamen, ille cum illo: ac si dicas, Magna contentio est, cum Cicerone Virgilius. Et videtur nominativum pro genitivo posuisse; nam Corydonis facit.* Recte intellexeris locum, si dictionem nempe suppleveris: Magnum erat certamen, nempe Corydon cum Thyrside. Quod pertinet ad Manilium, sententiam oblimavit permutatio duarum vocum similium, *dignum*, & *magnum*, quas ita feliciter restitues,

*Ipsa suismet*

*Afferuit Pallas manibus, magnumque putavit,*

*Seque in Arachnea dignum putat esse triumphum.*

Magnum putavit Pallas hoc afferuisse suis manibus, & triumphum se dignum reportasse censuit, cum Arachneam vicit. Cæterum Arachnea pro Arachne Attice dicitur. Hesychius, ἀράχνη (sic enim scribendum, non ut vulgò ἀράχια) ἀράχνη. Ἀράχνη. Itaque scribendum in Manilio, *Arachnen*, non *Arachnea*. Sic Calliopea apud Virgilium, pro Calliope: sic πειλοπέα apud Homerum, pro πειλόπη; Europe, & εὐρώπη; ἑρύδη, & Erythea; ὑψίπλην, & ὁψίπληνα; ἀπύμα & ἀπύμια; λαοδίχην, & λαοδίχων, aliaque huiusmodi, quæ notavit Eustathius in Dionysium Periegeten. Infra libro quinto Cassiope, pro Cassiopea. Hippodame, pro Hippodamia apud Virgilium; Pasiphaë & Pasiphaëa apud Ovidium.

V. 135.

V. 151. *habitatque puer sub fronte Cupido.*] Hic enim Taurus est Eutropæ amasius, indutus Jovi, ut supra dixit; de quo Ovidius,  
*Nulla in fronte mina, nec formidabile lumen,*  
*Pacem vultus habet.*

V. 165. *Ille tenax animi*] Id est, animo, sive natura & ingenio tenax: ut, *Integer vita.*

V. 168. *Et gravia amona speculantem incendia*] Velleius Paterculus, *Tum exoptulante consensu populi, quem gravis urebat infesto mari amona.* Pari metaphora dicebant Veteres, Forum calfacere, qua usus est Augustus in Epistolis: dicebant &, Forum refrigerescere. Hanc in Epistolis quoque suis adhibuit Cicero.

V. 182. *Et pacare metu sylvas*] Metum appellat, quod alias formidinem, lineam nempe sive restem vario pennarum diversicolorum contextu instructam, qua cervos, aliasque feras terrebant venatores. Idem itaque hic significatum voluit Manilius, quod libro quinto cum dixit, *Et claudunt campos formidine mortis.* In Cynegeticis *metus* eadem significatione usurpatur. Gratius, *Hic magis in cervos valuit metus.* Rursum, *Si qua metus eludat bellua falsos.* Nemefianus, *Volucresque metu concludere pradas.* Iterum, *Alternosque metus subtegmine tendere longo.* Nihil horum olfecit Scaliger.

V. 184. *Sed pecorum membris, &c.*] Bestiarios, confectores, Parabolanos interpretatur Scaliger. An illi vero in tabernis habitabant, in quarum frontibus bestiarum confectarum membra lacera suspenderent? Ego lanios intelligo, qui in carnariis olim, uti & nunc, pecudum membra venum proponebant. Hi vero luxuriæ & gulæ hominum serviunt, & ex pecorum cæde lucrum faciunt.

V. 207. *qui nomina summis Imposuit*] Sic Gemblacensis. Scaliger, *nomina*: perperam, ut docui supra. Nomini debitoris summa debiti adjungebatur in rationariis Trapezitarum. Vult ergo Manilius Palamedem primum extitisse auctorem conficiendorum rationariorum.

V. 243. *Vesta tuos, Capricorne, &c.*] Quippe ante focum, si frigus erit, esse volumus. Sole autem Capricornum tenente, friget tum maxime.

V. 248. *Materiamque manu certa duplicarier arte.*] Alchymiam his notari Scaliger autumat, quæ auri copiam augere docet. Quod autem Alchymia, Manilii ævo, & re, & nomine Romanis ignota esset, verum hunc ab Alchymista confectum, & huc intrusum esse censet. At primum nego ad Alchymiam pertinere isthæc, sed ad ferri, metallorumque tractationem; quæ igne subacta & mollita cudendo producuntur & extenduntur: ita ut ferrum pedale possit ad magnitudinem bipedalem feriendo crescere. Sic igitur, *duplicarier* habebit vim activam. Cur vero pro, *duplicari*, poetica & veteri forma dici non possit, *duplicarier*, non video. Quod addit præterea Alchymiz neque rem neque nomen fuisse notum hoc tempore Romanis auribus, nec quemquam Firmico antiquiorem ejus mentionem fecisse; de nomine fateor; de re, aliter Eusebius in Chronico. Is scribit Democriti temporibus Panmenem & Mariam quandam

MANIL.

g



de arte auri & argenti conficiendi scripſiſſe. Suſpecta hæc habuit Scaliger, & Panodoro attribuit, quod Chymiam nimis vetuſtam faciant, uti & illa Manilii. Ecquid vero æquius fuit ſuam de novitate artis hujus opinionem habere ſuſpectam, quam Auctores hi revincunt?

V. 251. *Conſumantque foci Cererem* ] Ignis panem perficit, non interficit: conſumat, non conſumit. Lego ergo, *Conſumant*; quod olim ſcribebatur, *Conſumant*; nec enim conſonantes geminabantur. In ſuperioribus verſibus legi velim *fabricatur*, & *ſolum*. Quæ ſi intacta inanis relinquere, legito, *Conſument*.

V. 261. *Cernere ſub terris, undæ inducere terris* ] Geminatum illud *terris* non probat Scaliger: quapropter poſtremum reſingit, & legit *ecclis*. Verum iterationes huiusmodi non infrequentes ſunt apud Manilium. Sic ſupra hoc libro,

*magnamque putavit,*

*Seque in Arathæa dignum putas eſſe triumphum,*

Sic ad calcem libri hujus,

*docetque videndo*

*Qualis eat, doceatque ſuas attendere leges.*

V. 262. *Ipsaque converſis aſpergere fluctibus aſtra* ] Frequentiſſimus eſt apud nos ſalientium uſus, in quibus aquæ certa lege ex ſublimioribus locis per ſiſtulas plumbeas, tubuloſve fictiles in inferiora ductæ, ſurſum emicant; & velut altitudinis præſtitiæ memores tantum extolluntur in altum, quantum profluendo deſcenderant, æriſque gravitate aqualiter utrimque compreſſæ æquilibratam ſuam retinent. Quid in eo genere ars poſſet, nullibi felicius experta eſt, quam in antiquiſſimo Verſaliarum ſeceſſu, in quo naturam ipſam legibus ſuis parere, & maximi Regis oblectamentis & animi relaxationibus ſervire juſſit. An vero ſimile quippiam hoc loco ſignificet Manilius, dubitari poteſt. Nam convenire quoque poſſe videntur iſta in ſiphones, ſeu tubulos, quibus aquam ad extinguenda incendia ejaculabantur. Horum formam artificumque deſcripſit Hero in Pneumaticis. Verumtamen aquas illas ex altis locis in infima derivatas, atque hinc ſuperna magno impetu repetentes, ac deſcenſus ſui velut diſpendium reparantes, Manilium notaſſe puto: nam natorum ſub Aquatio artem primum fore ait fontes inveſtigare, *Cernere ſub terris*; hos repertos derivare, *fontes inducere terris*; & in ætrem demum remittere, *Ipsaque converſis aſpergere fluctibus aſtra*. Quod ſi Siphones illos, cujuſmodi Hero deſcripſit, notare voluiſſet, natorum illorum ſtudiū fore dixiſſet, non, *aſpergere fluctibus aſtra*; ſed, *extinguere fluctibus ignes*. Quoniam autem dubitare nonnullos video, an artificium hoc omne ſalientium, quo nunc utimur, Veteribus cognitum fuerit, paucis dicam tam claris eſſe monimentis expreſſum, ut id negare, perinde ſit ac oculos ad lucem claudere. Nam primum æquilibratam aquæ perſpectam hiſ ſuiſſe manifeſte docet Plinius, qui eam *ſubire altitudinem eorum ſui* deſinit, Exprimendæ item in altum

aquæ rationem tenuisse eos scimus ex Vitruvio , qui de ductionibus aquarum agens , *Cum venerit , inquit , ad adversum cliyum , quia ex longo spatio ventris leniter tumescit , tunc exprimat in altitudinem summi clivi.* Scimus & ex Palladio , qui idem persequens argumentum ait , *Si se vallis interferat , erectas pilas vel arces usque ad aquæ justa vestigia construemus , aut plumbeis fistulis dejici patiemur , & explicata valle consurgere.* Viderant præterea Veteres multis in locis aquas sponte à terra in sublimem erumpentes ; cujusmodi sunt in ora nostra Bajocana Neustriaci lioris. Observaverant quoque exilientes in aërem aquas per rimas plumbearum fistularum , quæ vitium forte contraxerant. Quæ igitur vel natura , vel casu contigisse animadverterant , promptum fuit id arte imitari , facile etiam imitando consequi. Ergo ad hunc modum Romæ in foro C. Cæsaris , prope Templum Veneris Genitricis , aqua Appia sursum emicabat. Ovidius in Arte ,

*Subdita qua Veneris facta de marmore Templo  
Appias expressis aëra pulsat aquis.*

Et si aqua hæc , ut pote ex urbano agro profecta , in multam altitudinem erigi non potuit ; & humiliore etiam directura , perinde ut aquæ omnes reliquæ , perducta est ; sive nondum subtilius explorata illo ævo arte librandarum aquarum , sive ob alias causas : de quibus consulendus est Frontinus in libro De aquæductibus. Talis fuit & fons ille , de quo in Veteri Epigrammate , quod edidit Pithæus ,

*Est via qua populum ducit fumonis ad ædem ,  
Fons ubi nativis aëra pulsat aquis.*

Nativas aquas appellat , non collectitias. Lucretius ingenuas dixit. In eo autem quod Ovidius de cruore erumpente ex Pyrami vulnere sic cantat ,

*Non aliter quam cum vitioso fistula plumbo  
Scinditur , & tennes fridente foramine longe  
Ejaculatur aquas , atque ictibus aëra rumpit.*

aptior fuit comparatio , cruoris ex vulnere , & aquæ ex fistulæ scissura exilientis , quam ex Epistomio tubuli hos in usus parato. Quocirca illud dixi , hoc tacuit.

V. 167. *Quæ per aquas veniunt operum* ] Aquas operum , pro , opera aquarum. Hypallage.

V. 198. *Quam partem decimam dixere Decahia gentes* ] Salmasius in libro De annis climactericis emendabat , *Quam partem Graia dixere Decanion gentes* : an ex ingenio , an ex libris , non apponit. Porro hunc inter & Scaligerum de Decanorum nomine non levis concertatio est. Arbitratur Scaliger ipsam quidem Decanorum doctrinam admodum vetustam esse , nomen verò ipsum recentius , & sumtum à militia Romana ; nec enim pati linguæ Græcæ genium , ut *Δεκάριος* fiat à *Δέκα* ; at Romanos Decanum appellasse cum qui esset Caput contubernii novem militum , quibus ipse decimus præesset , unde nomen illi. Quamvis autem non recentiores solum Apotelesmaticos ad stipulatores habeat Sca-

liger, quibus se tueri possit, sed veteres quoque, Manilium hoc loco & Porphyrium in Isagoge, contradicit tamen Salmasius, quem asse-  
ctatur Kircherus, & vocabuli originem repetere mavult, unde & rem  
ipsam profectam esse putat, à Chaldaeis nimirum, quibus vox דַּקְדָּקָא  
imaginationem, faciem, *αἰσώματα* sonat, à themate דַּקְדָּקָא quod Chaldaeis  
est *speculari*, & *prospicere*: vel à דַּקְדָּקָא, quod Syris usurpatur pro *ἐπισκόπος*  
& *ἐπίσκοπος*; ineptum quippe esse ait vocabulum id arcescere à militia Ro-  
mana, quasi Romani id duxerint à dictione *decem*, aut ejusdem for-  
mæ sit, cujus *primanus*, *secundanus*, *tertianus*, quod non est ita; nam  
à *decem* fit *decimus*, inde *decimanus*; ut à *quinque*, *quintus*, hinc *quintanus*.  
Addit deinde militiam Romanam, ante Constantini ævum, dictionem  
hanc non usurpasse, sed ætate Constantini sumxisse ab Astrologis, qui  
tum Latine plerique scripserunt. Certum est stare non posse Scaligeri  
sententiam, nam cum dictio *Decanus* extet apud Manilium, qui fuit  
Augusti æqualis, ante illa tempora locum & usum habere debuisset in  
re militari Romanorum; quod longè serius evenisse constat. Sed nec  
opinionem Salmasii probare possum; neque enim quisquam mihi per-  
suadeat Auctor, casu evenisse, ut qui decem Signi partibus præficeret,  
Decanus appellaretur, ea nominis forma quæ expressa videatur ad illas,  
*Primanus*, *Secundanus*, *Tertianus*. Præterea si *Decanus* dictio esset  
Chaldaica, à vetustis Chaldaeis & Ægyptiis Astrologis ficta & fre-  
quentata, usurpassent eam utique Mathematici Arabes & Judæi, quæ  
nulla apparet in eorum libris. Itaque verisimilius mihi fit, vocabulum  
hoc finxisse Ægyptienses Græcos, non longe ante Augusti ævum.  
Nam cum illa tempestate armis Romanorum Oriens personaret, facile  
crediderim ad formam dictionum illarum, *Primanus*, *Secundanus*, *Ter-  
tianus*, quæ frequentes erant in Romanis exercitibus, Genethliacos  
Alexandrinus, à vocabulo *Νεα* formasse & illud *Νεαρός*. Inquinatissi-  
mam autem & propè barbaram fuisse Alexandrinorum, reliquorum-  
que Græcorum Ægyptiensium loquelam declarant Grammatici Græci,  
Helladius, Phrynichus, & alii: ex qua linguarum colluvie manavit Co-  
ptica illa, quam nobis pro veteri Ægyptia obtrudere voluit Kircherus.  
Nil mirum igitur si vocem hybridam, originis quidem Græcæ, sed  
terminationis Latinæ excuderunt; quam à Sosigene, aliisque Mathe-  
maticis ex Ægypto venientibus acceperunt Romani, & in militiam  
deinde suam transtulerunt. Doctrinam quidem Decanorum in Com-  
mentariis suis accurate fuerat complexus Necepho, vetus Ægyptiorum  
rex. Nec penitus intactam reliquerat Petosiris, ut docet nos Firmicus.  
In eorum quoque tractatione operam suam, studiumque locaverat Teu-  
cer Babylonius, Porphyrio & Psello memoratus. At illi de re ipsa  
egerant, nomine verò Decanos appellasse quam audacter asseverat Sal-  
masius, tam confidenter negare possumus. Nam quod habet Porphy-  
rius, *ὅς τις ἐκ τῶν δεκανῶν ἢ ὁ δὲκατος*, non de vetustissimis illis Apo-  
telestinaticis intelligendum est, sed de iis qui paulo ante Augustum  
floruerunt. Rem quoque ipsam prætermisso nomine delibavit Ptole-

mæus in Tetrabiblo. Nomen vero & rem Hephæstion Thebanus, & Porphyrius explicarunt. Quocirca mirari subit, cur scripserit Firmicus Græcos istum tractatum cum quodam dissimulationis fastidio reliquisse.

V. 304. *Et verum in calo est* ] Conjiciebat Scaliger, in cæco, quod non improbo. Sed quoniam conjecturis agitur, quid si legamus, ἐν καλῷ, propter illa commercia siderum quæ prædicat. Certe Plautus, Lucilius, Lucretius, Varro, Martialis, Juvenalis, Aufonius, alii, carminibus suis Græca intexere non dubitarunt.

V. 322. *Nec quisquam numero discernitur, ordine cedit.* ] Sensus est, Nullus Decanus ab alio distinguitur, & differt numero, cum omnibus sit æqualis numerus attributus. Nam unicuique singulatim attribuuntur partes Signorum decem; nec ullus Decanus alteri cedit ordine suo, hoc est locum suum non relinquit, ut alteri concedat, sed suam seriem servant omnes. Aliter hæc explicat Scaliger, hic nempe non numeri, sed ordinis rationem haberi; neque enim quia primus est Taurus post Arietem, propterea primam in suo Signo decuriam obtinere, sed cedere ordini, quippe Cancrum ordine venire. Quasi vero, propterea quod Taurus primus sit post Arietem, hoc sit potius numeri quam ordinis; & quod Cancer veniat post Geminos, illud sit ordinis potius quam numeri.

V. 369. *junctisque sequendum Viribus* ] Malim sequentum. Ratio patet.

V. 388. *Cernere quum facili lucem ratione viderer* ] Versui huic subnectendus & alter iste, *Rursus & in magna mergis caligine mentem*; qui trajectus erat paulo inferius. Clarissima sententia loci cui redditus est, & ejus unde depulsus est, omne dubium tollit.

V. 406. *Quantum est, quo veneat omne?* ] *Aurum scilicet*, inquit Scaliger. Nulla hic auri mentio. Sensus est, Quantulum hoc est, quodcunque ad emendum cælum impendimus; labor nempe noster, & totius vitæ studium.

V. 429. *Urive, redive* ] Fortasse, transive, redive.

V. 434. *Incinimus sic verba, piget.* ] Libri scripti & impressi, *Incidimus sic verba piget*. Lege, *Incidim si verba piger*. *Incidim*, pro, *Incidam*; ut edim, pro, edam; coquint, pro, coquant, apud Plautum. Sententia jam liquet. Longum esse dixerat tantum rerum numerum versu comprehendere. Nunc addit, Si ea contrahere velim metu laboris, & ornamenta recidere, vanus erit labor iste meus & despectus, cum aurium voluptati servire desiero.

V. 530. *& multa fuscet caligine sidus.* ] Vexat hic Manilium Scaliger, quod Cancrum putaverit incipere oriri à Præsepi, quemadmodum Scorpium ab acumine caudæ; cum hic agatur, inquit, de prima parte Signorum oriente: quorum in Manilio nullum extat vestigium. Nam neque de ortu primæ partis cujuslibet Signi disserit, sed de Signi ipsius ortu. Velut cum agit de ortu Geminorum, *Sed Geminos aqua quum profert unda legitque Parte*. Ubi non primam partem Geminorum signat, sed mediam. Prodituros quoque cæcos ait, cum Nebulam suam Cancer attoller.

V. 547. *Judex extrema sistet vitæque, necisque* ] *Sistet*, pro, *stabit*. Sic

Virgilius dixit, *Sistun amies*. Sic Cicero in oratione de Suppliciis, *Qui Rempublicam sistere negat posse*, hoc est, *stare*. *Stabis* autem pro, *eris*; *stare* pro *esse*; unde Gallicum nostrum, *estre*; *stabam*, *i' estois*. Talia sunt infinita Scriptorum loca, in quibus explicandis valde astant interpretes. Manilius noster,

*Quum bene materies steterit praecognita rerum.*

Virgilius,

*Omnis in Afcanio cari stat cura parentis.*

Deinde,

*Stant belli causae.*

Ovidius, *Suffusa rubere Ante stetit. Alibi,*

*Stant tamen illa suis omnia tuta locis.*

Item, *Stetit foci*. Gratius, *Stat fama*. Tibullus,

*Nec in tonero stat tibi corde flix.*

Propertius,

*Stant mihi cum domina praelia dura mea.*

Rursum, *Pietate potentes Scamni*. Alio loco, *Misero steterat viginti annus*. Deinde,

*Infamis stupro stat Pelopea domus.*

Horatius, *Stet nive candidum Soracte*. Iterum, *Et alius verbis ultima Sistere causae*. Item, *Corycioque croco sparsum stetit*. Tum,

*Hoc misera plebi stabat communis sepulchrum.*

Martialis,

*Cum stare gratus cum silentio possim.*

Juvenalis, *Stat fortuna improba noctu*. Valerius Flaccus, *Nec nocte stabat contenta venenis*. Quibus locis, aliisque sexcentis, non aliud significat *stare*, quam *esse*. Idem est usus verbi *stare*. Unde cum ait Lucas in Actis Stephanum vidisse Filium Dei *sedentem ad dexteram Dei*, optime id reddas, *Qui erat ad dextram Dei*. Itaque non discrepat locus iste ab aliis Psalmi centesimoinoni, & Epistolae ad Ebraeos, in quibus Filius Dei sedere dicitur ad dextram Dei.

V. 563, *Invidet in facie, seivique aetherrima fronti*] Hæc refert Scalliger ad cadem Cæsaris; quæ quomodo illuc flecti possint, sane non video. Id vult Manilius, bello inclutos & victores fore, qui Sagittarium habuerit *invenit*; sed fortunam invidentem prosperis successibus deformes notas ipsis in facie inusturam. Talis fuit Annibal, altero oculo captus, cujus gloriam victoris partem hac deformitate fortuna pensabat.

V. 570. *cum primus Aquarius exit*] Pro eo quod est, Cum primum oritur Aquarius. Hanc figuram supra notavimus ad Librum secundum. Par adhibenda explicatio istis quæ proxime sequuntur, *Nec sit in primos animus procedere Pisces*; & his Libri hujus, *At quos prima creant nascentis sidera Tauri*: hoc est, Sidera Tauri cum primum oriuntur, Pisces cum primum surgunt.

V. 574. *Crimina per populum populi fert ore maligno*] Versum hunc obelo

suo confodit Scaliger, ut adulterinum & Manilio indignum; qui mihi contra optimus videtur, & plane Manilianus.

V. 591. *Hos inter bina mediis è partibus aura Expirant*] Sensus est, Inter hos ventos à quatuor Cardinibus flantes, duo utrimque spirant è mediis partibus mundi, & inter Polos utrimque sitis; nimirum ab ortu Aquilo inter Septentrionem & Subsolanum; Vulturnus inter Subsolanum & Austrum; ab occasu Corus inter Septentrionem & Favonium; Libs inter Favonium & Austrum. Similes deinde aut esse flatus, quod eorum naturam participant, quos inter fieri sunt.

V. 615. *Maotis & undis*] *Maotis*, pro, *Maotidis*. Idem infra hoc libro, *Maotisque lacus*, accusativo casu. Sic Ennius in Epitaphio Scipionis, *Supra Maoti paludes*; quod vix alibi reperias. Iones dixerunt *Μαυτος*, pro, *Μαυδος*; & *Μαυ*, pro, *Μαυδος*. Calpurnius Ecloga secunda, *Sub iudice Thyrsi*.

V. 616. *pontumque ministrat*] Recte; nam ex Maotide maria Euxinum & Aegeum proficiunt in meridiem & occasum, quoad se in Oceanum evolvunt. Hinc Maotis *μαυτος ποταμος* dicta est à Veteribus.

V. 626. *Hac medium terris circumdat linea pontum.*] Signatam his putat Scaliger lineam ab Eratosthene confictam, & à Fretto Gaditano ductam ad Isthmum Sinum, & cum Tauro monte continuatam, ad dividendum orbem in partes Australes & Boreales. De ea non cogitavit Manilius, neque sane cogitare debuit, cum Mediterranei maris oras describeret. Lineam appellat tractus litorum Mediterranei maris, qua maria terris junguntur.

V. 630. *Trinacria Italia tantum praecisa recessit*] Alludit ad vulgare crymon Siciliae, *Praecisam* appellans, quali *Sicilitam*; unde nomen ipsi factum quidam censuerunt.

V. 636. *Aulidaque*] Aulidem facit insulam, quemadmodum & Servius in Aeneidos quartum, & Lactantius Statii Interpres ad secundum Achilleidos. An dicta insula, quod sit Chersonesus, ut Peloponnesus?

V. 644. *Namque inter Boream, &c.*] Caspium mare Oceani Borealis effluviū esse mirabile est priscos Geographos plerosque credidisse, postquam antiquior Herodotus asseveraverat *τὸν κασίω δαίμονα ὅς ἐστι ἐν τῇ περὶ τοῦ ποταμοῦ τῆς ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ*. Mirabile quoque scripsisse Strabonem *αὐτοὺς εἶναι ἐν αἰγρῇ*, cum tradiderit Herodotus *ἄλλους ταυτοῦ θαλάσσης ποταμοῦ*. Ac finem quidem esse Oceani, non Plinius solum & Plutarchus, sed & Orasius existimavit, cum huius tamen temporibus jam diu edita essent Ptolemæi Geographica, quibus docebatur rei veritas; & jam collocato Constantinopoli imperio mare hoc crebris navigationibus propter vicinitatem frequentatum fuisse verisimile sit. Nec displicet Julii Cæsaris Scaligeri, alioquinque opinio, qui per subterraneos meatus, vel mare hoc in alia maria, vel alia in istud influere dixerunt. Jamdiu hac opinione viri docti, ut refert Eustathius, discordiam hanc componere tentarunt Dionysium Periegeten inter & Ptolemæum, quorum ille ex Oceano Caspium mare oriri, hic solitarium esse, & ab omni

mari secretum tradidit. Multis certe argumentis mari Caspio cum Euxino commercium esse approbavit Archangelus Lamberus, in nupera Mengreliz descriptione.

V. 651. *Latoque infunditur orbi.* ] Legerim, *lato qua.*

V. 659. *Et Libyam Italicam infundit in urbes.* ] Sic priscae editiones. Gemblacensis, *Et Libyam Italas.* Repone, *Et Libyen.*

V. 667. *Ac sterili pejor siccus infestat arenas.* ] Libri omnes, *Ac sterili pejor*: quod secutus est Scaliger; sed sensum non cepit. Postquam dixit Manilius tam noxia monstra Africam ferre, addit, non tantum sterilem esse, sed sterili pejorem, ut quæ siccus suas ac infecundas arenas feris illis & damnosis serpentibus infestat reddat.

V. 676. *Aequora, & extremum Propontidos Hellespontum* ] Quam sibi versus hujus expungendi licentiam sumit Scaliger, nos non concedimus; legas modo, ut placet Junio, *extremumque Propontidos.*

V. 680. *taurumque resolvit. Condere passa sibi signisque, humerisque iuvantem* ] Hunc quoque versum pro imperio Scaliger de fundo dejicit. At ego eum ad interdictum venire jubeo. Obsitus quidem versus mendis est, sed non proinde usurpator alienæ possessionis & loci. Donec opem ferant libri, sic emendemus; *taurumque resolvens Quærere passa sibi est ignisque onerisque iuvamen.* Europa terra Jovem excipiens, & taurina forma exuens, passa est hunc sibi amoris & oneris, quod per mare gestaverat, levamen quærere.

V. 682. *Ille puellari donavis nomine fluctus* ] Quodnam mare illud est, cui dedit Juppiter puellare nomen? An fluctuum vocabulo totam Europam Manilius signavit? Aliud animus suggererat. Stephanus de Creta, *οἱ μὲν φασιν ὅτι τῇ κόρης κορήτιν, καὶ κρήτιν καὶ αὐτοκρήτιν*. Quod sic interpretor, Coretam, & per contractionem Cretam esse dictam à dictione *κόρη*, quæ puellam significat. A Creta autem mare Creticum dicitur. Ergo appellationis hujus origo esset *κόρη*. Hæc conjicio tamen, non affirmo.

V. 692. *Italia summa.* ] Scaliger, *in summa*: Libri veteres, *in summam*, quod probo; hoc est, quoad summam, nempe rerum. Gallia nobilis divitiis, Hispania bello, Italia imperio totius orbis. *Summa* enim absolute positum, supremum imperium, & summam rerum significat. Plautus, *Solus summam habet hic apud nos.*

V. 695. *Quem Deus in partes, &c.* ] His consimilia sunt ista Dionysii Periegetæ, qui Manilio nostro æqualis fuit, ut alterum ab altero mutuatum dicas,

[θεοῖ] ἐμμενέουσιντο δ' ἐχέσθ  
 μῦθον ἔχον πόντοιο, καὶ ὑπὲρ τοιο βαθύνει  
 τὸν ῥα καὶ ἀγέην ῥυσμοῦ οὖσιν ἑλλαχ' ἐχέσθ  
 ἢ μὲν γὰρ λευκὴ τὴ καὶ ἀργυροῖασι τέτυκται,  
 ἢ δ' ἀθανάτοισιν ἢ δ' ἀμφοτέρων λάχε μεσφύων  
 ὅλην δ' ἀστυλὴν ἐνδομήκην ἀνθὶ μύλτου,  
 ὅλην δ' ἀποῖασι τὰς γὰρ μέγας ἐφ' ἑσθ' οὖν ζεῖς.

V. 741.

V. 741. *Perfunduntque suo subjectas equore gentes* ] Quod equor Manilius, Firmicus *influxus* dixit; nos vernacule *influentias* dicimus.






V. 743. *Caurum inter gelidum* ] Hoc est, flante Cauro. Caurum autem hic ponit pro Favonio: nam Caurus alioquin frigidus est & rapax.

V. 753. *Euxinus Scythicos Pontus sinuatus in arcus.* ] Hoc ipsum de Ponti Euxini forma tradunt Veteres plerique omnes. Nemo clarius Strabone, & Dionysio Periegete, ejusque interprete Eustathio, qui maris hujus Australem oram nervum arcus esse volunt, nulla habita ratione promontorii, quod Carambis appellatur, quodque versus Boream extra rectam lineam excurrit; oram vero Septentrionalem effingere arcum ipsum Scythicum, sive Parthicum, quem & Turcicum queas dicere; Parthi quippe & Turcæ Scythiis prognati, mores eorum plerosque retinuerunt. Hujus arcus forma talis est. Pars ea quæ sinistra manu tenetur, cuique sagitta imponitur, recta est, nec intendendo arcum lentatur. Utrumque vero prominent cornua, quæ paulum introsum flexa continuo extrorsum panduntur. Atque hanc figuram plane obtinet borealis illa ora maris Euxini. Nam promontorium Criumetopon, pars illa media est, quæ velut manubrium manu prehenditur. Sinus vero duo utrimque versus Boream recedentes, tum in quem evolvitur Borysthenes, tum in quem Mæotis, cornua sunt, quæ paulatim versus Austrum repanda & sinuata se denuntunt. Ex prima Tabularum Geographicarum inspectione facile id intelligitur. At Ammiani Marcellini non satis explicata est & aperta ratio, qui has describens oras sic disserit: *Cum arcus omnium gentium flexis curventur hastilibus, Scythici vel Parthici circumductis utrimque introsum pandis & patulis cornibus, effigiem Lunæ decrescantis ostendunt, medietatem recta & rotunda regula dividente.* Quorum ea significatio est, gemina illa arcus cornua utrimque introsum inflexa esse, & segmenta quædam circulum referre, quorum gibbosa pars nervo obversa sit, ita ut duas utrimque referant Lunæ decrescantis & *μεινόντος* effigies. *Διτλήν ὀπισθεν* appellat Strabo, *διτλήν τροχάεισαν* Dionysius. Has curvaturas dividit regula illa in medio posita, qua arcus tenetur. Ea autem recta est, quippe quæ adducendo arcum haudquaquam flectitur; rotunda quoque est, hoc est teres, & cylindri formam habens, cum cornua complanata sint & tenuata. Hæc utique perperam exposuit Valesius: nam quod Agatho Tragicus apud Athenæum Sigma simile dixerit Scythici arcus, propterea arcum Scythicum similem fuisse censuit literæ Sigma, quam olim Græci pingebant hac figura **C**. Tum Scalligerum castigat hoc nomine, quod reprehenderit Ciacconium, qui stibadium simile esse dixit arcui Scythico. *Quid enim, inquit Valesius, aliud est stibadium quam sigma; Sigma autem, non quodcunque, sed ita ut dixi formatum?* Castigat & Agathonem, quod formam Scythici arcus haud satis expresserit, cum Sigma referre dixit. Tot errores ab uno hoc propagati sunt; quod veterem literæ hujus formam Valesius ignoravit. Et si enim vetusta illa fuit **C**, vetustiore tamen fuisse hanc

MANIL.

h



Σ, vel istam potius , indicat Schin Chananzorum, quod tale est W, unde prodiit vetus Græcorum Sigma. Deinde cum ora borealis Euxini maris similis sit Scythici arcus, Scythicum autem arcum similem esse dixerit Agatho σ Sigma, sequitur Sigma ejus esse figuræ, cujus ora illa Septentrionalis Ponti Euxini. Atqui res ipsa, & descriptiones Geographorum, & primus Tabularum Geographicarum conspectus declarant orā illam esse figuræ hujus . Ergo accurata est & vera Agathonis comparatio; & merito castigandi sunt Ciacconius & Fulvius Ursinus, qui stibadium dixerunt simile esse arcui Scythico. Sciebant illi stibadium esse semitotundum & forma referre Sigma; sciebant quoque Sigma forma referre arcum Scythicum; verum perperam inde collegerunt stibadium forma referre arcum Scythicum; nam duplex fuit forma σ Sigma, alia hæc  quæ stibadii similis est, alia ista Σ quæ arcus Scythici. Errores istos cumulavit Valesius altero hoc, Σ cum dixit arcum Scythicum probe tensum referre figuram ἀμφικυρτον, hoc est effigiem Lunæ decrefcentis, Luna ἀμφικυρτος dicitur, cum media est inter πωτὶ λαιον, & διχ' τριον, sive cum è duodecim partibus diametri novem sunt illuminatæ; tum autem utrimque gibbosa est, & rotundior quidem ea parte quæ Soli propior est, altera parte planior. Ecquodnam autem arcus genus tale esse dicet Valesius? nam non arcum solum curvatum esse oporteret & inflexum, sed nervum quoque ipsum, quod absurdum est. Alias duas ex Euripide & Theodecte Phaselita ῥήσις affert Athenæus, in quibus Sigma simile esse dicitur ἑλικοῦ βοστροχου; quo tertia forma literæ hujus exprimitur; ea nimirum , rotundatis nempe & elisis angulis figuræ hujus , ut fieri solet à Librariis, brevitatis causa.

V. 754. *Sub Geminis te, Phæbe, colit, &c.* ] Geminos nonnulli Veterum Castorem & Pollucem, quidam Apollinem & Herculem esse rati sunt. Ex horum sententia nomina Apollinis & Herculis illis imposuerunt Arabes, quæ licet valde corrupta etiamnum retinent. Manavit id ex doctrina Ægyptiorum, qui Herculem, & Horum, seu Harpocratem, seu Apollinem, loci hujus præsides statuunt.

V. 755. *Ultimus est positus Ganges. Colit India Cancrum* ] Dictionem *Ganges* libri omnes agnoscunt, quam Scaliger expungit hoc argumento, quod proxime agat Manilius de India; non ergo putandum esse hic ab eo commemoratum Gangem qui in India est. Atqui est duplex India; & quæ ad ortum vergit, & quæ ad occasum. Hanc vult Manilius Cancrum colere; illam vero, quam permeat Ganges, colere Geminorum alterum, Virgilius,

*Sed neque Medorum sylvæ, ditissima terra,  
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,  
Landibus Italia certent, non Baëtra, neque Indi.*

En tibi Indiam à Gange distinctam, neque idcirco in hos versus quicquam

sibi Critici permiserunt. Ergo Gemblacensis Codicis vestigiis inhaerentes legamus,

*post brachia fratris*

*Ultimus ex solido Ganges. Colit India Cancrum.*

Quorum sententia hæc est, Euxinus colit Phœbum, qui unus est à Geminis; India orientalis colit brachia Herculis, alterius à Geminis. India vero occidentalis Cancrum. Ultimus autem ex solido Ganges dicitur, quod totius orbis pars ultima sit. Brachia Herculis, pro Hercule. Ut robur Herculis pro eodem; quod Græcis Poëtis familiare est.

V. 793. *ambiguum fidus terræque, marisque* ] Cornelius Severus Ætna, *Hæc visenda putas terra dubiusque marisque.*

Hoc est, terra marique iter faciens. Capricornus vero ambiguus dicitur terræ & maris, quod ex terrestri & marino animali constet.

V. 794. *Æstibus assiduus terram, pontumque tenentem* ] Plinius de Chaucis, *Vasto ibi meatu bis dierum, nocturnumque intervallis effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum natura controversiam; dubiumque terra sint partes, an maris.*

V. 816. *Percipe nunc etiam, &c.* ] Plurimum hæc habent mysteriorum, si audiamus Scaligerum, cum nihil tamen planius sit, nihil simplicius. Docet Manilius Signum in quo commissa est Eclipsis, ita affici per hoc deliquium, ut per longum tempus sit effectum & cassum viribus: nec ipsum solummodo, sed & id præterea, quod ei oppositum est; ita ut duo semper Signa hoc casu percellantur. Verum postquam receperunt pristinas vires, quæ proxima sunt Signa, eandem imbecillitatem & debilitationem contrahunt.

V. 821. *Mutantur sed cuncta diu* ] Diuturnitate temporis. *Diu*, pro, die; ut *noctū* pro nocte. Titinnius & Plautus, *Noctū, diuque.*

V. 822. *Et secunda suis subsistunt frugibus arva* ] Atqui aliud vult Manilius, nempe arva fecunditatem suam non retinere. Igitur legem, *Ne secunda.*

V. 847. *pariter subbina laborant* ] Placuit Scaligero novitas vocabuli hujus, quod mihi barbarum videtur & insolens. Legamus juxta Gemblacensem, *sed bina.*

V. 860. *Sidereo non ut pugnet, &c.* ] Non quod orbis terrestris labem hanc afflaverit orbi sidereo; imo vero cœli contagione afficitur ipse orbis terræ, nec vi suapte cœli noxam reparare potest.

V. 869. *& toto vivere in orbe* ] Hoc est animo totum orbem percurrere, animo toto orbe præsens esse. Sic supra de mercatore agens, *Totius & esse Orbis in hospitio.* Sic libro sequenti, *Totaque habitabit in urbe Limina pervolitans.* *Vivere*, pro, *esse*, eleganter dicitur. Catullus,

*Sed tu infusa male ac molesta vivis.*

Plautus Amphitruone,

*Virute dixit vos victores vivere.*

Et in Trinummo, *Lepidus vivis.*

V. 876. *Aëris atque ignis summi* ] Hæc ita interpolavit Scaliger, cum prius legeretur, *Ætheris atque ignis.* Quod autem dubitat an debeat

h ij

concedere *Aethera*, pro, aëre esse usurpatum, mirum sane est: nam hoc & Auctori nostro frequens esse supra probavi, & similia bonorum utriusque linguæ Scriptorum testimonia sunt in promptu.

V. 387. *Et quia consilium non est, & lingua remissa*] Hunc versum iste debet excipere, *Hic artus quicumque regit, secessit in orbem*: qui trans alios duos abscesserat. Sensus hic est, Pecudes omnes in ventris satietate, sensuumque voluptate, vel indolentia acquiescunt; ratione quippe carent, neque animi sensa lingua possunt eloqui. At animus hominis, qui corpus ipsius regit, pervadit totum orbem; unus ille rerum inspectiones, loquendi facultatem, & ingenii præstantiam, in artium vel inventionem, vel perfectionem confert. Eximia sententia, quam versiculi unius trajectio peremerat.

~~~~~

PETRI DANIELIS HUETII
ANIMADVERSIONES
IN MANILIUM, ET SCALIGERI NOTAS:
IN LIBRUM QUINTUM.

V. Erf. 3. *Quadrigis & Phœbus equis, & Delia bigis*] Mythici veteres Soli quadrigas, Lunæ bigas, Planetis reliquis suum cuique equum tribuebant. Vetus Epigramma à Pithæo editum,
*Luna biga datur semper, Solique quadriga,
Castoribus simpli rite dicantur equi.*

Hinc *ἰρμὸς ποσειδῶνος* apud Ænean in Poliorcetico.

V. 5. *Ac per descensum medios decurreret ignes*] Scriberet de suffragiis Planetarum; quod & fecisse videtur ipse Manilius, sed liber periit.

V. 34. *Colchidis & magicas artes qui vertere Iolco*] *Medea*, inquit Scaliger, *mutavit Colchon Iolco. Utraque urbs clara veneficiis*. Bis peccat, nam Colchidem dicere debuit, non Colchon; quo nomine frequenter à recentioribus appellatur. Causam errori præbuerunt verba hæc Horatii:

*Herbasque, quas & Colchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax.*

Ubi perperam legebat Helenius Acron, vel potius Scholiorum veterum compilator, qui sub Acronis nomine editus est, *Herbasque quas & Colchos*. Quam ineptam scriptionem inepto Scholio illustravit. *Colchos*, inquit, *civitas Ponti*. At recte Porphyryon, *urbs est Thesalia*. Unde intelligas legisse, *Iolcos*. Faverunt huic errori perculgatæ hæc prisco-
pum Mythologorum locutipnes, Iason, Colchos adiit, Medea Colchos

deseruit ; in quibus *Colchos* accusativus pluralis est dictionis *Colchi*, quod nomen est gentis, pro regione usurpatum ; non, ut perperam novitiis litteratoribus visum est, accusativus singularis nominis neutrius *Colchos*. Itaque Romanensis fabula circumfertur hoc titulo, *Agésilan de Colchos*. At Scaliger femininum esse credidit, ut *Iolcos* ; aut fortasse masculinum, & *Colchon* dixit. Nec levior est alter ejusdem error, cum *Colchon*, hoc est Colchidem, urbem esse dixit, qui regio est, non urbs.

V. 50. *Vera Syracusis Salamis non merget Athenas.*] Quoniam viros eruditos locus hic exercuit, & nodus vindice dignus est, symbolam nos quoque nostram conferemus. Duo hic querenda sunt ; quare Salamis dicatur Vera, non hic solum, sed apud Senecam quoque & Lucanum ; tum quando, & quo tandem modo Salamis Athenas merferit Syracusis. Optime mihi conjecisse videntur, qui Salaminem Veram esse dictam putant, ad discrimen Cypriacæ Salaminis, quæ Ambigua dicta est. Addo veri mihi simile videri appellationi causam dedisse oraculum Teucro editum, de quo Horatius,

Certus enim promissit Apollo

Ambiguam tellure nova Salamina futuram.

Quo responso in omen verso, & urbe velut ex oraculi præcepto Ambigua dicta, alia sibi Veræ nomen sumsit, ut à nova hac internosceretur. Quod utrumque conveniens erat ; nam hæc metropolis erat & origo alterius ; illa velut adulterina falsum sibi nomen usurpabat : quod cum audires, ecqua designaretur urbs, dubius esses. Cur autem Syracusis merfisse Athenas Vera Salamis dicta sit, id mihi videtur causæ fuisse. Constat memorabile illud prælium, quo Xerxis classem Athenienses ad Salaminem deleverunt, ita eorum sustulisse animos, ut maris imperium per multos annos jam inde assertaverint ; atque hinc porro factum, ut post varios rerum eventus, Syracusanis tandem bellum inferre statuerint ; quo bello victos terra, marique, classem & exercitum, cum ducibus Nicia & Demosthene amisisse. Hujus calamitatis, si quis rem ab origine repetere velit, causam vel unicam, vel certe præcipuam fuisse reperiet Salaminiam hancce pugnam ; quæ si numquam fuisset commissa, nunquam utique Syracusanos bello laceßere ausi essent Athenienses. Satis quid vellet expressit Manilius ; cum superiore versu dixit Xerxem navibus mare texisse. His animadversis jam aperta est loci sententia. Si hominum exoriente navi Argo nascentium partus non fuissent, Xerxes mare navibus non texisset, neque Athenienses eum ad Salaminem fudissent, neque hac victoria sublato imperium maris sibi arrogassent, neque exinde ad Syracusas tandem profligati essent. Salamis Vera, id est pugna ad Salaminem Veram commissa, non attrivisset res Atheniensium ad Syracusas. Ut si quis dicat Pharsalon Romæ Cæsarem interfecisse ; quod Pharsalica victoria inflatus Cæsar, cum Reipublicæ libertatem oppressisset, Romanorum animos in suam mortem concitarit. Familiaris est Poëtis nimis longe repetita rerum expositio, Sic apud Eu-

h iij

ripidem in Medea, cum nutrix queti vellet Medeam alumnam suam Iasonis amore patriam reliquisse, dolet abietes in Pelio monte ad ædificandam Argo navim cælas fuisse. Id imitatus est Ennius, & pene ad verbum expressit. Tale hoc est quod affert Cicero libro primo De inventione: *Quod si non P. Scipio Corneliam filiam Tiberio Græcho collocasset, atque ex ea duos Græchos procreasset, tante seditiones nata non essent.* Vitiosum hoc est, meritoque à Cicerone multis locis reprehenditur. Auctor librorum ad Herennium: *Quod extremum dictum est, satis fuit exponere; ne Ennium & ceteros Poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est:*

*Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiogna ad terram trabes;
Neve inde navis mœbœanda exordium
Cepisset, qua nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Pelia per dolum.*

*Nam nunquam hera errans mea, domo efferret pedem;
Medea, animo agra, amore sevo saucia.*

Nam hic satis erat dicere (si modo quod esset satis, curasset Poëta)

*Utinam ne hera errans mea, domo efferret pedem
Medea, animo agra, amore sevo saucia.*

Ergo in hac quoque ab ultimo repetitione in expositionibus magnopere super-
sedendum est. Idem peccavit Manilius, cum cladis Atheniensibus ad
Syraculas illarum caussas arcessivit à Salaminia victoria: quanquam ex-
culari id potest, quod ipsa hæc Salaminia pugnae commemoratio ar-
gumento ipsius illustrando utilis erat. Quippe si nulli nati essent exo-
riente cœlesti Navi, nulla fuisset Salaminia pugna. Ac rei sane na-
valis gloria ita celebrabatur Salamis, ut in Jovis Olympii delubro si-
mulacrum ejus extiterit, rostra navium manibus gerens, quod disci-
mus ex Pausania. Locutionis hujus audaciam non mirabitur in Mani-
lio, qui quam in figuris temerarius sit & vehemens perspectum ha-
buerit. Explicationem nostram plane asserit Silius, cum ait Syraculas
Salaminiorum trophæorum gloriam obscurasse, demersis in mare
Athenis clade Regis Persarum superbis. Facit & ad Manilianum hu-
jus loci illustrationem alter ille Lucani, in quo agens de delectibus à
Pompeianis ducibus per Græciam habitis, hæc scribit,

Exhaustis totas quamvis delectus Arbenas,

Exigua Phœbea tenent navalia puppes;

Tresve petunt Veram credi Salamina carina.

Veram Salamina dixit Manilius *μωριωννας*; prælium Salaminium; Luca-
nus eadem appellatione designavit classem Atheniensem, quæ ad Sala-
minem conflavit. Quamvis, inquit, delectibus exhaustæ sint Athenæ,
paucas tamen & exiguas naves ad bellum in navalibus suis expeditas ha-
bent; quæ licet tres tantum numero sint, in iis tamen comparandis

haud minus laboraverunt, atque olim in classe illa Salamina adornanda; eodem itaque loco haberi postulant, quo olim habitata illa est, & Veram Salamina, hoc est Salaminiam ipsam classem credi volunt. Phœbea appellat navalia Atheniensium, propter celebrem gentis eruditionem; quod perinde est ut quod dixit Manilius libro quarto, *In regnum florentes oris Arbena*. Quæ super his commentatus est Samuel *ερευνήμας* Petitus, exigua oppido & levia sunt.

V. 57. *Sed summa lateris surgens de parte sinistri*] Et si non leviter halucinatus est Manilius in iis quæ de Argo & Orione hic disseruit, attamen ex male intellecta ipsius doctrina in iis carpitur à Scaligero, in quibus erroris neutiquam est affinis: puta quod Navim locaverit ad dextram Arietis; *Argo A dextri lateris ducit regione per astra*; Orionem ad sinistram. At supra notavimus dextram Septentrioni, lævam meridiei Manilium adscribere solere, quasi respiciat occasum. Quamobrem cum ait Arietem ducere Argo à regione dextri lateris, intellige dextrum latus navis Argus: Arietis enim Borealis est Navi. Cum ait Orionem surgere de parte lateris sinistri, intellige partem Australem cœli, in qua situs est Orion. Cum vero censuerit Manilius cum quarta Arietis parte Navim *παραστήσαν*, cum decima quinta Aurigam, atque inter utramque partem Orionem locaverit, decimæ haud dubie contribuendus est, cui eum adscripsit Firmicus. Falso ergo censuit Scaliger, Navim & Orionem in eadem *μονομωείᾳ*, quarta nempe parte Arietis, Manilium collocasse.

V. 70. *Qua gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis*.] Pœnas hic quoque dat Manilius Scaligero. Quid est, inquit, Boreas instare Aquilonibus? Idem profecto, quod Ister instare Danubio, Eridanum Pado: nam Boreas est Aquilo. Imo, Boreas hic non est Aquilo. Sæpe confunduntur: hic distinguendi sunt. Boreas Deus est, præses ventorum Septentrionalium, qui Aquilones dicuntur. At Ister non est Deus Danubii præses, nec Eridanus Padi.

V. 79. *Vincantem pedibus ventos*] Id est, cursu. Frustra hic cavillatur Scaliger, Ineptum vero est illud *penitus*, quod obtrudit pro *pedibus*.

V. 92. *in orbe Pontibus impositis*] Malim, *imposito*.

V. 105. *Qua dexter Boreas spirat*] Dextrum Borean appellavit *πνευστήρ*; nam ventus hic cognominatus est Dexter, Origenes Homil. 1. in Ezech. ex interpretatione Hieronymi, *Aquilo*, violentissimus ventus, quem alio nomine Dextrum vocamus. Commentarius in Psalm. 106. Hieronymo adscriptus, *Aquilo*, durissimus ventus est, nomine autem Dexter vocatur. Beda in Job. 26. *A Solomone Aquilo durus ventus dicitur: nomine autem Dexter vocatur*. Philargyrius in Georg. 2. *A sinistra Austri, Septentriones à dextra*.

V. 107. *Aut Brutum, atque patrem Torquatium*] Omnino scribendum, *patrem Torquatium*: ut intelligatur cruenta illa ipsius in filium animadversio.

V. 152. *nec insunt tagmina plantis*] Lege, *nec desunt*.

V. 154. *atque habitat sub pectore caco Ambitio*] Et ex præcedentibus, & ex sequentibus, satis apparet ambitionem hic appellari indolem ad amorem pronam. Ita Horatius, *Lascivis hederis ambitiosior*. Quo morbo qui tenentur, morbum suum amant, & virtutis nomine prætexunt. Leguntur vel Amores Luciani.

V. 167. *Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis*] Versum hunc in locum suum, sic tanquam emanforem in castra reducamus; nempe ante duos præcedentes:

*Nunc exire levis missas, nunc mittere palmas,
Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis.*

Virgilius de Entello:

*Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
Nec mora, nec requies: quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus Heros
Creber utraque manu pulsat, versatque Dareta.*

V. 168. *Ille potens turbam, &c.*] Ludus hic est quem optime descripsit Scaliger, cum quis plures pilas utraque manu jactit alternatim in sublime, & cadentes excipit & remittit ab antica parte & postica; quod & quidam 'apud nos, sed binis tantum pilis ab antica parte, & dextra duntaxat manu faciunt. Trigonem Veteres ludum hunc appellabant; ad quem ut expeditiores essent, deponebant vestimenta, unde Trigonem nudum vocat Martialis. Præcipua in eo erat industria sinistra perite uti, non minus quam dextra. Quod & indicat pluribus locis Martialis. Nominis origo multum quæsitæ est, nec reperta. Hanc esse veram puto. Tres ludebant, & in trigonum consistebant: inde ludus Trigon dictus. Jucundius erat spectaculum, cum plures simul ludebant, quam cum unus. In triangulum autem stabant, ne lusor adversus lusori esset; nam hoc si fuisset, pilæ lusoris adversi in oculos ejus incurrissent, lusumque ipsius conturbassent. Cum autem tres stabant in tribus angulis, conversi versus centrum Trianguli, oppositum unicuique erat unum è lateribus Trianguli, quæ lusoribus vacua erant. Opinionis nostræ veritatem asserit nummus Marci Aurelii cusus Byzantii, quem repræsentat Mercurialis, in quo tres pililudii in triangulum positi, corpore nudi, singuli pilas binas in altum supra caput jactant. Eo pertinent ista Lucani in Panegyrico,

*Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminare pilam juvat, aut revocare cadentem,
Et non sperato fugientem reddere gestu.*

Eo & istud Symposii, in Enigmatæ de pila,

Meque manus mittunt, manibusque remittor in auras.

Significat & ludum hunc Celsus, cum ait opus esse iis, quos frequenter citata alvus fatigat, pila superiores partes exercere: nam pedibus eodem consistentes loco superna tantum parte corporis moventur. Significat & Petronius, cum Trimalcionem ait se pila sparsiva exercuisse: quo idem notatur ac istis Manilii, *Ille potens turbam perfundere membra
pilarum*

pilarum. Tum graphice rem exprimit, cum addit *pilas inter manus lusus expellente vibrasse.*

V. 172. *Invigilat somnis*] Id prædicit eventurum nato sub Lepore, quia leporis apertis oculis dormire solent.

V. 174. *cui parte sinistra Ascendunt Jugula.*] Firmicus de sideribus agens, quæ cum Cancro oriuntur & occidunt, hæc scribit, *In prima parte Cancri oriuntur Afelli, quibus orientibus qui natus fuerit, erit quidem irreligiosus & perfidus, sed ad omne venationis studium applicatus.* Fraudi hæc fuerunt Scaligero, qui ita disserit, *Jugulas vocat, quos alii ὄρους, Afellos in ποταμῷ Cancri. Nam ita etiam Firmicus Paraphrastes interpretatur. Nusquam memini me legere Jugulas pro Afellis Cancri. Sed Orion vocatur Jugula.* Scaligerum plurimi sunt secuti. Quia nullibi legerat Jugulas pro Afellis, dubitare debuit an hic Manilius Jugulas pro Afellis posuerit. Quod ita certe non est. Etiam si Firmicus hic Manilium aliqua ex parte secutus videri possit, non in ejus tamen verba juravit, nec ita ei se addixit, ut non ab eo aliquando discesserit. Velut hoc loco, cum ait *irreligiosum & perfidum fore*, qui natus fuerit orientibus Afellis; nam hæc non apparent in Manilio. Cum itaque diversum notet ἀποπίλασμα, diversum quoque sidus designasse putandum est. Intellexit utique Firmicus duas illas stellas in Signo Cancri, quæ τῇ ἐκείνῃ proximæ sunt, versus Leonem. At Manilius in animo habuit Orionis asterismum, qui Jugula dictus est ab Antiquis; vel potius stellas quasdam Orionis, quæ Jugulæ dictæ sunt. Nam in astrothesia collocantur stellæ tres in capite Orionis. Unicam tantum, at νεφέλην illic ponit Ptolemæus: illic & Varro, qui quatuor numerat. In vultu statuit eas Manilius, *Per tria subductos signatur lumina vultus.* At à veteribus Astronomis in jugulo positas fuisse credi potest, nam jugulo proximæ sunt, & circa aurem sitæ. Hinc Jugulæ dictæ sunt; vel etiam Jugula: quemadmodum Pleiades & Pleias dicuntur stellæ illæ in Tauro. Transit & ad Orionem appellatio, ut produnt Veteres: nempe, ut opinor, quod cum prima in hoc asterismo oriatur Jugula, cum oriri inciperet Orion, oriri Jugulam dicebant. Pari modo Procyon dicitur asterismus hujus nominis, & lucida in eo stellâ: Canis & Sirius vocantur Canis major, & stellâ in eo lucidissima: Arcturus, nomen commune est Booti, & stellæ lucidæ in ejus genu. Sæpe id factum ab Arabibus, qui singularem aliquam stellam de nomine totius Astri appellare consueverunt. Sic eam quæ Polo proxima est in cauda extrema Cynosuræ, vocant Alrucaba, quod nomen est Cynosuræ ipsius, & Plaustrum significat. Ergo Orion Jugula dictus est à stellis Jugulis, Jugulæ à jugulo, jugulum diminutivum est à jugo; quo nomine partem hanc dictam putem, διὸ τὴν ζυγυῖαν πλὴν κροτῶν τοῦ σώματος. quod caput humeris conjungat. Quam ob causam ζῦγος quoque & jugum dictum est citharæ collum. Orionem quidem à Jugulo dictum esse Jugulam scribit Varro. Verum cur à Jugulo nomen traxerit, non apponit. Arabes, non stellas illas tres capitis, sed lucidam humeri locant in jugulo, & Nucem juguli appellarunt. At tres illas capitis hic de-

MANIL.

notatas esse à Manilio plane indicat quod ait, consurgere Jugulas à parte sinistra Cancrì. Id in Asellos convenire non potest, qui sunt in medio Cancrì. At Orion situs est ad Australem cœli partem, quam sinistram appellari à Manilio superius ostendimus.

V. 176. *flammis latitantibus ustum*] Scriptio isthæc est à Reinesio, cum libri omnes habeant, *habitantibus*, hoc est ἐνοικοῦσι, intestinis.

V. 185. *& claudunt campos formidine mortis*] Suspecta mihi est postrema hæc vox. Legerim *penna*, vel quid simile.

V. 197. *At Procyon oriens, &c.*] Exscripsit ista Firmicus ὁ πρόκυον. In Cancrì parte xx, inquit, oritur Argion. Legere nos jubet Scaliger, *Procyon*, pro *Argion*. Ego nihil muto. Argion diminutivum est ab ἀργός; ut τριών ἀ τριών, μειών ἀ μειός. Αργός nomen fuit canis Ulyssis apud Homerum, qui & κύων ἀργός appellat, vel propter coloris candorem, vel propter celeritatem. Hinc Cynosarges nomen habuit. Αργός quoque inter Αἰζωνis canes recensetur ab Hygino. Sic & Argion cœlesti huic minori Cani nomen fuit, & fortassis ad discrimen majoris Canis, cui & Αργός nomen esse potuit.

V. 203. *Lentaque contextis formare hastilia nodis*] Imo, decutiuntur & emendantur nodi, ut formentur rasæ hastilia virgæ. Lege ergo *conscellis*.

V. 207. *Exoriturque Canis, latratque Canicula flammans*] Hic Canem à Canicula distinguit Manilius. Quod non semper fit, contra ac opinatur Scaliger. *Tota μύρωσις*, inquit, *dicitur Canis; σείριος autem in maxilla, aut ore Canis, dicitur Canicula*. Ego vero aio & μύρωσις & stellam in ea lucidam appellari Canem & Sirion. Geminus in Isagoge: ὁ δὲ ἐν τῇ σόματι τῷ κυνὸς λαμψὲς ἀστὴρ, ὃς δοκᾷ πλεῖν ὅλησαν πλεῖν τῷ πνεύματι ποιῆν, ὁ μωυόμωσ ὅλη τῷ ἡμῶν κύων σεσαργρεύεται Hyginus: *Canis habet in lingua stellam unam, que ipsa Canis appellatur*. Germanici Scholiastes de Cane majore, *Habet in lingua stellam unam, quam Sirium vel Canem vocant, que magna est & splendida*. Sirium vero nominari μύρωσιν ipsam cognoscas ex his Germanici, de Cane,

Sirion hunc Graii proprio sub nomine dicunt:

& ex his Theonis in Aratum, Νοτιάτιος ἔστιν ὁ κύων, ὁ σείριος καλούμενος, ὃν ὠείκειος κύων λέγουσι κατ' ὅλην αἰῶνα. Tum ait de stella ipsa, διὰ τὸν ἐπ' ἀκρὸς αὐτῆς ἡνὸς ἀστὴρα, ὃς ἰδὲ σείριος καλεῖται. Plinium quoque carpit Scaliger, quod dixerit, dubitans tamen & incertus, Procynem esse Caniculam: *Procyon*, inquit, *apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hanc velimus intelligi*. Et mox, *Sidere illo, quod Caniculam appellavimus*. Atqui ita appellatur quoque ab Hygino; *Canem autem sua appellatione & specie Caniculam dixerunt, quæ à Graecis, quod ante maiorem Canem exoritur, Procyon appellatur*. Idem in Fabulis, *Icarium Arcturum in sideribus est dictus; Canis autem Mera Canicula*.

V. 210. *Fatumque supremum Sortitur.*] Non Calabri tantum & Cei; quorum meminit hic Scaliger, sed & Romani quoque Sirio sacra faciebant, ad calorū inclementiam & atrocitatem mitigandam, & aver-

tendam rubiginem. Canis ei & ovis immolabantur Robigalibus, in luco Rubiginis, via Nomentana, extra portam Catulariam, cui & inde nomen.

V. 223. *Ante os est animus.*] Vetus dictum hoc, ἡ γλῶσσα πρὸ τοῦ στόματος, Lingua præcurrit mentem, interpretamentum esse vult Scaliger Maniliani istius loci; quod contra est. Nam Manilius dicit fore ut eorum quibus nascentibus, horoscopabit Canicula, animus lingua sit promptior; at dictum illud verus significat linguam esse animo promptiorem. Sane qui ira commoti sunt, vix eorum lingua animi motibus par esse potest; & plura ardens ac concitata mens agitat, quam lingua proferre queat. Blaterones contra, locutuleii, garruli, linguaces, multa effræni oris intemperantia profundunt, ad mentis examen non expensa; sic ut in iis reperias λίσσιον μὴ πταμωῖς, τοῦ δὲ θαλάσσιον.

V. 233. *Prægressum querit Leporem comprehendere cursu*] Currentem quoque Canem Aratus graphice exhibet:

πῶς καὶ φρουρὸς ἀνερμῆς ὑπὸ νύκτι
φαίνεται ἀμφοτέρωθεν ὑπὸ ποσὶ βέβηκός.

Quapropter miror, quid in mentem venerit Bayero, cur recubantem eum pingeret.

V. 276. *Quod solum decuit mortales nosse metallum.*] Metallum appellat fruges sub terra conditas, *Quidam enim granaria habent sub terris speluncas, quas vocant σπηροί, ut in Cappadocia ac Thracia; alii, ut in agro Carthaginensi & Ostensi.* Scripsit id Varro in libris de re rustica, cujus verba exscripsit Plinius. Addidisset & loca circa Bactrianam, in quibus Barbari huiusmodi cryptis utebantur, quas & Siros vocabant, ut docet nos Curtius. Unde cognoscas errare eos qui vocis originem quaerunt in Græcia. Frequens hoc est hodieque in Africa & Pannonia, necnon & in quibusdam Galliæ nostræ locis.

V. 278. *Dives erat.*] Pro, Dives esset: quod jam supra notavimus.

V. 279. *Et si forte labor ruris tardaverat artes, &c.*] Lege juxta Gemblacensem Codicem, *tardaverit.* Sensus est, quod si rure laborare non poterunt, ad domestica opera convertentur. Virgilius,

*Frigidas agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno,
Maturare datur.....*

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

V. 280. *Quæ sine nulla Ceres, non ullus seminis usus*] Imitatur & istud Virgilii,

Quæ sine nec potuere feri, nec surgere messes.

V. 306. *At cum secretis improvidus Hædus in astris*] Petulanter Manilio hic insultat Scaliger, *Quis est iste Hædus?* inquit, *ubi ejus grex, cujus meminit Manilius? Hædos tantum & Capram novimus; illos in sinistra, hanc in humero sinistro Heniochi.* Deinde, *Non satis possum mirari, quid Manilium de hoc Hædo adegerit pronuntiare, qui non est in rerum natura.* Neque ego (ut pro Manilio respondeam) satis possum mirari, quid

Scaligerum de hoc Hædo adegerit pronuntiare, non esse in rerum natura, tum clarissime dixerit Horatius,

*Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec sevens Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hædi.*

Clarissime & Propertius,

Purus & Orion, purus & Hædus erit.

Is autem Hædus unus est ex illis Hædis, qui sunt in sinistra manu Heniochi. Unus autem pro ambobus ponitur. Ergo ut Arcturo Hædum conjungit Horatius, sic Hædos Virgilius;

*Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis,
Hædorumque dies servandi.*

Quærit præterea Scaliger, ubi Hædi hujus grex, cujus meminit Manilius. Notasset dixisse Manilium,

*Erranti similis fratrum vestigia querit,
Postque gregem longo producit intervallo.*

Non errat Hædus, neque gregem quærit, sed quærere videtur, & erranti similis est. Poëtica hæc dicta sunt, quæ non ad verum accuratius sunt exigenda.

V. 320 *præfata sonantis*] Virgilius in Culice, de Danaïdibus,

Sicut Hymen præfata dedit connubia mortis.

Id est, Hymen connubia dedit, mortis præludia.

V. 324. *Hinc venient vocis dotes, &c.*] Exprimit vocalem cantum, qui assa voce editur; eum qui flatu, ut tibiæ; & qui manu, ut lyra: non autem, quod existimavit Scaliger, triplicem soni naturam, *ῥυθμικῶν*, quæ voce constat; *ὀργανικῶν*, quæ flatu; *ῥυθμικῶν*, quæ impulsu digitorum numeros recipit: nam & *ὀργανικῶν* numeros recipit impulsu digitorum.

V. 326. *Et quodcumque manu loquitur*] Scribe, *manus*.

V. 335. *Ara ferens thuris stellis imitantibus ignem*] Dubitare quis possit, ecquid sententia loci hæc sit, Ara ferens ignem thuris, stellis imitantibus, hoc est, quem stellæ imitantur. Sic infra,

*Ter decuma sub parte feri, formantibus astris,
Plumeus in cælum nitidis Olor evolat alis.*

Hoc est, Olor quem astra formant. Verumtamen assentior Scaligero, qui *ἄν* ferens, exponit *ἄναρ*, ut sit absolute dictum. Tale illud est quod extat inferius,

*At cum se patrio producit ab æquone Piscis,
In cælumque ferens alienis finibus ibit.*

Deinde,

*Ceruleus Ponto cum se Delphinus in astra
Erigit, & squamam stellis imitantibus exit.*

Hoc est, stellis imitantibus squamam; ut, *Stellis imitantibus ignem*. Porro præterire non possum vexatissimum Arati locum de Ara hac

cœlesti, quem hic ad incudem suam revocat Scaliger. En tibi Arat i verba,

τὸ μὴ μοι πλάγῃ νεφέων εἰλυμένον ἄλως
ἔυχῳ μεσότη κείνο φανήσθαι ἔσαντο ἄσπετον,
αὐτὸ μὲν ἀνέτελλοντε καὶ ἀγλαόν·

Sic habent Editiones vulgatæ. Aliter hæc legit Cicero, aliter Germanicus, aliter Avienus. Aliter etiam Theon, aliter Scaliger, aliter & Grotius. Ego locum sic emendo:

τὸ μὴ μοι πλάγῃ νεφέων εἰλυμένον, ἄλως
ἔυχῳ·

Ut hic extet sensus: Quapropter cum in mari nubibus obducto versaberis, ne temere optes hoc astrum innubilum & splendens tibi in medio cœlo apparere. Grotius legit, uti nos, εἰλυμένον, sed refert ad ἔσαντο. Scaliger legit uti nos ἄλως, sed exponit, *alioqui*. Ego εἰλυμένον refero ad πλάγῃ, quod propius est: ὃν ἐν πλάγῃ νεφῶν εἰλυμένον. In mari nubibus obsito navigans. Μὴ ἄλως ἔυχῳ, Ne temere optes & apprecheris Deos, ut hoc tibi signum appareat fulgidum & innube.

V. 345. *Aut mulos aget aut mannos*] *Mannos* Gallicum esse vocabulum docuit pridem Publius Consentius in Arte: quid apud Gallos significaret, non addidit. At nos scimus apud Cambro-Britannos, qui veterem linguam Britannicam, quæ Gallicæ similis fuit, retinuerunt, *Man* significare parvum, exilem, tenuem, minutum.

V. 347. *Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma*] Aut cataphractus equos conscendet, aut inibit prælium equo vectus. Optime Firmicus, *Faciet inter equites militare*. Quæ ad Centauros pertinere palam est, qui ex equis certarunt cum Lapithis. Ἀναβολίων autem & stratorum munere functos ipsos fuisse, quis unquam dixit? Merito itaque hic castigandus est Scaliger, propter castigatum immerito Firmicum.

V. 364. *Alitum omne genus, studium, censusque vocabit.*] Sic scribi volebat Reinesius, cum vulgo legeretur, *Alitumque genus*. Mallem, si per veteres Libros liceret, *Alitum genus in studium*.

V. 368. *Pascentemve super surgentia tendere lina*] Libri omnes, *ducere lina*. Quod exponit Scaliger, *παλύνει*; ut sensus sit, Avem pascentem illicere, & adducere supra lina: cum è contrario id sibi velit, Lina super avem pascentem ducere.

V. 370. *Quo modo militia*] Τὸ modo, inquit Scaliger, *tangit nuperam Romanorum in Phasidos partes irruptionem, aut in alias terras longinquiores*. Imo, vult Manilius Romana arma nondum eas regiones penetrasse, quas luxuria pervaserat.

V. 381. *Qui gestant caveis volucres ad iussa paratas*] Optime instituuntur aves Bagdadi ad literas perferendas. Magnus etiam artificii hujus usus Aleppi, & per totam Syriam, jam inde à vetustis temporibus. Qui etiam feliciter adhibitus est, cum majores nostri, Philippi primi ævo, bellum illic gererent. Quod autem hic habet Scaliger, rem eam esse ultra captum credulitatis nostræ, miror id ab illo scriptum, in ea præ-

sertim urbe Lugduni Batavorum, quæ cum ab Hispanis obsideretur, per literas columbarum ope missas monita ab Hollandis quid facto esset opus, quid ad sui defensionem pararetur, libertatem suam egregie tutata est. Idem paulo ante Harlemi factitatum fuerat ab Harlemensibus, sed dispari successu. Cæterum eo pertinere videtur istud Juvenalis,

Tanquam & diversis partibus orbis

Anxia precipiti venisset epistola pinna.

Quod alio flecti ab Interpretibus quibusdam non ignoro.

V. 394. *Cumque suis domibus conchas, valloque latentes Protrahit immer- sus*] Gemblacensis habet *concha*, quod probum est. Scaliger voce *latentes* notari putat pisces; quasi urinatores petant pisces, in conchis margariferis latentes. Intellige margaritas ipsas.

V. 399. *rapidumque notari Vix quicquam est. Locuples oneratur terra profundo*] Sequor fidem Gemblacensis, qui sic scriptum habet: *rapidumque notari Vix unquam est*. Hoc est, etiamsi conchæ maximi sint pretii, ea tamen est illarum exiguitas, ut vix earum raptorem notare & deprehendere liceat; adeo facile est huiusmodi furtum occultare. Terram margaritarum divitem mare tegit. *Rapidum*, pro, raptore, defendi potest suffragio Servii, qui *rapidum creta* exponit, raptorem cretæ. Certe, ut verum fatear, inepta mihi semper visa est hæc Servii interpretatio. Longe minus probare possum, ut *rapidum* absolute & substantive putemus dictum, pro raptore. Legi malim, *raptumque notare Vix unquam est*. Vix huiusmodi furtum deprehendi potest.

V. 412. *Squamam stellis imitantibus exit*] Atqui squamati Delphines non sunt; quare merito Manilium Scaliger reprehendit. Idem tamen est error Ovidii de Lycabante mutato in Delphinem,

Squamamque cutis durata traherat.

Pari halucinatione ceto ad vorandam Andromeden misso squamas tribuit, quod & Achilles Tatiuss peccavit in *Eroticis*; cum cete proprie dicta, *Medusa* sint. Similiter scombris squamas à Manilio tributas fuisse suo loco notabimus.

413. *Ambiguus terræ partus, pelagoque creatur.*] Propter similem Delphini naturam, quam terrestrium & aquatilium animalium naturam participare docet Aristoteles.

V. 418. *Et sinubus vires sumit, fluctumque figurat.*] Nam cum in aërem exilit Delphin, & supra aquam attollitur, curvus apparet. Id fit ex contentione & nixu, quo opus est ad saltum; corpus enim flectitur & contrahitur in conatu. Sinubus igitur, hoc est curvatura & flexura corporis sui vires sumit. Cum ergo hoc habitu corporis observari soleat à nautis, tum cum exit aqua, & sursum salit, inde fit ut eodem pingatur in vetustis nummis & apud Poëtas. Pacuvius,

Nerei repandirostrum, incurvicervicum pecus.

Ovidius de Medonte Delphinis formam sumente,

Spina curvamina flecti

Incipit.

Deinde de alio ,

*Truncoque repandus in undas
Corpore defluit.*

Idem alibi ,

*Tunc neque se possunt pandi Delphines in undas.
Tollere.*

Rursum alio loco ,

Tergo Delphina recurvo.

Propertius ,

Curvaque Tyrrhenos Delphinum corpora nautas.

Stattius de Delphine ,

Summa per aquora flexus

Emicat.

Nec Delphinem solum , sed & Cetum in perniciem Andromedæ missum simili forma exilire dicit Manilius ,

Et tortis innitens orbibus alte

Emicat.

V. 421. *Nunc aquore mersus Deducet palmas furtivo remus in ipso. Nunc in aquas rectus veniet.*] Medii hujus versus sententiam non est assecutus Scaliger , statimque à Manilio abjudicandum pronuntiavit. Facilis profecto & expedita Criticæ exercendæ ratio , si quæ non intelligas , continuo ut supposititia recidas. Nos ut legitimum retinemus. Tantum emendamus *furtive* , pro *furtivo*. Nunc , inquit Poëta , mari immerfus , clam deducet palmas , manusque agitabit , ita ut ipse sibi remus sit. *Remus in ipso* , pro , in seipso , quod plane Manilianum est.

V. 437. *Membraque per flammæ , orbisque emissæ flagrantæ Molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis.*] Hæc sic construit Scaliger , *Ponuntur membra per flammæ & undas tam molliter , ac si ponerentur in humo.* Quibus loci sententiam labefactat. Ordo est , *Membra per flammæ emissæ ponuntur molliter per humum , ut in undis liquidis.*

V. 451. *Et dominum dominus prætexta lege sequatur*] Paulus ad Galatas , *Dico autem , quanto tempore haeres parvulus est , nihil differt à servo , cum sit dominus omnium , sed sub tutoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre.*

V. 462. *Aëriamque fugam , vectosque ex ignibus annos.*] Historiam Medæ ordine exequitur. Atqui coctio illa Aëonis longe præcessit fugam aëriam. Deinde an recte coctionem hanc ista exprimunt , *vectos ex ignibus annos* ? cum dicere debuisset , *aut ablato ignibus annos.* Quid si legamus , *vectosque ex ignibus annos* ? Nam conflagrante Creontis regia , quam incenderat , draconibus in aërem vecta profugit.

V. 463. *Mille alias rerum species in carmine dicent*] Sic legi jubet Reinesius contra testimonium Librorum , qui habent , *ducent.* Conjiciebam , *in carmina ducent.*

V. 468. *agilesque per omnia servos*] Terentius Heautontimorumenos , *Ne semper servos currens , iratus senex.*

*Edax Parasitus, Sycophanta autem impudens,
Avarus leno, assidue agendi sint mihi.*

V. 471. *Qui vita ostendit vitam*] *Vitam* Scaliger interpretatur, vitam amatoriam. Quod sæpe verum est: sed sæpius etiam significat lætam, hilarem, ac voluptariam vitam. At hic neutram notat, sed sumitur pro moribus hominum. Manifesto id superiora ostendunt:

*Ardentes juvenes, raptasque in amore puellas,
Elusosque senes, agilesque per omnia servos.*

Plane ad rem Cicero pro Roscio Amerino: *Etenim hac conficta arbitror à Poëtis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostræ vitæ quotidiana videremus.* Terentius Adelphis,

*Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.*

Plutarchus de liberis educandis: *οὐκ πάντων γὰρ δὴ τοῖς πατέρας τῶ μὲν δὲν ἀμαρτανίην, ὡς πᾶντα αὖ δὲ ἀγαθὴν, ὡς ἀπὸς ἑαυτοῖς παρὰ δὲ τῶν τοῖς πατρὶος παρέχον, ἵνα οὕτως τὴν τοῦτων βίον, ὡς αὐτῶν ἑαυτοῖς, ἀποβίον, ὡς αὐτῶν ἑαυτοῖς, ἀποβίον, ὡς αὐτῶν ἑαυτοῖς, ἀποβίον.* Ubi bios idem est quod vita, iis locis quæ attulimus, mores nimirum & vivendi ratio. Nonnumquam præterea ponitur pro humano genere & hominibus, cujus significationis testimonia extant apud Grammaticos. Itaque Menandrum recte dixit Manilius vitæ ostendisse vitam; hoc est, ob oculos mortalium posuisse varios hominum mores, & diversos humanæ vitæ casus.

V. 487. *Ad spolia, & partas surget vel cade rapinas*] Male cohærere causatur Scaliger & vel; nos recte hæc congruere dicimus: *Consurget ad spoliandos homines & bona eorum diripienda, etiam cæsis illis & interfectis.*

V. 504. *Sculptentem faciet, &c.*] Versum hunc, & sequentes quatuor huc traduxit Scaliger ex loco superiore, post versum libri hujus 287. ubi de iis qui horoscopante Spica nascuntur, differit Manilius. Cujus hoc unum habuit argumentum, quod fruges & horrea de quibus illic agitur, nihil pertineant ad bractearios, sculptores, & plasticarios, qui hic designantur. Rem propius spectemus. Ait Manilius natos sub Spica molitores fore & pistores; & quia fruges & grana in spicæ folliculis ordine constructa sunt, præbituros eos quoque cellas & horrea, seminibus condendis. Tum sequentes hos versus præferunt Libri omnes,

*Sculptentem faciet sanctis laquearia templis,
Condentemque novum calum per tecta Tonantis.
Hæc fuerat quondam Dixis concessa figura;
Nunc jam luxuria pars est. Triclinia Templis
Concertant, tectique auro jam vescimur auro.*

Hæc superioribus aptissime congruunt. Propter dispositionem illam granorum in spicæ cellis, nati sub Spica horrea construunt, atque etiam Templorum laquearia sculptent, ac laterculis, aut orbibus, aliisve figuris in ordinem apte dispositis decorabunt. Figuræ illæ lacus dicebantur, unde lacunaribus nomen. Isidorus, *Laquearia sunt quæ cameram*

meram subtegunt & ornant, quæ & lacunaria dicuntur, quod lacus quosdam quadratos vel rotundos, ligno, vel gypso, vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus. Ab eadem dictione Lacus, vestis lacuata dicebatur, quæ quadratos lacus intextos, vel acu pictos habebat. Nam cum primum intextis trabibus domorum tecta fierent, tignorum interstitia lacuum quorundam sive fossarum exhibebant speciem. Postea necessitate in ornamentum versa, lacus eleganter pingere instituerunt in tabulis quibus tecta suppingebant. Hinc lacunaria dicta. Ergo propter illa lacuum dimensa, quæ cellas granorum in spicis referebant, dixerunt Mathematici natos sub Spica, non horrea solum, quæ diversas habebant cellas, variis leguminibus, & frugibus, aliisque etiam rebus condendis idoneas; sed laquearia etiam lacubus depictis ornata structuros. Quibus Agrippam notare videtur Manilius. Hic enim & templa, & horrea, aliaque ædificia publica Romæ condidit. Invehitur deinde in luxum sui temporis, queriturque auratorum illorum lacuum usum à Templis ad privata triclinia esse translatum. Apposite igitur conveniunt isti versus in eum locum unde eos divellit Scaliger. Pari audacia tredecim sequentes versus, *Hinc angusta nitent*, &c. in prima sua editione in superiora retraxerat, & versui quadringentesimo subjecerat. Sed respuit demum in altera editione, & pericopen hanc sedes suas repetere iussit. Atque ita sua ipsemet vineta cedere, seseque castigare coactus est. En quo temeritas miseros Criticos perducit.

V. 528. *Perfundetque novo stellantia littora ponto.*] Littora stellantia appellat arenas aureis ramentis permixtas; quas novo ponto, hoc est aquis superjectis proluet, ut terrea materia aureis micis secreta effluat.

V. 530. *Protulit ut legeret census spumantis in aurum.*] Quid si legamus, *Pontique ille leget census spumantis in aurum.* Plane ita videtur.

V. 531. *Et perlucens cuperet prensare lapillos*] Scaliger legit, *pensare*. Atque hanc dat interpretationem, *Cuperet sedulitate sua equare ipsorum margaritarum pretium.* Quæ ipsis Manilii verbis obscuriora sunt. Lege, *cupiet prensare*. Non aurum duntaxat è mari, sed margaritas quoque legere cupiet. *Pellucens* dicit, hoc est *splendidas*, *δῖσθαι*. Theophrastus enim *μαργαρίτων δῖσθαι τῇ φύσει* esse dicit, hoc est *lucidum*. Itaque argento & auro comparatur ab Androsthenes; argentum autem *δῖσθαι* appellat Origenes. Ubi nonnulla adnotavimus. Cæterum & margaritas quosdam lucem transmittere certum est; cuiusmodi egregium Ormuzii vidisse se testatur Tavernerius in nupera itinerum suorum historia.

V. 534. *Et silicem rivo saliente liquabit*] Non hic de auro è venis terræ eruto agit Manilius, quod putavit Scaliger: jam ante enim versu 523 libri huius scrutatorum auri meminit, cum dixit, *Quærere sub terris aurum*, &c. Hic argentum commemorat: *Et coquet argenti globas, venamque latentem Eruet, & silicem rivo saliente liquabit.*

V. 536. *Alterum & alterius semper mutabit in usus*] Hoc est, aurum argento, argentum auro commutabit: nam superiore versu dixit *utrumque*, hoc est aurum & argentum. Nihil hic sani profert Scaliger.

MANIL.

K

V. 541. *infestis totus quum viribus omnis Incubuit Pontus*] Cetum immis-
sum, stragemque hominum & pecudum ab eo editam narrant alii,
Manilius aquarum eluvionem, Apollodorus utrumque.

V. 542. *timuit tum naufraga tellus*] Timuit tellus ne mare exundans
omnia disjiceret, ut: tempestate naves disjiciuntur. Vel, Timuit tellus,
ne mari obruta navigaretur, & naufragia quoque in aquis suis, ut in
mari fierent. Quod simile est istorum Horatii,

*Terruit gentes, grave ne rediret
Seculum Pyrrha nova: monstra quæstæ,
Omne cum Proteus pecus egit altos
Visere montes,*

Piscium & summa genus hæsit ulmo,

V. 546. *Pro.natis lacrymans ornatur*] Lego, *Pro.cunctis*.

V. 547. *Induiturque sinus*] Et paulo post, *Defluxere sinus humeris, fu-
gitque lacertos Vestis*, Et libro primo, *Andromedaque sinus imos*. Sic def-
cribitur à Luciano, ἡμίμυρος καὶ ἰσχυρὴ τῆς μαζῆς. At tunica talaris &
stola *νυμνικὴ* ei tribuuntur ab Achille Tatio. Viciose ergo in Sphæris qui-
busdam mechanicis nuda pingitur.

V. 548, *Virginis & viva rapitur sine funere fusus*] Catullus in Epi-
thalamio Pelei:

Quam talia Cretam

Funera Cecropia ne funera portaremur.

Simili schemate dixit Euripides in Hippolyto, *ποτμον ἀνδρῶν*; & Ci-
cero in prima Philippica, *insepultam sepulcrum*.

V. 554. *nivea ceruææ reclinis*] At fuscam eam facit patrio colore Ovi-
dius, in Epistola Sapphus ad Phaonem:

*Candida si non sum, placuit Cephæia Perseo
Andromede, patria fusca colore sua.*

Contra eam vel ob id à Perseo amatam narrat Philostratus, quod inter
Æthiopes, nigram gentem, candida esset.

V. 555. *Molliter ipsa sua custos est sola figura*] Cum vultus omnium dolor
mutavisset, solius Andromedes vultus mutatus non est. Servatur in pœ-
na vultus ejus, pudorque, ut proxime dixit.

V. 615. *nupturam dote mariti*] Dote, quam à marito accepit; pugna
nempe, quam ipse pro ea pugnavit; cum ille dotem è contrario ab ea
acciperet debuisset. Ovidius,

*Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit.*

V. 631. 632. *cum pars vicesima prima Signatur, terra lumen fulgebit*] Priscæ
editiones, & libri nonnulli, *Signatum*, & ita Scaliger in prima
sua editione. *Signatum terra lumen*, hoc est, lumen in Horizonte signa-
tum & notatum. Cum gradus vicesimus primus attigerit Horizontem,
in eoque fulgebit. Placuit Scaligero in secunda editione, *Signator*. Sci-
mus verbalia nomina ita terminata olim omnis generis fuisse, Præter
exempla quæ affert Scaliger, & plura quæ afferunt Grammatici, legi-
mus in Amphitruone Plautina, *Victores legiones*. Legimus & apud Priscæ

cianum vetustissimos neutrum in *or* finivisse, & fuisse eam terminationem communem trium generum. Verum præter libros favet nobis concinnitas sententiæ, quæ lectionem Scaligeri videtur respuere. Quod autem subjungit insolenter dixisse Claudianum *viatrix solum*; idem in alio novitio Poëta reprehenderat, cum ad Mamertum Patissionem scriberet. Hic dixerat, *contemtrix genus*. Atqui non licere putat Scaliger id dici, uti dicitur apud Virgilium, *viatrix arma*; quod auctore Servio protulit. At eo nomine pœnas dedit uterque Grammaticis, cum præter Claudianum dixerit Lucanus, *viatrix ferro*, & Minutius Felix, *viatrix tropæum*.

V. 632. *Et orbi Acrius nascetur equus*] Et hoc loco significat *statim*. Ita Virgilius,

*Nec longum tempus, Et ingens
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos.*

Ita Statius,

Nec longum, Et pulcher Alathreus

Editus.

Eadem est significatio particulæ *atque*; non in versu solum Virgilli quæ recitat Scaliger,

Atque illum in præcepis prono rapit alvens anni.

sed & compluribus veterum Scriptorum locis quos observavimus, Ennii, Tullii, Livii, Plauti vero sæpissime.

V. 638. *poterisque videri Memiri passus, Et campo tollere cursum.*] Videbitur alicui parti campi cursum suum negasse, nec totum curriculum absolvisse, ea erit celeritas. Vel si Gemblacensem sequare, *Memirus passus, Et campum tollere cursu*, par erit sententia: Videbitur aliquam campi partem cursui suo abstulisse; hoc est, Videbitur aliquam campi partem non percurrisse, ut debuerat.

V. 651. *vincetque periculo Ingenium*] Eas artes tractabit, in quibus plus sit periculi quam ingenii.

V. 660. *pontum vinculis arctare furem.*] Placet recepta lectio, *armare sequentem*. Cum piscatores rete trahunt, præcedunt ipsi, rete sequitur. Igitur mare his vinculis est velut armatum ad piscium capturam: sequens autem appellatur *ἡ δὲ ὑπὸ πᾶσι*, ut intelligas retia; nisi dicere malis sequens dici, quod pars ea maris, quæ armata est, sit pone piscatores.

V. 661. *Et velut in laxo, &c.*] Legendum fortasse, *Ut*; & deinde, *claudant, nectant, trahant*.

V. 667. *Cum toto jacuerunt littore prada*] His verbis præfigi debet *πᾶσα σὺν*, ut ita distinguatur,

Insciturne suo permixtus sanguine pontus

Forus. Quum toto jacuerunt littore prada.

Altera sit cedis cedes.

V. 670. *Ille davis melior succis, &c.*] Multa sibi hic inexplicabilia videri non dissimulat Scaliger. Conemur tamen sensum aliquem extundere. Loquitur Manilius de Thunnis, quorum multiplex erat usus ad rem cibariam: nam primum cum membratim secti erant, partes soli-

diores corporis in frusta concisæ sale condiebantur, & quernarum asfularum similes fiebant. Unde factum illis nomen Melandrya. Itali hodie Thunninam vocant. Atque id significat Manilius, cum ait, *Illas dantis melior succis*, hoc est, exucca, siccata, ac propemodum durata. Plinius: *Thynni membratim cæsi, cervice & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duxtaxat, & tunc quoque gravi rictu: cætera parte plenis pulpamentis sale adservantur. Melandrya vocantur, cæsis quernis assulis simillima. Vilissima ex his quæ cauda proxima, quia pingui carens.* Oribasius de Melandryis, *Quia pinguedinis sunt expertes, ideo fit ut difficilior, quam imus venter corrumpantur.* Vel errat igitur, vel corruptus est Athenæus, cum ait Melandrya esse Thynni *πρωτὴ ἀπαρώτεια*. Huiusmodi etiam erat *ὠμοπείριος*, cervix nempe sale macerata, quam pinguedine quoque caruisse docent Xenocrates & Oribasius. At Thunnorum partes molliores, intestina videlicet, cum branchiis & sanie, resperfa sale, in vas conjiciebantur, quo post aliquod tempus perforato, garum profluebat, quod Hæmatium dicebatur. Geoponica in ipsa calce postremi libri: τὸ δ' ἐκείνων γάρους τὸ κηρύκθον αἵματιον, οὕτω γίνετα' λαμβάνεται τὰ ἰχθῦα τῷ θύνου μὲν ὅς ἐστι μὲν ἐκείνων, καὶ τὸ ἰχθῦος, καὶ τὸ αἷματος, καὶ πᾶσι τὰ ἀρκουῖν ἔχει, ἐν τῷ ἀγγεῖο καταμιμνήσκειται μέχρι μὲν ὡς δύο τὸ πλῆθος αἵματος ἀγγείου τετραπλάσιος, ἔπειτα γάρους τὸ κηρύκθον αἷματιον. Notata hæc sunt à Manilio, cum dixit,

Succis pars illa retentis:

*Hinc sanies pretiosa fluit, floremque cruoris
Evomit, & mixto gustum sale temperat oris.
Illa pairis turba est, strages confunditur omnis,
Permiscetque suas alterna in damna figuras,
Communemque cibus usum, succumque ministrat.*

Huc conveniunt ista Plinii, *Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus: garon vocavere. intestinis piscium, cæterisque quæ abjicienda essent, sale maceratis; ut sit illa putrescentium sanies.* Simile quippiam hodie fit à Tartaris in Sturionibus; quos postquam in Mæotide Palude, & circa Tanais ostia deprehenderunt, ova detracta sale conspergunt, *Ingentesque lacus & Bacchi dolia complent.* Atque hoc *πείριος* Caviarum appellant. At carnes Sturionum sale itidem conditas, & ad Solem expansas siccant. Et hæc & Caviarum in Græciam, Italiam, aliasque regiones vecta distrahuntur magno compendio.

V. 674. *At cum caruleo, &c.]* Nunc aliud gari genus describit Manilius, quod è Scombrorum, qui Thynnus similes sunt, sanguine conficiebatur, hodieque apud Turcas, Græcos, & Italos conficitur. Garum sociorum appellabatur, & commendatissimum erat. Plinius, *Nunc è scombro pisce laudatissimum in Carthagini Spartaria cætaris. Sociorum id appellatur.* Designatur ab Horatio, cum confieri docet illud *de succis piscis Iberi*, hoc est Scombri, quem simillimum ponto esse canit Manilius, quod caruleo sit dorso. Nubem piscium horum immobilem terræ hætere, & vallis circumvallari ait, quia gregatim natant, & jux-

ta littora retibus capiuntur. Squamosum quidem appellat, & si levis est cute; solenni suo errore, nam & Delphini squamas eum tribuisse supra observavimus. Similis hallucinatio Mnesitheum delusit, qui in libro De eduliis, non scombrum duntaxat, sed & Thynnium, & Thynnidem, & congrum squamis induit. τὸ δ' ἴδιον λεπιδωτῶν ἴσως, ὅς δὲ θύνων, ἀπόμεινον, θυννίδων, γόγγρων, & ἴδιον ποιέται, συμβαίνει τοῦτοις καὶ ἀγαλαίοις εἶναι. Vix tamen dubitare licet quin scripserit ἴδιον ἀλεπιδωτῶν. Itaque garo é Scombris abstinebant Judæi, teste Plinio, & hodie etiam abstinent, quod Sombri squamis careant, proptereaque Mosis legibus impuri habeantur.

V. 680. *Quin etiam magnas poterunt celebrare salinas, &c.*] Hanc conficiendi salis rationem præclare exposuit Rutilius Numatianus in Itinerario:

Subiectas villa vasat aspectare salinas,

Namque hoc censetur nomine salsa palus.

Qua mare terrenis declivis canalibus intrat,

Multifidosque lacus parvula fossa rigat.

Ast ubi flagrantem admovit Sirius ignes,

Cum pallent herba, cum sitis omnis ager.

Tum catarractarum claustris excluditur aquor,

Ut fixos latices horrida dures humus.

Concipiunt acrem nativa coagula Phœbum,

Et gravis aestivo crassa calore coit.

Haec aliter quam cum glacie riget horridus Ister,

Grandiaque adstricto flumina plaustra vebit.

Remetur solitus natura expendere causas,

Inque pari dispar fomite querat opus.

Iuncta sinenta gelu conspecto Sole liquecunt,

Et rursus liquida Sole gelantur aqua.

V. 693. *At revoluta Polo, &c.*] Quoniam infra Horizontem non descendunt Ursæ, neque supra eum proinde emergunt, alius earum ortus ab Astronomis quæsitus est, Tunc autem oriri dictæ sunt, cum proximæ sunt Horizonti, & infimum obtinent locum circuli, quem circa Polum describunt, jamque resurgere incipiunt. Atque hæc recte intellexit Scaliger, cætera non item, ut dicturi sumus.

Ibid. *primis vultibus*] Non quia vultu in anticam partem converso ascendit Urfa, primumque caput attollit. Aliud vult Manilius, pristinum eam repetere circulum, eisdemque proferre vultus, atque eodem modo sitos, quæ prius erant, cum ad hoc spatium decurrendum prodiret. Quod habet autem Firmicus, Septentrionem esse inter Pisces & Arietem, hoc est oriri Ursam, cum extrema pars Piscium, & prima Arietis emergit ex Horizonte, id omnino verum non est; aliquot enim partibus ortum Ursæ antecedit ille Piscium & Arietis,

V. 696. *Ac Cynosura minor, &c.*] Hunc versum cum duobus sequentibus obelo suo confodit Scaliger more suo, quia eorum sensum assequi non potuit. *Cynosura*, inquit, *ne in barbarico quidem Fini*

ore occidit. Deinde hic sermo est Leonis & Scorpii orientium matutino. Quid hoc *οὗτος τὰς συνανατολὰς τῶν ἀπλανῶν*? Denique nemo est qui hos versus interpretari possit. At nos possumus, & facile quidem; adeo plani sunt & aperti. Nulla hic occasus Cynosuræ mentio; nulla ortus matutini Leonis & Scorpii. Idem de Cynosura pronuntiat Manilius quod de Helice; idem & de Leone & Scorpio. Ac si dixisset oriente Helice, oriente Cynosura, oriente Leone, Oriente Scorpio.

Ibid. *prima luce*] Idem hoc est ac quod proxime dixerat de Helice; *primis vultibus*. Id est, Cum Cynosura solitam suam lucem cælo attulit. Alter locus alterius sententiam & *ἡμετέριον* asserit.

V. 698. *Nocte sub extrema permittunt jura diei*] Neutiquam ortum matutinum Leonis & Scorpii significat. Noctem intelligit, non quæ fit per absentiam Solis, sed noctem Leonis & Scorpii, quando nimirum versantur sub Horizonte; diem, quando supra eum prodeunt. Perinde est igitur, ut si dixisset, Quando oriuntur Helice, Cynosura, Leo, & Scorpius.

V. 706. *Turpiter in tanto cedentem tempore cunctis*] *Logo punctis*, quod respondet τῷ *stimulis* versus superioris.

V. 717. *Summaque gradus, qui jungitur angui. Maxima per minimos sensu concluditur uno*] Suspicio legendum, *Tum summa, gradu que jungitur, ignes Maxima per minimos sensu concluditur imo*. Id est, Tum summa Stellarum, quæ quinto generi gradu proxima est, quæque numero maxima est per minimas stellas quas continet, ea postremo censu continetur. Emendationem nostram ista confirmant, quæ habentur infra: *Sunt proxima primis Sidera, suntque gradus, atque omnia juncta priori*.

V. 724. *Signaque transgressus mutat per tempora Phœbus*] Brumæ tempus significat, cum Sol Signorum domos transgressus mutare videtur cursum, & ad nos redire. Atque id profectum est ex mysteriis Ægyptiorum, qui primam Domum collocabant in Capricorno, atque eam Ascensum Deorum appellabant. Tunc autem obscurissimæ sunt noctes, & stellæ splendidissimæ.

V. 727. *totisque micare Floribus*] *Marinus in Adonide*;

Il Ciel fiorito, el terren stellato.

V. 729. *Nec spatium stellis, mundo nec cedere summam.*] Id est Cæli spatium cum stellis, & stellarum numerum cum cælo contendere; ut dicere nequeas, cæline spatium stellas, stellarumne numerus cælum superet.

In erudita illa dissertatione de Arabicis stellarum quarundam appellationibus, quam Noëis suis in Manilium Scaliger subjecit, Ursam majorem in Bibliis *wy* appellari ait, juxta Aben Ezram, ultimæ verò stellæ trium in cauda nomen dare Arabes Benetnasch. At docuit nos Bochartus in Hierozoico *wy* fieri ex Arabico *Nas*; detracta prima litera; *Nas* autem significare *Feretrum*; Ursam vero utramque *Feretrum* appellari ab Astrologis, hanc *majus*, illam *minus*; uti notavit Euty chius in Historia Alexandrina. Feretri autem iis inditum est nomen;

ANIMADVERSIONES IN LIBRUM IV.

propter similitudinem ; quippe è septem majoribus stellis, quæ in singulis lucent, quatuor quadrati formam referunt ; tres vero sequentes exhibent eos qui Feretrum sequuntur. Unde & Filia Feretri appellantur ab Arabibus, quasi filia sint sequentes patris feretrum. Quamobrem in libro Jobi memoratur *עץ על בניה Feretrum cum filiis suis*. Ergo falluntur Astronomi, qui postremæ solum stellæ è tribus quæ sunt in cauda Ursæ nomen hoc, quod dixi, tribuerunt. Fallitur & Grotius in Arateis, qui id interpretatus est *Filiam Ursæ*. Præterire non possum jocularem errorem Bayeri, qui cum hæc de Ursæ minore apud Scaligerum scripta legisset, *Sedin Bibliis עץ vocatur, ut ait Aben Ezra*, sic verba ista construenda esse credidit, In Bibliis עץ vocatur Ezra, ut ait Aben. Quamobrem inter Majoris Ursæ nomina *Ezram* posuit. Similiter cum hæc apud eundem legisset, ubi agit de nomine Ebraico Cassiepeæ, *Sic etiam vocavit Aben Ezra*, unum è nominibus Cassiepeæ Aben Ezram esse credidit. Quæ risu digna sunt.

Ubi agit de Tauro Scaliger Oculum ejus ab Arabibus vocari ait Aldebaran, hoc est *αμπερίων*. At aliam nominis significationem afferunt Arabes, & exponunt *Sequentem*, quod sequatur Pleiadas & post eas oriatur. Hoc ipso nomine, non Oculum duntaxat Tauri, sed & Suculas simul omnes designant. Quemadmodum autem Oculus Tauri, *αὐτοῦ* à Ptolemæo, *אור* ab Ebraeis appellatur, sic rubor quoque Pleiadibus tribuitur à Manilio.

Tertia Pleiades dotabit forma sorores.

Femineum rubro vulum suffusa pyropo.

Sirium dictum putat Arabibus Elscheera (Latinis utimur characteribus, nam Arabici Typographos nostros deficiunt) ab ea voce quæ *ألسعيرة* significat. Id posteriorum Arabum videtur esse commentum, cum primi nominis artifices nihil aliud proposuerint sibi, quam reddere dictionem Sirius. Hanc stellam, *Alscheera Alobur* appellant ; & alteram quæ est in Cane minore, *Alscheera Algomus* ; quorum nominum origines reperies apud Pocockium. In hoc vero censu miror prætermittas à Scaligero, cum alias multas stellas, tum præcipue Canopum, qui dictus est Arabibus *سهرل*, qua visa stella camelos mori putant, deque ea alia fabulosa multa & inepta blaterant.

Quem profert deinde syllabum Scaliger Monomærarium ascendentium per singulos Signorum gradus, additis earum significationibus, & Decanis, juxta Ægyptiorum doctrinam, id omne hausit ex Petri Apennensis Astrolabio plano.

Opus suum claudit Scaliger brevi Indice Arabicorum, Ebraicorumque nominum duodecim Signorum, & Planetarum septem ; quibus adjunxit pervulgatos illos characteres ab Astrologis vulgo ad eos designandos usurpari solitos, eorumque origines proposuit. Ad has quædam à nobis observanda sunt. Ac primum varias subjiciemus figuras Lectorum oculis, quibus Signa, Planetæ, eorumque affectiones quædam, aliaque ad Astronomiam pertinentia insigniri solent.

<i>Artes.</i>	☾	☿	♊	♈	♉		
<i>Taurus.</i>	♈	♉	♊	♈	♉	♊	♋
<i>Gemini.</i>	♊	♋	♌	♍	♎		
<i>Cancer.</i>	♋	♌	♍	♎	♏		
<i>Leo.</i>	♌	♍	♎	♏	♐		
<i>Virgo.</i>	♍	♎	♏	♐	♑		
<i>Libra.</i>	♎	♏	♐	♑			
<i>Scorpius.</i>	♏	♐	♑	♒	♓		
<i>Sagittarius.</i>	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
<i>Capricornus.</i>	♑	♒	♓	♈	♉		
<i>Aquarius.</i>	♒	♓	♈				
<i>Pisces.</i>	♓	♈	♉	♊	♋		

Page 80. P.

<i>Saturnus.</i>	♄	♅	♆	♇	♈	♉	♊	♋	♌	♍
<i>Juppiter.</i>	♅	♆	♇	♈	♉	♊				
<i>Mars.</i>	♇	♈	♉	♊	♋	♌	♍			
<i>Sol.</i>	♈	♉	♊	♋	♌	♍				
<i>Venus.</i>	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏			
<i>Mercurius.</i>	♊	♋	♌	♍	♎	♏				
<i>Luna.</i>	♋	♌	♍							

Page 80.

ANIMADVERSIONES IN LIBRUM V. 81

Stella.	*				
συνδεσμος ἀναβιβάζων.	☿	♌			
συνδεσμος κατὰ βιβάζων.	♊	♋	♌		
Horoscopus.	☿	♌	♋	♊	
Hora.	♊				
Dies unus.	♊	♋	♌		
Dies multi.	♊	♋			
Nox.	♋	♌	♊		
Noctes.	♊				
ἡμερομήσιον.	♊				
Mensis.	♊				
Menfes.	M				
Conjunctio.	☿				
Triangulum.	Δ				
Quadratum.	□				
Circulus.	○				
Sphæra.	⊕				
Diameter.	Δ				
Centrum.	K	☿			
Occidens.	☿				
μεσορδύμη.	☿	☿	☿	MC	
διημεσορδύμη.	☿				
μεσημερινόν.	☿				
Plenilunium.	☿				
Dæmon vel fors Dæmonis	☿	☿	☿		
Sors Fortunæ.	☿	☿			
Pars.	☿				
Dimidium.	☿	☿	☿		
Clima.	x				
Indictio.	☿				

MAN

L Pag. 81.

Harum notarum quædam literis nominum aliquibus constant; quædam res ipsas graphice depictas exhibent; quædam symbola tantum rerum continent. Tres priores Arietis characteres caput ipsius cornibus instructum repræsentant: postremi duo sunt literæ π & ϵ colligatæ; prima nempe & postrema dictionis $\kappa\epsilon\iota\acute{o}\varsigma$. Sic ut π pes postremus productior sit, transversa vero lineola pedem hunc secans sit Sigma finale, quod superiore sui parte, tum & inferiore, inflexum primo fuit. Vel sunt π & ϵ , primæ duæ literæ dictionis ejusdem. Hæ notæ, ut aliæ pleræque, nitide primum & accurate exarabantur; postmodum frequenti usu, & Librariorum incuria ita degeneraverunt, ut vix elementa quibus conflata sunt, possis agnoscere. Idem evenit notis arithmeticis vulgaribus quibus utimur; cum enim ipsæ sint meræ literæ Græcæ, ita à prima figura desciverunt, ut Arabicæ atque etiam Indicæ creditæ sint. Quem errorem nuper refellimus in nostra Demonstratione Evangelica. Notarum Tauri priores quinque, sunt taurini capitis figuræ. At ultimæ duæ sunt τ & ϵ , quod contractum est ex $\tau\alpha\upsilon\rho\varsigma$. Geminorum notam Lacedæmonii $\delta\delta\chi\omega\alpha$ appellaverunt; quasi dicas *Trabalia*. $\tau\alpha$ δ $\delta\upsilon\circ$ $\xi\upsilon\lambda\alpha$ $\pi\alpha\rho\epsilon\lambda\lambda\alpha$ $\delta\upsilon\epsilon\iota$ $\pi\alpha\rho\gamma\omega\gamma\epsilon$ $\epsilon\pi\iota$ $\xi\upsilon\lambda\alpha$, inquit Plutarchus *mei* $\epsilon\pi\iota$ $\epsilon\iota\lambda\alpha\delta\lambda\alpha\gamma\iota\alpha$. Primitus autem duo juvenum corpuscula fuerunt sese mutuo amplexantium. Ergo $\delta\delta\chi\omega\alpha$ sunt ipsa corpora; $\pi\lambda\alpha\gamma\iota\alpha$ vero $\xi\upsilon\lambda\alpha$ sunt brachia. $\Delta\acute{o}\chi\omega\alpha$ reddidi *Trabalia*; nam ligneam illam catastram, in quam inducuntur calcitrosi & contumaces equi, *Trabale* vocamus, Gallice *Travail*, quod trabibus contexta sit: quam quacunque ex parte spectes, notæ Geminorum similem reperies. Igitur ut à trabe, trabale; sic à $\delta\delta\chi\omega\varsigma$, $\delta\delta\chi\omega\alpha$ nomen habent. Transiit & vocabulum illud ad Geminorum sepulcrum, quod perperam arcessunt Grammatici $\delta\delta\pi\circ$ $\tau\omega$ $\delta\iota$ $\xi\alpha\delta\omega$; nam hoc argumento sepulcra omnia dicenda erunt $\delta\delta\chi\omega\alpha$. Cancri characteres duo priores referunt Cancri figuram, pedibus utrimque instructi. Postremos tres opinatur Kircherus simulacra esse caudæ Cancri, & capitis Ibis. Mihi aliud in mentem venit. Ad eandem faciem pingitur $\eta\mu\epsilon\rho\nu\acute{o}\kappa\pi\omicron\nu$, ac Cancer, ex diei & noctis figuris; quarum quæ diem notat, astri ascendentis; quæ noctem, descendantis simulacrum est. Quoniam autem in Cancro jam Sol retrocedere incipit, unde & Cancri, retrogradi animalis, symbolum huic loco adscriptum est; idcirco credibile est astri ascendentis, atque item descendantis, notam ei fuisse assignatam. Leonis Notas caudam ejus exhibere communis opinio est. Mihi vero tertia, quæ cæteris vulgatio est, expressa videtur ad figuram quam præcipuè Leonis stellæ referunt. Virgini signum primo loco appositum, fuisse reor π & ϵ ; prima nempe & postrema litera dictionis $\pi\alpha\rho\delta\acute{\epsilon}\tau\omicron\varsigma$. Ac primum transversa hæc lineæ, quæ literæ π imponitur, sinistro suo brachio literam ϵ gerebat; verum paulatim in sinistram hanc partem delapsa est lineæ ista; sic ut quæ transversa erat, arrectaria facta sit, & nudatam reliquerit supernam partem literæ π . Ex hac formæ cæteræ ortæ sunt. Mihi parum verisimile fit, quod proponit Kircherus, ex trium spicarum uno vinculo colligatarum specie notam vulgarem fluxisse; nam valde ab hac figura abludunt præsci characteres quos exhibui. Nihilo ma-

gis probò. sententiam Scaligeri ab Arabibus profectam, quibus Virginis alam id esse visum est. Libram figuræ omnes huic appositæ repræsentant. uti & Scorpionis suæ. Quæ tribuuntur Sagittario, arcum ejus, & arcui impositam sagittam notant, non brachium sagittam tenens, quod vult Kircherus. Priores duæ Capricorni, nihil aliud sunt quam α protractum, quod litera ϵ decussat: prima nempe & postrema litera vocis *αἰγόκωρος*. Hæ per Librariorum socordiam vitiatæ tertiam Capricorni notam pepererunt. At reliquæ duæ fictæ sunt ad exemplum corporis Capricorni ipsius, cum contortuplicata ejus cauda, postrema etiam cum cornibus. Aquarius per aquæ fluctuantis figuram expressus est: Pisces per suam, oppositis dorsis, & Lino revinctis. Unius olim Piscis figura Dodecatemorion hoc signabant Ægypti.

In characteribus Planetarum quicumque Saturno dantur, prodierunt omnes ex primis duabus literis vocis *Κεύρος*, quas sextus & septimus accurate nobis ob oculos ponunt. Qui tribuuntur Jovi, primam & postremam continent literam dictionis *Ζεύς*, quod manifestum est in secunda figura. Non aliter pingitur in manuscripto codice nostro Vettii Valentis. Quocirca miror scripsisse Salmasium, lineolam illam, quæ caudam *αυ* *Ζητος* transversim secatur, *nihil amplius facere*. Hanc in aliquibus jam nominum notis utilem esse observavimus. Sola postrema nota merum *Ζητος* est sine *ς*. Miror quoque existimasse Scaligerum & Seldenum, fulmen Jovis exprimi hoc caractere, qui Jovis fulmini similior non est, quam tridenti Neptuni, vel Caduceo Mercurii. Priores quatuor Martis notæ clypeum ejus cum spiculo haud dubie referunt: postremas tres ex *δ* & *ς* constare censet Salmasius, ut vocabulum *Δούρας*, & *Δούρας*, & *Δούρας*, quod Martis cognomen est, significetur; quod, cum aliorum complurium testimoniis, tum maxime Dorothei Sidonii, veteris Poëtæ, ingeniose & erudite, vere etiam & solide probat. Solis notæ duæ priores exhibent discum ejus cum radio; duæ sequentes discum ejus sine radio; ultima radium sine disco. Tertia Veneris reliquarum ad eam pertinentium origo est. *Φωσφόρον* autem significat, quod cognomen est Veneris. Postrema literæ *ο* subnexus gerit *ς*, quæ ultima litera est dictionis ejusdem. Id acute vidit & docuit Salmasius; atque item Mercurii notas literis *ο* & *τ* constare, quæ priores literæ sunt vocabuli *ελαβον*, quo nomine dictus est Mercurius. Genuinæ itaque figuræ sunt quarta & quinta, in qua *ο* & *τ* distincte expressa sunt. Sexta sigma aliud vetus Græcorum supinum gerit, cui subest *τ*. Ex hac primæ tres videntur detoræ. Qui Hieroglyphicas esse notas istas, & mysteriorum arcanorum indices censuerunt, Johannes Dee, Kircherus, & alii, ingenii quidem sui & doctrinæ ediderunt specimen, nec effecerunt tamen, ut veram hanc esse earum causam & originem crederemus.

Reliquarum notarum quæ secunda est, fidus refert remeans ex inferioribus locis in superna ; tertia contra , ex supernis in inferiora devexum, Dies figuram habet astri in superiora radium mittentis , eoque tendentis : nox , astri deorsum tendentis , eoque lucem fundentis, Sphæra exprimi-

tur circulo, quem Æquinoctialis & Meridianus, sese secantes ad normales angulos distinguunt. Occidens signatur litteris δ & υ; quæ primæ sunt in voce δέσς. Nota ἀπὸ τοῦ ἀντισυμμετρικοῦ exprimit Horizontem, eique subiectam inferioris Hemisphærii partem, cujus infima pars est ἀπὸ τοῦ ἀντισυμμετρικοῦ. Dæmonis figura, astrum est in inferiora, non radios, sed vires suas & effectus mittens. Quæ Sorti Fortunæ nota apposita est, Rotam ejus designat; quod verisimilius est, quam quod à Scaligero propositum est in Manilii tertium, ubi traditur ratio explorandi loci Sortis fortunæ. Dimidium designatur per duo quadrati latera, quæ dimidiam ejus partem efficiunt. Indictionem significaveris, si duo prima dictionis hujus elementa Græca simul conjunxeris, iota nempe, & veterem formam litteræ ρ. Quod subjicit denique Scaliger indici nominum Planetarum, Saturnum esse Moloch Chananæorum, Rephan vero esse Jovem, in utroque fallitur; Copti enim ad hanc diem Martem Moloch, Saturnum verò Rephan appellant, ut ostendit Kircherus in Prodomo Copto.

Perlustrato jam Manilii opere, & castigatis Scaligeri Notis, superest ut de Manilio ipso pauca quædam delibemus. Veri sane mihi videtur non absimilis Gevartii opinio, qui Manilium nostrum non alium esse putat, quam Flavium Mallium Theodorum Consullem, cui Panegyricum dixit Claudianus. Nam & Mallius appellatur Poëta noster à Petro Crinito, & Lilio Giraldo, ex fide, opinor, priscorum Codicum; & nomina Mallius & Manlius, quo postremo nomine in Gemblacensi codice afficitur, confundi videas: ut in veteribus Catulli libris, & in inscriptionibus licet animadvertere. Theodorum autem Astrologiæ studiosissimum & peritissimum fuisse hæc Claudiani indicant:

*Aut quoties elementa doces, semperque fluentis
Materia caussas, quæ vis animaverit astra,
Impuleritque choros; quæ vivat machina motu;
Sidera cur septem retro nitantur in ortus
Obluctata polo.*

Et deinde:

*Invenit ætherios signantem pulvere cursus,
Quos pia sollicito deprendit pollice Memphis:
Quæ moveant momenta polum, quam certus in Astris
Error; quis tenebras Soli, caussisque meantem
Defectum indicat numerus; quæ linea Phœben
Damnet, & excluso pallentem fratre relinquat.*

Rursum:

*Uranie redimita comas, quæ sape magistra
Mallius igniferos radio descripserat axes.*

Libros quoque edidisse Mallium ex istis cognoscimus:

Nascentes ibant in sæcula libri.

Et iterum:

*Consul per populos, idemque gravissimus auctor,
Eloquii, duplici vita subnixus in ævum*

Procedat, libris pariter, fastisque legendus.

Tum caussatur Gevartius impuritatem stili, Augusti ævo parum congruam. Atque hæc argumenta hominem etiam attentum permovere poterant, & se his aliquando permotum fatetur Vossius. Verum re propius spectata fatendum plane est Manilium Augusti ætate vixisse, postremisq; ipsius annis Astronomicon suum scripsisse. Quod apertissime testatus est, cum dixit:

*Extremas modo per gentes ut fœdere rupto,
Quum fera ductorem rapuit Germania Varum.*

Nam cis paucos annos id evenisse, vocabulum *modo* plane significat. Adde & istud quo Augusti Genesin assentatorie notat:

*Capricornus in ipsum
Convertit visus: quid enim mirabitur ille
Majus, in Augusti felix quum fulserit ortum?*

Adde item ista è libro quarto, quibus definit eum cui nascenti Libra præfuerit, quod de Augusto Veteres tradunt, judicem fore, vitæ & necis potestatem habiturum, leges rogaturum, terris jugum impositurum, urbes nutu recturum, & post mortem cœlo iri donatum. Adulatoria quoque sunt, quæ canit de prælio Actiaco:

*Actiacosque sinus inter suspensus utrimque
Orbis, & in ponto cœli fortuna nabit.*

De Rhodio Tiberii secessu, tanquam de re sui temporis, sic differit:

Et Rhodos, hospitium recturi Principis orbem.

Hinc recte concludas nondum obiisse Augustum, cum hæc scriberet Manilius; non vero mortuum videri Manilium Augusto adhuc vivente, quod ex his collegit Lilius Giralduus. Alibi Cæsarem appellat principem & patrem, quæ quasi cognomenta Augusti fuere. Horatius: *Heic ames dici Pater atque Princeps*. Tum Deum vocat, qui cœlum patri ipsius concessum meritis sit: quem palpum iterum ei, iterumque obducit; quippe Augustum post annum ætatis octavum & vicesimum, pace orbi parta, oppidatum inter Deos receptum esse tradit Appianus. Sed & aliquot annis junior erat, cum diceret Virgilius,

*Heic illum vidi juvenem, Melibæ, quotannis
Bissenos cui nostra dies altaria fumant.*

Stili vero immunditiem à Giraldo & Gevartio ipsi objectam quod attinet, aio dictiones eas, quarum exempla apud bonos Auctores non suppetunt, non statim impuras esse dicendas. Quot enim libros vetustas consumsit? Concedamus vero ne in deperditis quidem libris extitisse; quid si nulla sese dedit Scriptoribus earum adhibendarum necessitas vel occasio? Hoc argumento *μὴ εἰδὼς* omnes dictiones, barbaræ erunt. Hoc argumento Ovidii stilum impurum dices, quod & dixerunt quidam, ut pote qui vocabula aliqua ab aliis neutiquam usurpata habeat. At contra vocabula hæc pura & sincera dicenda erant, quod iis Ovidius usus sit. Fateamur tamen inquinatè locutum Manilium; nemone Augusti temporibus inquinatè locutus est? Vides utique quam infirma sit Gevartii argumentatio. Præterea docet nos Claudianus, non Astronomica duntaxat,

sonem Lectores enecat ac conficit. Et tamen quam præceps temeritas excelsi hujus ac nobilis ingenii conatus labefactarit, cum aliæ hujus lucubrationes, tum ista vel maxime declarat. Si quis enim priorem Manilii editionem contendat cum posteriore hac, mirabitur profecto, non tam opinionum discrepantiam (quas pro diversis temporibus & rationibus candide suscipere vel deponere, non modo non vituperandum, sed laudandum quoque est) quam in tanta discordia & repugnantia parem utrobique confidentiam & contumaciam. Atqui æquum erat, quam sibi arrogavit, aliis itidem dare contradicendi potestatem; vel rem omnino intactam relinquere; præsertim qui sibi esset conscius quam non alte penetrasset in arcana Matheseos; id quod subinde prodidit magno suo flagitio, cum Cyclometrica illa sua inauspicato edidit.

Ad me vero quod attinet, cum diversa penitus studia me nunc distritum teneant, de Manilio olim quidem à me non indiligenter perlecto, at tot jam annos seposito, omnino non cogitabam. Verum cum nonnulla ad oram Codicis mei allita observasset Clarissimus Fayus, unde ornatiorem quam parabat editionem fieri posse credidit, eorumque sibi copiam à me concedi enixe rogasset, et si affecta erant omnia ac prope jam è Typographorum officinis emissa, honestæ ejus petitioni annuendum duxi. Diebus itaque aliquot, neque sane multis, in hanc curam collatis, quæ in libro meo olim in privatos usus adnotaveram, excerpta digessi, ac optimo & amico Viro pro arbitrio utenda concessi. Quod nisi in summis temporis angustiis, urgentibus Typographis, & moram hanc magno suo detrimento interponi ægre ferentibus, hoc mihi opus fuisset edolandum, plura potuissem, ac fortasse meliora ad Scriptoris hujus illustrationem conferre; plures quoque Scaligeri halucinationes castigare; & nonnulla etiam ad Lucani, quem immodice vexat, defensionem proferre. Quæ quoniam ab aliis occupata provincia est, & spatiis iniquis excludimur, hoc quæcunque opellæ est, æquos & candidos Lectores in bonam partem velim interpretari.

F I N I S.

Extrait du Privilege du Roy.

PAR Privilege du Roy, signé DES VIREUX, donné à Versailles le 10. Aoust 1674. & Registré sur le Livre de la Communauté des Libraires de Paris; il est permis à FÉDÉRIC LEONARD Imprimeur du Roy, d'imprimer pendant 20. années le MANILÆ, avec des Commentaires & Notes pour l'instruction de Monseigneur le Dauphin, avec défenses à tous autres de l'imprimer ny vendre sans son consentement, ainsi qu'il est plus amplement porté par lesdites Lettres.

Achevé d'imprimer pour la première fois le 24. Mars 1679, -

BOUND

SEP 21 1934

**UNIV. OF MICH.
LIBRARY**

